damq; iustozum patientiam. Unde Aug. in libro tertio de trinitate. Video inquit infirme cogitationi quid possit occurrere. Cur. s. ista miracula: etiam magicis artibus fiant. Nam ⁊ magi Pharaonis serpentes fecerunt: ⁊ alia. Sed illud est amplius admirandum quo modo magozum potentia que serpentes facere potuit: vbi ad muscas minutissimas. s. cinifes ventum est: omnino deficit: qua tertia plaga egyptus cedebatur. Ibi certe defecerunt magi dicentes. Digitus dei est hic vbi intelligi datur: nec ipsos quidem angelos transgressores: ⁊ acreas potestates in vnam istam caliginem tanq̄ in sui generis carcerem: ab illius sublimis ethere puritatis habitatione detrusos: per quos magice artes possunt quicquid possunt aliquid valere nisi de supra data potestate. Dat autem vel ad fallēdus fallaces: sicut in egyptios et ipsos etiam magos data est: vt in eozum spirituum operatione iudicarentur admirandi a quibus fiebant damnandi: vel ad monēdū fideles: ne tale aliquid facere pro magno desidererent: propter quod etiam nobis in scriptura sunt prodita: vel ad exercēdam probandamq; ⁊ manifestandam iustozum patientiā.

Quod transgressoribus angelis non seruit ad meritum materia rerum visibilium. Et putandum est istis transgressoribus angelis ad meritum seruire hāc visibilia rerum materiam: sed deo potius a quo hec potestas datur quantum in cōmitabilis indicat.

Quod non sunt creatores licet per eos magi ranas ⁊ alia fecerunt: sed solum deus.

**E**c sane creatores illi mali angeli dicendi sunt: quia per illos magi ranas ⁊ serpentes fecerunt: non enim ipsi eas creauerunt. Omnium quippe rerū que corporaliter visibiliterq; nascuntur: occulta quedam semina in corporeis huius mundi elementis latent: que deus originaliter eis indidit. Ipse enim creator est omnium rerū qui creator est inuisibilium seminum: quia quecumq; nascendo ad oculos nostros exeunt: ex occultis seminibus accipiunt progrediendi hic primordia ⁊ incrementa debite magnitudinis: distinctionesq; formarū ab originalibus vt ita dicam regulis sumunt.

Sicut parentes non dicuntur creatores filiozū nec agricole frugum: ita nec boni angeli: nec mali: ⁊ si per eozum ministeriū fiant creature.



**S**icut ergo nec parētes dicimus creatores hominum: nec agricolas creatores frugum: quibus eorum extrinsecus adhibitus moribus: ista creanda dei virtus interior operetur: ita non solum malos: sed nec bonos angelos fas est putare creatores: sed pro subtilitate sui sensus et corporis semina istarum rerum nobis occultiora noverunt: et ea per congruas temptationes elementorum latenter spargunt: atque ita gignendarum rerum et ac celerandorum incrementorum prebent occasiones: sed nec boni hec nisi quantum deus iubet nec mali hec iniuste faciunt nisi quantum ipse iuste permittit.

Nam iniqui malicia voluntatem suam habet iniustam potestatem autem non iniuste accipit: siue ad suam penam: siue ad aliorum: vel penam malorum vel laudes bonorum.

Sicut iustificationem mentis: ita creationem rerum solus deus operatur: licet creatura exterius seruiat.

**S**icut ergo mentem nostram iustificando formare non potest nisi deus predicare autem extrinsecus euangelizans etiam homines possunt. non solum boni per veritatem: sed etiam mali per occasionem. Ita creationem rerum visibilium deus interior operatur. Exteriores autem operationes atque contemperationes siue occasiones ab angelis tam bonis quam malis vel etiam hominibus adhibentur. Sed hec ab hominibus tanto difficilius adhibentur quanto eis defunt sensuum subtilitates: et corporum mobilitates in membris terrenis et pigris. An qualibuscumque angelis vicinas eas ab elementis contrahere: quanto facilius est tanto mirabiliores in huiusmodi opibus eorum existunt celeritates: sed non est creator nisi qui principaliter ista format. nec quod hoc potest nisi vnus creator deus. Aliud est enim ex intimo ac summo carum cardine condere ac ministrare creaturam: quod facit solus creator deus. Aliud autem pro distributis ab illo viribus et facultatibus aliquam operationem forinsecus adiuuere: ut tunc vel tunc: sic vel sic exeat quod creatur. Ista quippe originaliter ac primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata sunt. Sed accipitis opportunitatibus prodeunt.

Quod angeli mali multa possunt per nature vigorem quam non possunt per dei vel bonorum angelorum prohibitionem. id est: quod non permittitur.

Illud quoque sciendum est quod angeli mali quedam possunt per nature subtilitates: que tamen non possunt propter dei

vel bonorum angelorum prohibitionem. id est: quod non permittitur illa facere a deo vel ab angelis bonis. Possent utique cinifes fecisse qui ranas serpentesque fecerunt. Quedam vero non possunt facere: etiam si permittantur ab angelis superioribus: quod non permittit deus. Unde Aug. in libro tertio de trinitate. Ex ineffabili potentatu dei fit ut quod possent mali angeli si permitterentur: ideo non possunt: quod non permittitur. neque enim occurrit alia ratio cur non potuerit facere cinifes qui ranas serpentesque fecerunt: nisi quod maior aderat dominatio prohibentis dei per spiritum sanctum. Quod etiam magi confessi sunt dicentes. *Digitus dei est hic*. Quid autem possint per naturam: nec possint per prohibitionem et quid per ipsius nature sue conditionem facere non sinantur: homini explorare difficile est: immo impossibile. Nouimus hominem posse ambulare: et neque hoc posse si non permittatur. volare autem non posse etiam si permittatur. Sic et illi angeli quedam possunt facere si permittantur ab angelis superioribus ex imperio dei. quedam vero non possunt etiam si ab eis permittantur: quod ille non permittit: a quo illis est talis nature modus qui etiam per angelos suos illa plerumque non permittit que concessit ut possint.

Upra dictum est quod angeli etc. Determinatis his que pertinent ad nature conditionem etiam ad bonos et malos angelos communiter. Adie consequenter tractat ea que pertinent ad eorum potestatem et virtutem. Et dividitur in partes duas. In prima determinat eorum potestatem respectu operationum quas in seipsis habent. In secunda respectu illarum operationum quas in alia exercent. ibi. Quorum scientia atque virtute etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit eorum virtutem: respectu operationum voluntatis vel lib. ar. In secunda respectu operationis intellectus. ibi. Et 13 mali angeli ira per maliciam etc. Circa primum duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo inducit quandam questionem quam primo mouet. ibi. Sed est nihil boni etc. Secundo determinat eam ibi. Ad quod dicimus etc. Circa quod primo confirmat illud verum quod in obiectionem supponebatur. scilicet quod boni angeli et mali habent liberum arbitrium. Secundo respondet ad obiectionem. ibi. quod ergo Hieronymus ait etc. Quorum scientia etc. Adie ostendit eorum virtutem in operationibus quas in subiectam materiam exercent. Et circa hoc tria facit. Primo. n. ostendit huius virtutis principium collatum et finem. Secundo ostendit operandi modum. ibi. Nec putanda est de istis transgressoribus etc. Tertio ostendit impedimentum iterandi sua virtute. ibi. Illud quoque sciendum etc. Circa secundum tria facit. Primo excludit duplicem modum falsum. Secundo ostendit modum verum. ibi. Omnium qui per eorum etc. Tertio proponit exemplum per corporalibus actibus. ibi. Sic ergo nec patet etc.

Secundo in spiritualibus sicut. ergo mentē nostrā. Hic est triplex questio. Prima de statu libe. arbitrii in bonis et in malis angelis. Secunda de cognitione malorum. Tertia de virtute eorum. Circa primū queruntur duo. Primo de confirmatione bonorum angeloz. Secundo de obliuione malorum.

**D** primum sic proceditur. videtur q̄ angelus si boni possint peccare. quia secundum philosophum potestates rationales sunt ad opposita. sed lib. arbi. quod in angelis bonis manet: est rationalis potestas: quia est facultas rationis et voluntatis secundum Augustinum. ergo videtur q̄ si possunt bene velle q̄ etiam possint peccare.

**P**reterea. sicut corruptibile nunq̄ mutatur vt fiat eternum: vt dicit philosophus in primo celi et mundi: ita videtur q̄ mobile nunquā fiat immobile. sed lib. arbitrium angeli fuit in statu creationis mobile in peccatum. ergo nunq̄ factum est immobile.

**P**reterea. quanto aliqua virtus magis est determinata ad vnum minus est libera: sicut patet in virtutibus naturalibus que per necessitatem agunt: sed arbitrium angeli est liberius post confirmationem q̄ ante: vt in littera dicitur. ergo videtur q̄ non sit determinatum tantum ad bonum: sed possit etiam in peccatum. **P**reterea. nulla ratio laudabilitatis subtrahenda est a bonis angelis. sed hec est ratio laudis in hominibus q̄ non peccent cum peccare possint. Eccl. xxi. Qui potuit transgredi et non est transgressus: in laudem boni viri dicitur. ergo videtur q̄ hoc etiam in angelis sit. **S**ed contra. immobilitas est de ratione felicitatis: vt dicit philosophus in primo ethicorum. Non enim estimandum est felicem esse cameluntha. sed si peccauerit moueretur a statu rectitudinis. ergo beati angeli peccare non possunt.

**P**reterea. motus non est in termino: sed in via ad terminum. angeli autem non sunt viatores. ergo moueri in peccatum non possunt.

**R**espondeo dicendo: q̄ sicut deus per naturam suam habet q̄ peccare non possit: ita et hoc angelus habet per gratiam confirmationis: quod sic patet. Principium mutationis et causa est rei possibilitas nec defectus esse potest nisi per potentiam incompletam. Illud ergo cui nihil admiscetur de potentia secundum naturam suam: nec mutari nec deficere potest. illud autem cui admiscetur potentia: que tamen tota per actum completur: potest quidem quantum in se est deficere et mutari secundum q̄ esse et completionem suam: non nisi ab alio habet. sed ratione perfecte receptionis que nihil potentie imperfectum relinquit: habet immobilitatem et indeficientiam. huiusmodi autem exemplum sumi potest in naturalibus et intellectualibus. Inuenitur autem in naturalibus quorundam potentia naturalis omnino completa et per suum esse et per suam formam. et ideo esse indeficiens habent: sicut patet in angelis et in corporibus celestibus: quorum potentia non est susceptiua alicuius alterius esse vel forme. vnde elongata sunt a priuatione: et per consequens a corruptione. Sed materia aque non tota completur per formam aque hoc modo vt reducatur in omnem perfectionem possibilem per eam. vnde simul cum forma aque manet priuatio forme aeris: et ideo hec corruptibilia sunt. Et similiter patet in intellectualibus: quia principium inmediate datum naturaliter cognitum determinat potestates

totam rationis. Ante enim q̄ ad ipsum deveniatur per inquisitionem resoluentem: ita adheretur vni parti: vt relinquatur quedam pronitas ad partem aliam per modum dubitationis: sed quando resoluēdo peruenitur ad primum principium per se notum firmatur ad vnum cum impossibilitate alterius. Si militer est de voluntate angeli beati ad quem ita se habet lumen gratie vel glorie et virtus sicut forma vel actus in naturalibus et finis vltimus: sicut principium primum in speculatiuis. vnde cum per lumen glorie perfecte vltimo fini coniungantur per fructum nem plenam eius bonitate affecti toti in contrarium defecti non possunt. **A**d primum ergo dicendum q̄ rationalis potestas dicitur esse oppositorum que sub electione cadunt: quorum proprium est lib. arbi. electio autem non est de fine: sed de his que sunt ad finem: et non eliguntur: nisi secundum regulam finis: que est in extimatione. et ideo de fine non potest voluntas contrarie se habere. voluntas enim nō potest esse de miseria neq̄ de malo in quantum huiusmodi. sed semper est de bono et de beatitudine ad quam tamen consequendam possunt homines diuersas vias eligere: scz secundum q̄ in illis melius estimant se posse felicitate consequi. vnde potest eē error in electione eorum que sunt ad finem ipsum. et ideo apud illos quorum est indeficienter recta extimatio finis: sicut apud angelos qui ipso fine perficiuntur impossibile est esse voluntates alicuius eorum qui a fine deordinantur cuiusmodi est voluntas peccati. Sed tamen possunt velle hoc vel illud: quorum neutrum a fine deordinat: sic saluatur proprietas rationalis potestatis in quantum possunt hoc facere vel non facere: quibus non possunt in hec opposita bonum et malum. **A**d secundum dicendum: q̄ non est possibile vt in eodem subiecto succedant sibi corruptibilitas et incorruptibilitas vel mobilitas et immobilitas: ita q̄ vtrumq̄ reducatur in eius principia naturalia. Et sic etiam dicimus q̄ lib. arbitrium angeli quod per naturam mobile erat: non est factum per naturam immobilem vt per gloriam. **A**d tertium dicendum q̄ potestas angeli nunquā determinatur ad vnum nisi in actibus coniungentibus fini quin possit hoc facere vel non facere: aut hoc vel illud facere. non tamen potest peccare: quia secundum Anselmum in p̄sologion posse peccare non est lib. arbi. nec pars libertatis: quia lib. arbi. est libertas eligendi hoc vel illud eorum que in finem ducunt. **A**d quartum dicendum: q̄ laudabilitas non depēdet essentialiter a potestate peccandi: sed a voluntate adherente bono: alias virtuosus in quo est minor mobilitas ad peccandū esset minus laudabilis in actu suo q̄ carens virtute et bonum operans. sed potestas peccandi est signum laudabilitatis respectu laudantium in quantum ostendit non coacte voluntatem bono adherentem.

**D** secundum sic proceditur. videtur q̄ demones possint bonum facere et non sint obliuati in malo. Natura enim intellectualis ordinata est ad beatitudinem cuius facta est capax. sed in demonibus manet natura post peccatum. ergo nō sunt adeo obliuati quin possint bonū velle et beatitudinē cōsequi. **P**re. Dion. dicit quarto ca. de di. no. q̄ demones bona appetunt esse viuere et intelligere. h̄ bona appetēdo h̄ q̄ bonā voluntatē. et vt q̄

demonones bonam voluntatem haberi possunt. **P**reterea, si deresis in demonibus non est extincta alias verum conscientie non haberent, sed actus deresis est remurmurare malo, hoc autem bonum est non ergo omnis eorum actus malus est. **P**reterea Jacobi primo dicitur: quod demones credunt et contremiscunt: sed utrumque horum bonum est, ergo eorum aliquis bonus est actus. **P**reterea, omni actu peccati aliquid in malicia crescit et in merito maioris pene. Si ergo demones omni actu suo peccant, videtur quod pena eorum in infinitum crescat cum obstinatio reatum pene non tollit, autem enim ex sua malicia commodum reportarent, ergo pena eorum in infinitum crescit: quod est inconueniens.

**S**ed contra, Aug. in libro de fide ad petrum dicit, Demones nec mala voluntate carere possunt: nec pena, sed ex mala voluntate nunquam procedit nisi actus malus, ergo videtur quod omnis eorum actus malus sit. **P**reterea, sicut angeli per conuersionem effecti sunt boni: ita demones per auersionem facti sunt mali. Sed angeli beati malum facere non possunt: ut prius dictum est, ergo nec demones bonum. **R**espondeo dicendo, quod in demone est natura bona a deo creata, sed voluntas mala: cuius malicie ipsi sunt causa, et ideo omnis actus nature eorum bonus est, sed actus voluntatis eorum est malus, actum autem malum contingit esse dupliciter: aut quantum ad substantiam actus: sicut malus actus voluntatis est fornicari vel mentiri: aut quantum ad modum agentis: sicut cum quis appetitu laudis dat elemosinas, possunt ergo demones aliquem bonum actum ex genere facere: nullo tamen modo bona voluntate: cuius obstinationis ratio diuersimode assignatur. Quidam enim dicunt, quod liberum arbitrium angeli medium est inter diuinum et humanum: in hoc quod diuinum immobile est ante electionem et post, humanum vero mobile ante et post, angelicum vero mobile ante: sed immobile post, sed hec ratio supponit illud: cuius causa queritur: scilicet immobilitatem post angelorum electionem.

**E**t preterea secundum hoc non posset assignari ratio confirmationis et obstinationis hominum defunctorum. **A**lia ratio assignatur: quia cum angelus sit indivisibilis ad quodcumque se conuertit totaliter conuertitur, sed hec videtur insufficiens, quia quantum sit indivisibilis in essentia: est tamen diuisibilis virtute secundum quod virtus eius ad multa se extendit, et hoc est secundum obiecta et secundum quod magis et minus alicui applicatur, et hoc est secundum intensionem et remissionem actus. Unde non oportet quod sua operatio procedat ab eo secundum totam suam virtutem: cum sit dominus sui actus.

**A**lia ratio sumitur per hoc quod homo per alterius ceidit, unde decuit quod haberet reparatorem per quem resurgeret, angelus vero per seipsum, et ideo impossibile est eius ruinam reparari: quia per se non potuit resurgere: nec decuit alium reparatorem habere. Sed hoc etiam non videtur sufficiens: quia per se vel per alium cadere sunt circumstantie peccati: que in infinitum aggravare non possunt: ut peccato recuperabilitas auferatur. **E**t preterea etiam si homo nunquam reparatus esset: non tamen propter hoc obstinatus esset: ut patet in infidelibus qui reparationis beneficium non consequuntur: quorum

non omnes actus peccata sunt: ut infra dicitur distinctione xxxiii. Et ita etiam si casus demonis sit irreparabilis, non ex hoc sequitur obstinatio voluntatis in malo qualis in ipso est. **A**lia ratio est: quia angelus peccauit contra deiformem intellectum: homo autem contra dictamen rationis: ut patet ex diuino in quarto capitulo de diuinis nominibus, et ideo peccatum angeli fuit multo grauius et irreparabilius: quia ratio est intellectus quasi obumbratus secundum quod dicit Isaac in libro de diffinitionibus: quod ratio oritur in ymbra intelligentie, sed hoc etiam non videtur sufficiens: quia intellectus angelicus et ratio humana non improporcionabiliter distant: sicut reparabile et irreparabile: cum utrumque finitum sit. **A**lia ratio assignatur: quia natura hominis tota corrupta est per peccatum eius in quo erat, non autem tota natura angelica, unde magis indigebat reparatione humana natura quam angelica. Sed hoc non videtur sufficiens, quia secundum hoc si primo homine non peccante aliqui de filiis eius peccassent: eorum peccatum irreparabile foret. **E**t preterea in quolibet angelo est natura secundum speciem ab alio differens, et ideo eo peccante tota natura sue speciei viciata est. **E**t ideo oportet aliter dicere: ut inueniatur eadem ratio obstinationis in hominibus damnatis et in angelis peccantibus: quia secundum Damascenum: quod est in angelis casus hoc est in hominibus mors, dicendum est ergo: quod sicut impossibile est a voluntate ideclinabiliter adherente reo fini procedere opus peccati: ita e contrario impossibile est a voluntate adherente inconvertibiliter peruerso fini aliquod rectum opus provenire, peccatus autem voluntatis contingit dupliciter circa finem: vel ex passione deducente rationem ab actuali consideratione recti finis, et talis peccator penitens est passione cessante: vel ex malicia que secundum philosophum in septimo ethicorum est corruptiva finis. Dicitur enim ex malicia peccare: qui ex electione prauit finis peccat: eo quod qualis est secundum habitum: talis finis videtur ei: ut qui habet habitum luxurie delectationem veneream sibi ponit finem: et cum error circa finem in operabilibus sit sicut error circa prima principia in speculativis: circa que errantem non contingit ex aliis magis notis dirigi: oportet quod sit peccans sicut impenitens: ut dicit philosophus ibidem, ergo de peccato nullus potest penitere: nisi vel ex passione cessante vel habitu remoto quo malum finem eligebat. Remoueri autem habitum non est possibile nisi in eo qui est in statu vite et mutabilitatis, unde quodcumque aliquis deuenit ad terminum vite non potest deflecti ab eo sine cui adherit: siue sit bonus siue malus, finis autem vite hominis est mors sua, finis autem angeli est terminus electionis sue qui bono adherit vel malo. Unde sicut homines per bonum in bono confirmantur vel in malo: ita et angeli post conuersionem et auersionem. Datur autem homini longior via quam angelo: quia erat magis a deo distans, et oportebat quod in eius cognitione inquirendo perueniret, angelus autem statim deiformi intellectu sine inquisitione in diuina peruenire potuit. **A**d primum ergo dicendum quod in demonibus remanet naturalis potentia ad bonum: ut remota et indifferens et per contrarium habitum deprauata: qua possent benefacere si vellent: sed velle non possunt.

quia habitus malitiae ab eius voluntate removeri non potest: quia iam in statu viae non est. **C** Ad secundum dicendum: quod cum in angelis natura sit bona: oportet quod naturalis appetitus eorum bonus sit: qui tamen per circumstantias deprauatur: quas apponit deliberativa voluntas in quantum volunt esse et vivere sub tali deformitate peccati. sicut luxuriosus desiderat vivere in sua turpi delectatione. **C** Ad tertium dicendum: quod secundum quosdam sinderosis in demonibus non remurmurat culpe: sed pene et in hoc magis peccant ordinationi divinae iustitiae renitentes. sed hoc non videtur verum: quia impossibile est quod aliquid non renitatur suo contrario. In sinderosis autem sunt universalia principia iustitiae naturalis. unde oportet quod remurmuret omni ei quod contra ius naturale sit. Sed tamen istud murmur est actus naturae. In demonibus enim voluntas perversa repugnat secundum quam claudunt suas virtutes inspectivas ab omni consideratione: ut dicit Dionysius in quarto capitulo de divinis nominibus. **C** Ad quartum dicendum quod quantumvis isti actus si boni sint non tamen bene sunt: quia coacte et non ex electione bonum quodcumque operantur. **C** Ad quintum dicendum: quod quidam dicunt quod eorum culpa et pena crescere potest usque ad diem iudicii. sed hoc non videtur verum: quia cum non sint in statu viae: sicut non in bonum ita nec in peius mutari possunt. Unde dicendum quod eorum culpa vel superbia dicitur crescere: non quantum ad intensionem malitiae: sed quantum ad multiplicatam actus. pena etiam essentialis non crescit. sed accidentalis que est ex multitudinem damnatorum. sicut est etiam de premio bonorum angelorum.

Et deinde queritur de cognitione demonum.

**D** Et circa hoc queruntur duo. Primo utrum demones vigeant acumine scientie. Secundo de divinatione que per eos fit.

**A** Primum sic proceditur. videtur quod demones non sunt acuti scientia: sicut in littera dicitur: sicut enim dicit Dionysius in quarto capitulo de divinis nominibus. Malum demonis est furor: irrationalis amens concupiscentia et fantasia proterva. Hec autem omnia hebetudinem cognitionis important. ergo videtur quod scientie acumine non polleant. **C** Preterea secundum philosophos: natura substantiarum intellectualium perficitur intellectu et voluntate. sed sicut voluntas perficitur per appetitum boni: ita intellectus per cognitionem veri: cum ergo voluntas eorum non possit in bonum: videtur quod nec intellectus in verum. **C** Preterea. revelatio supernorum spirituum fit per illuminationem: sed demones cum sint in perpetuis tenebris illuminari non possunt revelatoine bonorum angelorum. **C** Preterea. cognitio per experientiam longi temporis est accipientis scientiam a rebus: quia ex multis memoriis fit unum experimentum: ut in principio methaphysice dicitur memoria vero a sensu oritur. angeli autem cognitio. non est ex rebus accepta. ergo per experientiam longi temporis cognitionis acumen non habent. **C** Sed contra est quod in littera auctoritatis sanctorum probatur: quod etiam eorum nomen ostendit. quia demones dicuntur: quasi sapientes. Item Dionysius dicit quarto capitulo de divinis nominibus. Data autem angelica dona ne-

quaes mutata esse dicimus: sed manere integra et sple didissima. sed inter alia attributa naturae angelorum unum fuit perspicacitas intelligentie. ergo hoc adhuc eis manet. **C** Respondeo dicendo: quod cum peccatus non tollit naturam: sed tantum diminuat habilitatem ad bonum secundum quod facit magis a gratia distare: oportet in demonibus lumen intellectuale perspicuum remanere: quia natura eorum intellectualis est. cognitio autem eorum de rebus est duplex. quedam. n. sunt quorum cognitio per causas naturales: vel signa haberi non potest et talia non nisi revelatione supernorum spirituum cognoscunt. Quedam vero sunt quorum cognitio per naturam haberi potest. et hoc dupliciter. vel per causas determinatas ad effectus naturales. et talia cognoscunt per subtilitatem nature sue in quantum in eis resplendent similitudines totius ordinis universi: vel per aliqua signa ex quibus ut in pluribus potest alicuius cognitio haberi: sicut medici pronosticantur de sanitate vel de morte talia cognoscunt per experientiam temporum secundum quod talibus signis pluries tales effectus concurrerunt.

**C** Ad primum ergo dicendum: quod furor et concupiscentia et fantasia non sunt in demonibus proprie: sed methaphysice cum pertineant ad sensitivas partes que non est in angelis. omnis enim defectus anime qui in nobis accidit: vel est fantasia quantum ad cognitionem: cuius proprium est falsitas secundum philosophum in quarto methaphysice: vel ex passionibus irascibilis et concupiscentibus quantum ad affectionem. et ideo dicitur fantasia proterva. quia protervus est qui pertinaciter verum impugnat. Irrationalitas autem et amentia furori et concupiscentie important obliquitatem voluntatis a recto iudicio intellectus vel rationis et ignorantiam non speculationis sed electionis: secundum quam omnis malus est ignorans. **C** Ad secundum dicendum quod voluntas est domina sui actus magis quam intellectus: eo quod ipse in veritate compellitur. et ideo secundum actum voluntatis homo dicitur malus vel bonus. quia actus voluntatis est actus bonus: quasi in eius potestate existens. non autem secundum actum intellectus cuius ipse non est dominus. **C** Ad tertium dicendum quod revelatio supernorum spirituum facta demonibus non est per modum illuminationis: ita quod lumen intellectuale demonis vigoretur per applicationem claritatis lustris angelici. sed per modum locutionis: ita quod sibi exponuntur cognitiva quedam per modum quo prius non exponebantur: sicut infra patebit: distinctione undecima. **C** Ad quartum dicendum quod quantumvis cognitionem a rebus non accipiat demon. tamen acuitur eius scientia per longitudinem temporis per speciem rei quam habet innata cognoscit rem et ea que in re sunt antequam determinatur contingens: et precipue ad utrumlibet nec est in eo effectus eius. Unde potest in ipsa cognosci: qui tamen cognita ipsa cognoscitur quando iam ad effectum determinata est.

**D** secundum sic proceditur. videtur quod per

**a** demones divinatio fieri non possit. Pre-nunciatio enim futurorum divinitatis est si

gnum. Unde dicitur *Isaie. xli.* Ventura quoque annuncietis et dicemus quod dii estis. Sed demones sunt omnino diuinitatis expertes. ergo per eos diuinitas de futuris fieri non potest. **C** Præterea. bonorum prophetarum est veritatem de futuris predicere: ut dicitur *Jeremie trigesimo octauo:* quod ille est propheta quem misit dominus: cuius verbum euenit. Si ergo homines virtute demonum vera de futuris diuinando prænuunt: videtur quod qui per reuelationem demonum probabiliter prophetent verum pro phete et dei sunt. **C** Præterea. non est cognitio rei nisi per speciem eius. sed species euentus futuri non potest per demonem in anima essentia demon species causare. ergo videtur quod per ipsum diuinitas fieri non possit. **C** Præterea. mentem hominis nullus formare potest: nisi solus deus: ut *Augustinus* in littera dicit. sed non potest cognitio alicuius accipi: nisi mens alicuius aliquo lumine formaretur. ergo videtur quod per demones præcognitio futurorum accipi non possit. **C** Sed contra. in demonibus est potentior virtus intellectiva quam in hominibus sed homo potest alteri denunciare quod scit futurus ergo et demones: sciunt autem quedam futura: cum etiam quorundam futurorum cognitio ab hominibus habeatur: ut ab astrologis et medicis. ergo per demones diuinitas fieri potest. **C** Præterea. quando anima retrahitur a motibus exterioribus circa corpus: ut in somno quorundam futurorum præcognitiones accipit. non enim omnino negandum est diuinitatem fieri in somnis: ut dicit *philosophus* in libro de somno et vigilia. Sed demones circa regimen corporis non occupantur. ergo videtur quod futurorum cognitiones et habere et aliis conferre possunt. **C** Respondetur. quod futurorum quedam sunt determinata in suis causis. quedam vero non habent causas determinatas sicut que sunt ad verumlibet. quilibet autem effectus secundum quod in causa sua determinatur: in ea potest cognosci. Si enim determinetur in ea: ut ex qua necessario contingat certitudinarie cognoscetur. sicut sunt ea que circa motum celi accidunt: ut ortus et occasus: et eclipses et coniunctiones luminarium que omnia multo melius demones sciunt. per species causarum innatas quam astrologus per artem. Si autem determinentur in causis: ut ex quibus frequenter contingat cum potestate tamen efficiendi in minori parte propter impedimentum ex parte agentis vel ex parte recipientis actionum: eorum præcognitio non certitudinalis: sed coniecturalis haberi potest. et hoc modo astrologus predicat quedam futura que consequuntur ex motibus celi in istis inferioribus: que tamen impediri possunt propter defectum inferiorum causarum. et hec præcognitio tanto magis ad certitudinem accedit quanto ad unum effectum plures cause concurrentes cognoscuntur: et quanto virtus cause melius scitur. Unde demones subtilissimi sunt in talium futurorum præcognitione. sed ea que non habent causas determinatas: ut que sunt ad verumlibet vel in minori parte non possunt cognosci in causis suis. sed in seipsis tantum: ut presentia sunt: ut in primo dictum est: distinctione. *trigesima octaua.* Et cui de reuelare voluerit: et talium futurorum cognitionem nec homines nec demones habere possunt: nisi reuelatione superiorum spirituum. Ea vero que ipsi demones præcognoscunt reuelare possunt: non qui-

dem obiciendo se anime: sicut speculum in quo videntur que in speculo relucent ut quidam dicunt: quia anima humana ad minus secundum status vie non videt ea que sunt a materia separata: nisi quantum ex fantasmatibus in eorum cognitionem venit. Nec iterum species que sunt in intellectu angelico: sunt proportionate intellectui humano: cum multo simpliciores sint et vniuersaliores. Unde sicut species que sunt in intellectu imaginatio non potest comprehendere: nec sensus species que sunt in imaginatione: ita nec intellectus humanus secundum status vie: species que sunt in intellectu angelico. sed angelus bonus vel malus aliter ea que cognoscit reuelare potest: scilicet per applicationem luminis sui ad fantasmata: sicut applicatur lumen intellectus agentis: ut ex eis quedam intentiones in intellectu eliciantur. et quanto lumen fuerit fortius et perfectius: tanto plures et certiores cognitiones eliciuntur. Et ideo ex fantasmatibus illustratis lumine angelico resultat aliorum cognitio in intellectu possibili hominis ad quam efficiendam illustratio intellectus agentis humani non sufficeret: cum lumen eius sit debilius lumine angeli. **C** Ad primum ergo dicendum quod futura secundum quod habent determinationem in causis suis accedunt ad rationem præscientiam in quantum iam quodammodo sunt determinata in causis suis. et ideo eorum præcognitio non proprie dicitur diuinitas: ut quando medicus predicat sanitatem futuram: et astrologus eclipsim vel pluiam: et aliquid huiusmodi: nisi forte apud eum quem latet ordo cause ad causatum. unde in illis que omnibus nota sunt nullus dicit diuinationem esse: ut solem oriri cras. Sed diuinitas proprie est eorum que causas determinatas non habent. hec enim præcognoscere solus dei est: a cuius actus usurpatione diuini vocantur: qui futuris prænuunt ad minus intendunt. **C** Ad secundum dicendum quod falsi prophete distinguuntur a veris quantum ad tria ad minus. Primo quantum ad reuelationis auctoritatem: quia boni prophete futura predicunt diuino lumine mediantibus bonis angelis inspirati sed falsi prophete: vel sequuntur spiritum suum nihil intendentes: sed mendacia confingentes: vel per reuelationem immundi spiritus. Secundo quantum ad intentionem prænuuntionis. quia falsorum prophetarum finis est aliquod lucrum corporale. Unde dicitur *Ezech. decimotertio* Violant me ad populum meum propter pugillum ordei et fragmen panis: vel saltem ipsius demonis reuelantis intentio peruersa est qui deceptionem intendit. Sed prophetarum bonorum tota intentio in rectum ordinatur. Tertio quantum ad certitudinem prænuuntionum: quia bonorum prophetia innititur diem præscientie que omnium futurorum euentus intuetur: sed prænuuntio malorum prophetarum innititur præscientie demonum que coniecturalis est. **C** Ad tertium dicendum: quod demon potest aliquod ignotum manifestare sine causatione noue speciei dupliciter: aut ex speciebus in imaginatione seruatis diuersimode compositis et diuisis et fortiori lumine illustratis alias intentiones eliciendo: aut etiam nouas species in imaginatione formando secundum aliquam transformationem organi corporalis. **C** Ad quartum dicendum quod solus deus format mentem hominis in situ non tamen solus in mente intellectuati lumine illustrat: nisi

Intelligatur a lumine conaturali quod a solo deo ē.  
**C** Ad quantum dicendum q̄ astrologi non possunt  
 prenunciare euentus: nisi quia reducuntur ad mo-  
 tum celi: sicut a d̄ causam: vel per se sicut transmu-  
 tationes que accidunt in corporibus: vt tempesta-  
 tes ⁊ sterilitates: ⁊ pestilentias: ⁊ huiusmodi: que ta-  
 men impediri possunt fortioribus motibus superue-  
 nientibus. vt dicit philosoph⁹ in libro de som. ⁊ vig.  
 vel per accidens. sicut ad transmutationem corporis  
 disponitur anim⁹ ad aliquos act⁹ magis q̄ ad alios  
 sicut ex naturali p̄lerione q̄dam sunt prout ad toru-  
 riā vel ad irā ⁊ h̄mōi. nō tamen talis dispositio corpo-  
 ris anime necessitatem inducit. Unde in his que  
 ex libero arbitrio dependent maxime eorum iudicia  
 falluntur. **C** Similiter etiam medici ex signis exte-  
 rius apparentibus causas interiores cognoscunt ex  
 quibus sequitur sanitas vel mors: vel semper: vel i  
 maiori parte. ⁊ hec omnia demones precognoscere  
 possunt. non autem omnia futura sunt talia. **C** Ad  
 serm̄ dicendum q̄ diuinationes etiam que in som-  
 niis sunt reducuntur in aliqua signa vel causas natu-  
 rales. hoc autem contingit dupliciter. vno modo in  
 his quorum causa est in ipso somnante. ⁊ hoc conti-  
 git dupliciter. vel ita q̄ ipsum somnium est causa eū-  
 tus futuri. sicut quando quis p̄p̄ter hoc quod i som-  
 no videt mouetur ad aliquid faciendum. vel est si-  
 gnum futuri: cuius causa in ipso est: sicut quando  
 quis somniat se comedere dulcia: significat q̄ fleg-  
 ma dulce in eo dominetur: ex quo medicus potest ali-  
 quem euentum futurum conuicere vel morbi vel salu-  
 tis. Si autem neutro modo se habeat: tunc nō est ni-  
 si per accidens: sicut contingit per accidens me cogi-  
 tante de aduentu alicuius illum venire. Alio modo  
 in his que causam habent extra somniantem: ⁊ i his  
 euentus frequenter rei somnate se habet ad som-  
 nium: vt per accidens. quandoq̄ tamen somnium est  
 signum euentus futuri. hoc autem contingit duplici-  
 ter. vno modo ex parte illa qua cognitionem a corpo-  
 re accipit in quantum imprimitur in ipsius virtus cor-  
 poris celestis. ex motibus enim corporum celestium  
 relinquuntur quedam impressiones ⁊ motus: q̄ sunt  
 signa motuum celestium in corporibus inferioribus.  
 ⁊ p̄m q̄ isti motus perueniunt ad imaginationem si-  
 gurantur imagines illorum effectuum ad quos dis-  
 ponunt motus celestes secundum similitudines ma-  
 gis vel minus expressam: p̄m q̄ virtus imprimens ē  
 fortior vel debitor. ⁊ p̄m q̄ virtus recipiens est ma-  
 gis disposita vel minus ⁊ magis quiesca ab aliis oc-  
 cupationibus. ⁊ propter hoc huiusmodi sentiuntur  
 in dormiendo: q̄ anima vacat ab exterioribus moti-  
 bus: ⁊ precipue in nocte. ⁊ circa horam digestionis  
 complete: ⁊ per hunc modum quedam animalia pre-  
 cognoscunt. quedam futura secundum q̄ est necessa-  
 rium ad eorum sustentationem: sicut pisces tempe-  
 statem futuram motibus suis prenunciant dum d̄ lo-  
 co ad locum mouentur. ⁊ similiter etiam in somniis  
 ⁊ multis aliis animalibus ad sensum patet quorum  
 imaginationes sunt magis quiesca q̄ humane p̄pter  
 multiplices motus rationis. Alio modo secundum q̄  
 anima cognitionem accipit ⁊ influentia luminis sub-  
 stantie separate vel dei vel angeli cui uehementius  
 coniungitur quanto magis ab occupatione corporis  
 cessat. ⁊ propter hoc reuallones in somniis sunt ⁊ i  
 illis precipue quorum anima corporis affectionibus  
 non subdatur. ⁊ quanto eorum imaginatio magis obe-

De his q̄ somniis videtur.

dit intellectui: tanto figurantur in ea expressiores si-  
 militudines. ⁊ propter hoc etiam virtutes morales  
 multum faciunt ad scientiam. ⁊ precipue virtus ca-  
 stitatis: vt dicit commentator in septimo physicoꝝ.  
 castitas enim precipue inter virtutes morales cor-  
 pus anime obediens reddit.

Inde queritur de virte demonum in operā-  
 do. Et circa hoc queruntur duo. Primo vtrū  
 possint aliquos veros effectus operari i ma-  
 teria corporali. Secundo vtrum eorum auxilio ⁊ cō-  
 silio vti liceat.

Primum sic preceditur videtur q̄ demo-  
 nes verum effectum corporalem inducere ne-  
 queant. quia dicitur sc̄de thessalo. sc̄do. q̄ an-  
 tichristus veniet in signis mendacibus. sed tūc ma-  
 ximam potestatem demones habebūt. ergo videtur  
 q̄ nullo modo possint aliquem effectum verum indu-  
 cere. **C** Preterea. id quod datum est in manifesta-  
 tionem ⁊ confirmationem fidei non debet concedi fi-  
 dei aduersariis. sed operatio signorum data est ad cō-  
 firmationem fidei: vt habetur Mathei ultimo. Si  
 li autem profecti ⁊c. ergo videtur quod non subit po-  
 testati demonum miracula facere. **C** Preterea. om-  
 nis alteratio reducitur in motum localem. vt in sep-  
 timo physicoꝝ probatur. quorum primus est mo-  
 tus celi. sed demones motum celi variare non pos-  
 sunt: quia hoc solius dei est: vt Dionysius dicit i epi-  
 stola ad polycarpum. ergo videtur q̄ nullam trans-  
 mutationem in corporibus inferioribus facere pos-  
 sint de forma in formam. **C** Preterea. id quod sub-  
 iacet virtuti corporali non habet virtutem imprimē-  
 di in corpore. sed demones subduntur virtutibus stel-  
 larum. vnde etiam malefici constellationes determi-  
 natas obseruant ad inuocandum demones. ergo vi-  
 detur q̄ non habeant virtutem imprimendi in cor-  
 pora. **C** Preterea. demones non operantur nisi per  
 modum artis. sed ars non potest dare formam sub-  
 stantialem. vnde dicitur in ca. de numeris sciant au-  
 ctiores alchimie species transformari non posse. ergo  
 nec demones formas substantiales inducere possūt.  
**C** Sed contra est quod dicitur Exodi. vii. q̄ magi  
 pharaonis virtute demonum operantes virgas in  
 serpentes verterunt. **C** Preterea. fortius agit in id  
 quod minus est forte. sed virtus demonia est fortior  
 virtute corporali. ergo possunt corpora transmutare  
 propria virtute. **C** Respondeo s̄d. q̄ circa hoc po-  
 test esse duplex error. vnus fuit gentilium qui crede-  
 bant demones: quorum virtute magi operabantur  
 deos esse. ⁊ ita per modū creatiōis posse nouos effe-  
 ctus producere. ⁊ iste est secundus modus quem po-  
 nit in littera magister. Alius est Auicenne qui ponit  
 q̄ materia corporalis multo fortius obedit concep-  
 tioni substantie separate q̄ qualitibus contrariis  
 agentibus in natura: quia agentia naturalia sunt tā-  
 tum disponētia ad formam que est ex influentia sub-  
 stantie separate. vnde ad conceptionem substantie  
 separate etiam preter ordinem motus celi sequitur  
 aliquis effectus in inferioribus. ⁊ ponit exemplum  
 de anima humana: ad cuius conceptionem totū cor-  
 pus mouetur: vel in libidine ad imaginationem mu-  
 lieris amate: vel ad cauendum ex imaginatione ⁊ ti-  
 more casus. ⁊ hic est p̄m⁹ mod⁹ qui tangitur in litte-  
 ra: q̄ materia corporalis deseruiat demonibus ad nu-  
 tum. huic autem positioni contradicitur ⁊ a philoso-  
 phis ⁊ a theologis. Alii philosophis quidem q̄ dicit

q̄ motus celi est instrumentus intelligentie mouentis. Unde non nisi eo mediante potest prouenire effectus in inferioribus ab intelligentia. A theologia etiam contradicitur: quia forme corporales nō sunt ex influentia demonum: sed ex influentia dei: qui eas in potentia materie possit educere in actus sine admitticulo alicuius inferioris agentis s̄m q̄ in actus educantur s̄m cursum nature ex determinatis agentibus naturalibus. vnde huius positionis ē falsum fundamentum. Et ideo dicendum q̄ demones virtute propria nullam formam in materiam influere possunt: nec accidentalem: nec substantialem: nec reducere eam in actum nisi admitticulo proprii agentis naturalis: sicut nec artifex propria virtute sed sicut ignis apposita calcfacit. ita et demones ad determinata passiva possunt coniungere activa: vt sequatur effectus ex causis quidem naturalibus: s̄ preter cōsuetum cursum nature. p̄pter similitudinē et vehemētij virtutis actiue rerum aggregatarū et p̄p̄ habilitatem passivorum. et ideo effectus qui non sunt in potestate alicuius virtutis actiue naturalis p̄ducere nō possunt: vt suscitare mortuos vel aliqd̄ huiusmodi veritate: sed in prestigij t̄m: vt. j. dicitur. ¶ Ad p̄mum ergo dōm: p̄ tempore antip̄si aliqua vera miracula sicut virtute demonum permissione diuina in illis tamen ad que virtus demonis se extendit. tamen dicuntur omnia mendata ex parte finis: q̄ ad decipiendum sunt. ¶ Ad scōm dōm q̄ signa facta p̄ bonos possunt distinguī ab illis que per malos s̄m tripliciter ad minus. Primo ex efficacia virtutis operantis: q̄ signa facta per bonos virtute diuina sunt in illis etiam ad que virtus actiue nature se nullo modo extendit. sicut suscitare mortuos et huiusmodi. que demones s̄m veritatem facere non possunt. Secundo ex virtute signorum: q̄ signa per bonos facta sunt de rebus virtutibus: vt in curatione infirmitatum et huiusmodi. Signa autem per malos facta sunt in rebus nocuis vel vanis: sicut q̄ volant in aere vel reddūt membra hominum stupida et huiusmodi. et hanc differentiam assignat beatus petrus in itinerario clemētis. Tertia differentia est q̄sum ad finem: quia signa bonorum ordinantur ad edificationem fidei et bonorum morum. sed signa malorum sunt in manifestum nocumentum fidei et honestatis. Et q̄sum ad modum d̄nt. q̄ boni operantur miracula per inuocationem diuini nominis pie et reuerenter. sed mali quibusdam deliramentis: sicut q̄ incidunt se cultris: et huiusmodi turpia faciunt. et ita signa per bonos facta manifeste possunt discerni ab his que virtute demonum s̄nt. ¶ Ad tertium dōm q̄ talem alterationē precedit aliquis motus localis inquantū virtutes actiue colligunt: et determinatis passivis apponūt. sed talis motus localis non reducitur in motum celestem: q̄ non est s̄m aliquam virtutem mouentem naturalem: sed inquantū obedit virtuti demonis ad motum localem: quod est virtute nature sue que supra corpora potest non quidem vt aliquam formam isuat. sed vt locali ter moueat. quia motus localis non est s̄m acquisitionem alicuius quod in re sit que mouetur: quia locus est extrinsecus locato. ¶ Ad quartum dōm q̄ corpora celestia non habent aliquam impressionem in demones: vt eis subd̄ntur. Sed ideo aduocari sub certa constellatione veniunt. q̄ sciunt virtutem illius constellationis inuare ad effectum qui requiritur. et p̄pter hoc vt boies inducantur ad venerandum aliquod

nomen in stellis: ex quo idolatrie ritus p̄cedit. ¶ Ad quintum dicendum q̄ ars virtute sua non potest formam substantialem conferre: quod tamen potest virtute naturalis agentis: sicut patet in hoc quod per artem inducitur forma ignis in lignis. sed quedam forme substantiales sunt quas nullo modo ars inducere potest. quia propria actiua et passiva inuenire nō possunt. sed etiam in his potest aliquid simile facere sicut alchimiste faciunt aliquid simile auro quantū ad accidentia exteriora. sed tamen non faciunt verū aurum. q̄ forma substantialis auri non est per calorem ignis quo vtuntur alchimiste. sed per calorem solis in loco determinato: vbi viget virtus mineralis. et ideo tale aurum non habet operationem p̄sequentem sp̄m. et s̄m in aliis q̄ eorū operatione sunt.

¶ Ad scōm dōm p̄ceditur. videtur q̄ vti auxilio demonum in talibus operibus nō sit malū. Ipse enim paulus corinthibus fornicatū tradidit satanā in interitum carnis: vt dicitur p̄mo corint. v. sed in hoc non dicitur peccasse. ergo vti licet obsequio demonum. ¶ Preterea. licet auxilium accipere etiam a peccatoribus: vt clemens vel aliquid huiusmodi. sed in demonibus non est inuenire nisi naturam q̄ bona est et peccatum. ergo videtur q̄ auxilium eorum vti liceat. ¶ Preterea deus contulit virtutes verbis et rebus. sed virtute quorundam verborum et rebus demones aduocantur: et quasi compelluntur. ergo videtur q̄ eorum auxilium vti liceat. ¶ Preterea id quod vergit in aliquam vtilitatem et nulli derogat: non videtur esse peccatum. sed per inuocationes demonum frequenter multa vtilia sunt: sicut patet in inuentione rerum amissarum. ergo videtur q̄ in talibus vti licet eorum auxilio. ¶ Sed cōtra deuteronomii. xvii. Precepit dominus omnes incantatores et maleficos interfici. mors autem corporalis non infligitur sine graui peccato. ergo videtur q̄ grauer peccat qui talibus intendunt. ¶ Preterea. augustinus dicit super genesim libro secundo omnes divinationes esse fugiendas et cauendas. ergo etc. ¶ R. d. q̄ ea q̄ sunt supra facultatem humanam et nature a solo deo regenda sunt. et ideo sicut grauer peccat qui illud quod est dei creature impendit per idolatrie cultum. ita et grauer peccant qui ea que a deo expectanda sunt: auxilio demonum implorant. et huiusmodi est variatio de futuro. vnde dicitur isaie. viii. Nunquid non populus a deo suo etc. Et similiter etiam in aliis operibus magicis: in quibus complementum operis ex virtute demonum expectatur. In his enim omnibus est apostasia a fide per pactum initum cum demone: vel verbore? si inuocatio intersit: vel facto aliquo: etiam si sacrificia desint. non enim potest homo diebus dominis seruire. vt dicitur Mathei. vii. ¶ Ad primum ergo dicendum: q̄ paulus et quidam alii sancti leguntur aliqua per demones fecisse non pacto cum eis inito: sed sicut virtutem diuinam in eis exercētes. sicut etiam potestatum celestium officij dicitur demones arcere. ¶ Ad secundum dōm: q̄ peccatores quādiu in hac vita viuunt: possunt fieri membra christi: quantūcumq̄ videantur in malicia obstinati. et ideo ex charitate diligendi sunt et ab eis beneficia recipi possunt et impendi: dummodo contra caritatem non sint. sed postq̄ a corpore in damnationes decedūt idē ē iudicij de eis et de demonibus. ¶ Ad tertium dōm: q̄ nō est credēdū aliquibus virtutibus corporibus demones subiacerē. et ideo nō cogūt inuocationibus

et factis quibusdam malefactis nisi in quantum per hoc enim eis sedus inicitur secundum quod dicitur isaie .xviii. percussimus sedus cum morte: et cum in inferno fecimus partem. Ad quartum dicitur: quod nulla utilitas esse potest per qua ad faciendum sit: quod in dei vergat iniuria quod contingit: quando illud quod ipsi est non ab ipso queritur sed cum ei aduersario sedus inicitur. Boni vero argumentum etc. Sed contra. li. ar. est quod cogi non potest: sed negationes non recipiuntur et minus magis. ergo nec li. ar. Ad quod dicitur: quod huius negatio secundum illud quod est magis vel minus non recipiat. tamen dicitur intendi et remitti: quod habet causam in subiecto: sicut qui caret substantia oculi magis dicitur cecus quam ille cuius visus dicitur ab humore impeditus ad pupillam fluentem. et ideo dici potest libertas arbitrii maior et minor: sed modum nature in qua est. De cetera quidam scia: etc. Per hec scia intelliguntur virtutes actiue existentes in rebus ex virtute celesti et ex qualitatibus actiuis et passivis: quod semel in secundo philosophi. putat inter causas actiuas.

Distin. octava.

Utrum angeli omnes corporei sint: quod quibusdam visum est: quibus augustinus. consentire videtur dicens omnes angelos ante casum habuisse corpora tenuia et spiritalia. sed in casu mutata in deterius malorum corpora ut in eis possent pati.

### Sic etiam in que

stione versari apud doctos: utrum angeli omnes boni. scilicet et mali corporei sint. id est corpora habeant sibi unita. Quod aliqui putant innitentes verbis Augustini. qui dicere videtur quod angeli omnes ante confirmationem vel laesum corpora aerea habuerint de puriore ac superiore aeris parte formata ad faciendum habilia non ad patiendum. et angelis bonis. qui perstitit talia conseruata sunt corpora: ut in eis possint facere et non pati: que tunc sunt tenuitatis ut a mortalibus videri non valeant: nisi super vestita aliqua grossiori forma qua assumpti videntur: de postea videri desinunt. Angelis vero malis mutata sunt in casu corpora in deteriozem qualitates spissioris aeris. Sic enim a loco digniori in inferiori locum id est in caliginosum aerem deieci sunt: ita illa corpora tenuia transformata sunt in deteriora et spissiora: in quibus pati a superiori elemento. id est ab igne. Et hoc augustinus. sensisse videtur super Genesim ita dicens. Demones aerea dicuntur animalia: quod corporum aereorum natura vigent: nec per mortem dissoluntur. quia preualet in eis elementum aptius ad faciendum quam ad patiendum. Ad patiendum enim humor et humus: ad faciendum humor et humus: ad faciendum aer et ignis aptitudines prebent. Transgressores vero angeli cum principe suo

nunc diabolo: tunc archangelo: non mirum si post peccatum in hanc caliginem detrusi sunt. Neque est hoc mirum est si conuersi sunt ex pena in aereas qualitates qua possent ab igne pati. Caliginosa tamen aeris tenere tantum permisi sunt: qui eis quasi crater sit usque ad tempus iudicii. Ecce his verbis videtur Augustinus id tradere quod quidam opinantur de corporibus angelorum. Hoc autem eum aliqui dixisse asserunt. non ita sentiendo sed opinionem aliorum referendo: quod ex ipsius verbis diiudicare volunt: quibus ait demones dicitur aerea animalia. non ait: sunt. Ita enim quidam dicebant. De habitatio vero caliginosi aeris in quem detrusi sunt non opinando sed rei veritatem asserendo eum tradidisse dicunt. quod istius locutionis distinctio ostendit. Dicunt quoque plurimos catholicos tractatores in hoc conuenisse atque id concorditer docuisse: quod angeli incorporei sunt: nec corpora habent sibi unita. Assumunt autem aliquando corpora deo preparante ad impletionem ministerii sibi a deo iniuncti: eademque post expletionem deponunt: In quibus corporibus hominibus apparuerunt atque locuti sunt. et aliquando quidem locuti sunt ex persona dei siue distinctio ne alienius persone. aliquando ex persona patris vel filii vel spiritus sancti.

Quod deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit.

Et dubitandum est deum in corporalibus formis apparuisse hominibus: sicut Augustinus in secundo libro de trinitate ostendit: conferens diuersa scripture testimonia: ex quibus deum in corporeis formis hominibus apparuisse probat. et aliquando ex persona dei sine distinctione: aliquando sub distinctione personarum sermonem factum esse eis.

De perplexa questione quam ponit Augustinus. querens an ad exhibendum has corporales apparitiones creatura noua sit formata: an angeli qui ante fuerant missi: et si ipsi missi sunt: utrum seruata qualitate sui spiritualis corporis aliquam spem corporalem de corpulentiori materia assumpserint: an suum proprium corpus mutauerint in species sue actioni aptam.

Et ubi deus hominibus incorporealibus imaginibus apparuisse asserit. perplexam questionem proponit: quam nec soluit querens utrum in illis corporalibus apparitionibus creatura aliqua crearetur ad illud opus tantum: in qua deus hominibus appareret: an angeli qui antecurant ita mitterentur.



ut manentes in suis spiritualibus corporibus assumerent ex corpulentia inferioribus elementorum materia aliquam speciem corporales quae coaptatam quasi aliquam vestem mutarent in quaslibet species corporales: veras quidem an corpus suum proprium verteret in species aptas actionibus suis per virtutem sibi a deo datam. Hic enim Aug. ita in tertio libro de trini. Querendum est in illis antiquis corporalibus formis et visis: utrum ad hoc opus tantum creatura formata sit: in qua deus sicut tunc oportuisse iudicavit: humanis ostenderetur aspectibus: an angeli qui iam erant ita mittebantur: ut ex persona dei loquerentur assumptes corporalem spiritum de creatura corporea in usus ministerii sui: aut ipsum corpus suum cui non subdantur. sed subditum regunt mutantes atque vertentes in species quas vellet accommodatas atque aptas actionibus suis secundum attributam sibi a creatore potentiam. Sed fateor excedere vires intentionis mee: utrum angeli manente spirituali corporis sui qualitate per hanc occultis operantes: assumant ex inferioribus elementis corpulentioribus: quod sibi coaptatum quasi aliquam vestem mutant et vertant in quaslibet species corporales et ipsas veras: sicut aqua vera in vinum verum conuersum est a domino: an ipsa propria corpora sua transformant in id quod volunt accommodatum ad id quod agunt. Sed quod horum sit. quam homo sine nullo experimento comprehendere valeo: sicut angeli qui haec agunt. Attende lector: quia quoniam perpositam non soluit: sed indiscussam relinquit utrum angeli qui mittebant seruatis suis propriis spiritualibus corporibus superestirent aliqua corpulentiori specie in qua possent videri: an ipsum corpus mutarent et transformarent in quamcumque vellet spiritum in qua possent cerni. In quibus verbis videtur Aug. attestari angelos esse corporeos: ac propria et spiritualia habere corpora.

Quod deus in specie qua deus est nunquam mortalibus apparuit.

**C**eterum haec velut nimis profunda atque obscura relinquentes: illud indubitanter teneamus. quod deus in specie entitatis suae nunquam mortalibus apparuit: sicut famulo suo Moysi dicit. Non videbit me homo et viuet. Et in euangelio iohannis legitur. Deum nemo vidit unquam. Visibile enim quicquam non est quod non sit mutabile. Ideo substantia sine essentia dei: quoniam nullo modo mutabilis est nullo modo potest per se ipsam esse visibilis. Proinde illa omnia que patribus visa sunt

cum deus illis presentaretur per creaturam facta esse manifestum est. Et si nos later quo modo ea ministris angelis fecerit deus: per angelos tamen esse facta dicimus. Audio iterum fiducialiter dicere: nec deum. patrem nec verbum eius nec spiritum sanctum eius qui est unus deus per id quod est inuariabile atque idipsum est: villo modo esse mutabilem: ac per hoc multo minus visibilem.

Utrum demones intrent corpora hominum substantialiter et illabuntur cordibus: an id per effectum dicatur.

**I**ud etiam considerationi dignum videtur: utrum demones siue corpori siue incorporei sint: hominum substantialiter intrent corpora: eorumque animabus illabuntur: an a deo intrare dicantur: quia malicie siue effectum ibi exercet dei permissio: ne: opprimendo atque verendo eas vel in peccatum per voluntate sua trahendo. Quod in homines introeant atque ab eis expulsi exeant: euangelium aperte declarat commemorans demonia in quosdam ingressa: et per christum detecta. Sed utrum secundum substantiam fuerit ingressa: an propter mali effectum dicantur ingressa: non adeo perspicuum est. De hoc autem Senadius in distinctionibus ecclesiasticorum dogmatum ait. Demones per inergiam operationem non credimus substantialiter illabi anime: sed applicatione et oppressione viri. Illabi autem menti illi soli possibile est qui creauit: qui natura subsistens in corporeus capabilis est siue facture. Ecce hic videtur insinuari quod substantialiter non illabuntur demones: vel introeant corda hominum vel corpora. Veda quoque super illud locum apostolorum actuum: ubi petrus ait Ananie. Cur tentauit vel improuit sathanas cor tuum. dicit. Notandum quod mentem hominis iuxta substantiam nihil implere possit nisi creatrix trinitas quia tantummodo secundum operationem et voluntatis instinctum: anima de his que sunt creata impletur. Implet ergo sathanas cor alicuius: non quod dem ingrediens in eum et in sensum eius: neque introiens aditum cordis. siquidem patris haec solius dei est. sed calida et fraudulenta deceptio animas in affectum malicie trahens cogitatio et icetina viciorum quibus plenus est. Impleuit autem sathanas cor ananie: non intrando sed malicie siue vires inferendo. Idem. Spiritus immundus flamma virtutum de cordibus fidelium expulsus: doctoribus veritatis venenum persecutionum infudit. His auctoritatibus omnidie quod demones non subtiliter intrant corda hominum: sed propter malicie siue effectum de quibus pelli dicitur cum nocere non sinuntur.

¶ **S**ic etiā in qōne vsari ꝛc. **D**ic determinat magister de angelis bonis ꝛ malis q̄stū ad corporū assūptionē: ꝛ diuidit i pres duas. **I**n prima determinat de eis q̄stū ad assūptionē corporū. scđo q̄stū ad impressionē in nos. ibi. Illud ēt p̄sideratōe ꝛc. **P**rima diuiditur in pres duas. **I**n p̄ma determinat de apparitōe angelorū in corporalib⁹ formis: vtrū sit per corp⁹ assūptūꝝ vel naturaliter vnitū. **I**n scđa determinat de apparitione diuina. ibi. **N**ec dubitādū est ꝛc. vbi duo facit. p̄mo dicit deū appuissē i corporalib⁹ formis. scđo oñdit deū nūq̄ i sua eētia visibilī appuissē. ibi. **L**erer vs hoc velit vn⁹ ꝛc. **C**irca primū duo facit. **P**rimo oñdit deū in visibilibus formis apparuisse. **S**cđo inquirit dicte apparitionis modū. ibi. **S**ed vbi de hōminib⁹ ꝛc. **D**ic ser querūf. p̄mo vtrū angeli habeāt corpora naturalī vnita. scđo si nō hēant vtrum assūmāt. tertio si sic: q̄lter corpora assūmāt. q̄rto q̄s operationes per se exerceant. q̄nto q̄lter in nos impingere p̄nt. scđo quō dō i formis corporalib⁹ appareat.

¶ **P**rimū sic p̄cedit. videt q̄ angeli corpora vnita hēant. **A**ug. eni in lib. de ci. dēi ducit verba apulei diffinientis demones sic. **D**emones sunt gñe aialia animo passiva: mente rōnalia: corpore aerea: tpe eterna: nec hāc diffinitionē improbat: q̄ vident q̄ habeāt corpora aerea naturaliter vnita. **C** Preterea. **G**rego. dicit i omelia epiphantie: q̄ in deis annūciatū xp̄i incarnationē rōnale aial. i: angelus. sed aial est cōpositū ex anima et corpore. q̄ videt q̄ angeli habeāt corpora naturalī vnita. **C** Preterea. illud qd in se est incorporeū respectu nulli⁹ pōt corporeū dici. q̄ hec predicatio est absoluta. qd enim absolute albū est respectu nulli⁹ est nigrum. s̄ fm̄ Damascenū ꝛ **G**reg. angeli i cōpōe dei corporei sūt. q̄ in se incorporei sūt. **C** Preterea. nobili⁹ est qd in se hz vitam ꝛ alteri cōfert q̄ qd alterū nō viuificat: q̄uis in seipso viuat. s̄ vita angeli ē nobili⁹ q̄ aie. ergo videtur q̄ multo fortius habeat corp⁹ vnitū qd viuificet q̄ anima. **C** Sed cōtra est: qd **D**io. dicit q̄rto ca. d̄ di. no. q̄ angeli sicut incorporeales: ita ꝛ imateriales intelligunt. **C** Pre. omnis substantia viuificās corpus nāliter sibi vnitas habz potētias aliquas q̄ sūt act⁹ alicui⁹ partis corporis. si ergo angelus vnitū naturalī corporei tanq̄ viuificans illd: oꝝ q̄ hēat potētias affiras organie: sicut sunt potētie aie sensitiue ꝛ nutritiue: q̄ si in angelo ponantur nō differt angelus ab hōie. **C** R̄ d̄. q̄ angeli neq̄ boni neq̄ mali habent corpora naturalī vnita. hoc eni esse nō potest: nisi eēt forme illoꝝ corporum: vel saltē motores p̄portionati illis corporeibus: ꝛ cū sint p̄fectioris nature ipsis aiaibus: oporteret q̄ corpora nobiliora haberēt: iter corpora: oia autē generalia ꝛ corruptibilia ē nobilissimū corp⁹ humanum: quasi marime accedēs ad similitudinē celestis corporis. p̄pter equalitatē p̄lectionis. vnde oporteret: illa corpora esse corpora celestia: ꝛ sic rediret error philosophorū ponētium angelos esse formas orbis: ꝛ multiplicari fm̄ eoz nūerū: qd tamē longe pbabili⁹ esset: q̄ eos habere corpora aerea naturalī vnita: qd videtur **A**ug. dicere: q̄uis dicatur hoc nō nisi ex hypostasi euz dixisse: vt vtens pōnibus platonicoꝝ p̄tra quos disputabat. **C** Ad p̄mū ergo d̄m: q̄ **A**puleus falsū dicit. nec **A**ug. p̄tra hoc disputabat: q̄ pauca de angelis asserere voluit. **C** Ad secundū d̄m: q̄ fm̄ **D**io. in scđo ca. celestis hierar. p̄p̄icta

tes animales ꝛ humane dñr de angelis per modum eminentiorē: q̄ qd habet natura inferior habet ꝛ superior: nec eodē modo sed eminenti⁹. vnde dicit angelus aial: nō q̄ composit⁹ ex anima ꝛ corpore: sed ex eo qd habet virtutē cognoscendi sensibilia: nō tamen per modū sensibile sed intellectuāle. **C** Ad tertiu d̄m q̄ angeli dicunt corporei in p̄paratione ad deū: q̄ pueniunt cū corporeib⁹ in quadam p̄prietate que ē loco diffiniri i quo corpora a deo distāt: non q̄ aliquo modo naturā corporāle habeant. **C** Ad q̄rtum d̄m q̄ quanto aliquid habet esse vel vitam magis absolute tanto nobili⁹ est. ꝛ ideo cū omnis forma habeat esse in coniunctione ad materiā nobilior est vita illi⁹ qd corpori nō vnitur q̄ id qd corporis forma est: sed quod influit vitam per modum efficientis tñ: ꝛ nō sicut forma cōiuncta hoc nobili⁹ est. sed hoc neq̄ aie neq̄ angelo puenit: sed deo tñ.

¶ **S**cđm sic p̄ceditur. videt q̄ angeli corpora nō assūmant. omnis eni assūptio terminat ad aliquā vnionē. sed angeli nō possūt eē vniti corpib⁹. ergo nec corpora assūmere. **C** Preterea. sicut se habet sp̄s vnitas ad separationē: ita sp̄it⁹ separat⁹ ad vnionē. sed sp̄it⁹ vnit⁹. s. anima non potest separari fm̄ suā volūtatē. ergo nec sp̄it⁹ separatus cōiungitur corporei per assūptionē. **C** Preterea. si assūmāt corpora hoc nō est nisi p̄pter eoz operationes: q̄ ad esse suū corporeib⁹ nō egent: nec q̄stū ad p̄ncipiū nec q̄stum ad finem: sicut anime rationales egent corporeibus q̄stum ad p̄ncipiū: q̄ creantur in corpore: sed non q̄stum ad finem: q̄ remanent post corp⁹. sed omnis virtus quanto magis est a corpore separata: tanto est fortior in operationib⁹ suis: vt patet in anima rōnali. q̄ videt q̄ nullo modo corpora assūmant. **C** Preterea. cū angeli nō possint eē forme corporū: vt dictū est: nō possunt corporeib⁹ cōiungi: nisi sicut motor mobili. sed hoc modo coniunguntur omni ei circa quod operant. ergo si hoc eēt corp⁹ assūmere: quādo cūq̄ essent circa nos corpus assumerēt: quod nō dicit. **C** Preterea. qd cūq̄ corp⁹ assūmit angelus: in illo est. sed omne corpus cum sit diuisibile plures partes habet. ꝛ qd primo ꝛ per se est in aliquo: est in qualibet parte eius: vt pbatur in. vi. phy. q̄ si esset in vna parte tñ: nō dicit in toto esse nisi rōne partis. cū ergo angelus nō possit esse in pluribus locis simul: vt in p̄mo dicim⁹ est. videt q̄ corp⁹ nō assūmat. **C** Sed p̄tra. illud qd per se incorporeū est: videri nō pōt. sed angeli frequenter hominib⁹ visibiler apparuerūt: vt i sacra scriptura legitur: cū ergo sint incorporei: vt dictū est: videt q̄ corp⁹ assūmant. **C** R̄ d̄. q̄ hic est quorūdam error: dicentū angelos nūq̄ corpus assūmere. ꝛ omnia quecūq̄ de apparitionibus angelorū scriptura loquitur i prestigijs facta esse dicunt: vel fm̄ visionē imaginariā. s̄ q̄ sancti cōter dicūt angelos etiā corporali visionē hominibus apparuisse: cui scripture tertius concordare videtur: ideo absq̄ dubio d̄m est angelos quando q̄ corpora assūmere in quib⁹ ab hominibus vidētur. **Q**d qualiter sit videndum est. **L**um enim natura sp̄itualis superior sit natura corporali: oportet q̄ sibi obediā: nō āt quantū ad formā susceptionē: q̄ p̄ma inchoatio formarum in materia fm̄ q̄ in ea dicitur esse habilitates quedam ad formā: est ab opere creationis. sedeductio earum in actum est per virtutem agentium naturalium determinantum. s̄ quantum ad motum localem per quem nulla forma ponit

in re mota obedit corp<sup>o</sup> virtuti sp<sup>u</sup>ali. et fm hoc q<sup>o</sup> virtus sp<sup>u</sup>alis mouet aliquod corpus coniungit sibi sicut motor mobili. Sed vterius: quando angelus h<sup>o</sup> corp<sup>o</sup> motum format per motus in precedentibus dictum vt appareat in eo alique pprietates visibiles inuisibilibus eius, pprietatibus congruentes: tunc dicitur illud corpus assumere. vñ qñq<sup>z</sup> apparent in figura hominis vel leonis: et huiusmodi: per quor<sup>u</sup> pprietates itelliguntur ipse virtutes sp<sup>u</sup>ales angelor<sup>u</sup>. Ad primū ergo dōm: q<sup>o</sup> talis assumptio termini natur<sup>o</sup> ad aliquā vnionē que est motoris ad motū: vt naute ad nauem: nō aut<sup>o</sup> vt forma ad materiā. Ad scdm dōm q<sup>o</sup> sp<sup>u</sup>s p<sup>u</sup>inctus, s. anima vnif<sup>o</sup> corpori ad vnū esse: vt forma eius. et ideo nō potest separi p<sup>o</sup> voluntatem: sed per naturā sacra in dispōne circa corp<sup>o</sup> sed sp<sup>u</sup>it<sup>u</sup> separatus pōt per voluntatē p<sup>u</sup>ngi corpori: non sicut forma: sed sicut motor instrumento. vñ vt virtute nature sue pōt assumere et deponere illd qñ vult sicut et homo suum instrumentū. Ad tertiu dōm q<sup>o</sup> virtus angeli nō impeditur per corp<sup>o</sup> assumptus: q<sup>o</sup> nō assumit vt materia, p<sup>o</sup>portionata forme: nec etiā uatur: sed tamen assumit ad p<sup>o</sup>lationē eor<sup>u</sup> quib<sup>u</sup> apparet per instrumentū: vt ex visibilibus in inuisibilibus cognitionē manducant. Ad q<sup>u</sup>rtum dicendū q<sup>o</sup> ad assumptionē corporis nō sufficit mot<sup>u</sup>, sed oportet q<sup>o</sup> sit formatio: vt dictum est. Ad quintū dōm: q<sup>o</sup> angelus assumens corp<sup>o</sup> est totus in qualibet eius parte: nec tamē est in plurib<sup>u</sup> locis: q<sup>o</sup> totū hoc qd vno motu mouetur comparat ad ipsum: sicut vnus locus idiuisibil<sup>is</sup> q<sup>o</sup> non est in loco nisi per operationem: vt i primodictum est.

Ad tertiu sic pceditur. videtur q<sup>o</sup> angeli assumant corpora illa fm veritatem que habent illam naturā q<sup>u</sup> videt. nūcitas eni veritatis non docet aliqua fictio. sed ostendere illud qd non est verū est quedam fictio. ergo videt q<sup>o</sup> veram naturā habeant illaz rerū corpora assumpta. Preterea. pprietates hūane nō inueniūt nisi in vero corpore hūano. sed huiusmodi apparitiones sūt fm Dio. vt ex visibilibus pprietatib<sup>u</sup> inuisibilibus instrumur. q<sup>o</sup> videt idem qd pri<sup>o</sup>. Preterea. non sūt eedez pprietates diuersor<sup>u</sup> ordinū. sed assumptio corporaliuz figuraz est ad ostendendū inuisibiles pprietates angelor<sup>u</sup>. q<sup>o</sup> videt q<sup>o</sup> nō debet in eadē figura apparere angeli superior<sup>u</sup> ordinū et inferior<sup>u</sup> ordinū: vt dictū ē. Pre. q<sup>u</sup>rit de q<sup>o</sup> materia assumant: et videt q<sup>o</sup> nō de aere. corpus eni qd angeli assumūt habet determinatā figurā: et est distinctum ab aliis corporibus. sed aer nō est figurabilis nisi fm figuratōē corporis alteri<sup>o</sup>: eo q<sup>o</sup> cum sit maxime humidū minime suis terminis terminatur. sed alienis. vnde et vna pars aeris alteri continuat: ergo videt q<sup>o</sup> nō assumūt corp<sup>o</sup> aerū. Item videt q<sup>o</sup> nec terrenū. angeli eni appetentes statim disparent: sed hoc nō pōt fieri i corpore grosso terrestri. ergo nō huiusmodi corp<sup>o</sup> assumūt. Preterea. pstat q<sup>o</sup> inter nos et celū est ignis medi<sup>u</sup> q<sup>o</sup> est maxime actiuus i inferiora corpora. Si ergo de inferiorib<sup>u</sup> elemētis corpus assumere: videt q<sup>o</sup> quādo i celū ascendūt corpora eor<sup>u</sup> cremarent. Preterea. Dio. in. r. v. cap. ce. hierar. dicit q<sup>o</sup> inter alia corpora ignis marie representat pprietates sp<sup>u</sup>aliū substantiarū. sed ppter eor<sup>u</sup> cognitionē fit corpor<sup>o</sup> assumptio vt dicit<sup>u</sup> ē. q<sup>o</sup> videtur q<sup>o</sup> semper de igne corpus assumant. Preterea. corp<sup>o</sup> celeste est nobilissimū corpor<sup>o</sup>. sed nobili motori debetur nobile mobile. ergo videt q<sup>o</sup> corp<sup>o</sup> qd

ad motū assumūt sit de natura quinte eētie. **C** Respondeo. q<sup>o</sup> qualitas corporis assumpti ab angelis potest dupliciter inquiri: vel q<sup>u</sup> ad veritatem nature quam habet: vel q<sup>u</sup> ad naturā de qua corpus assumit: Quātū ad p<sup>u</sup>imū dōm est q<sup>o</sup> corp<sup>o</sup> assumptum ab angelo nō habet veritatē illius nature que ostenditur. vnde et si aliquādo angelus bonus et malus moueat corp<sup>o</sup> alie<sup>o</sup> veri animalis: nō dicit pprie illud assumere: sicut nō dicitur angelus assumpsisse linguam asine per quam locut<sup>u</sup> est ad Balaam: nec demon corpus hominis quem verat. cui<sup>u</sup> ratio ē: q<sup>o</sup> pprietates que fm veritatē sūt: in aliquo corpore ducunt in cognitionem principior<sup>u</sup> subiecti: et nō actu in cognitione substantie sp<sup>u</sup>alis: que ductio est toti<sup>u</sup> finis visibilitū formationū fm Dio. Unde q<sup>u</sup>rtus ad finem apparitionis oportet vt sint ille pprietates fm similitudinem tū: vt non intelligatur illis subesse aliqua res: nisi angelus vt quasi corp<sup>o</sup> angeli esse videtur: et pprietates eius sūt pprietates angeli. Si autem queratur de secundo: quale sit quantum ad materiam. Dōm est q<sup>o</sup> materia corporis assumpti ab angelo potest considerari dupliciter: vel q<sup>u</sup> ad principium assumptionis vel quantum ad terminum. si quantum ad principium sic dico sicut in littera dicitur: q<sup>o</sup> assumit de aere ppter hoc: quia aer maxime transmutabilis est et conuertibilis in quēcumq<sup>z</sup>. et huius signum est q<sup>o</sup> quidam videntes corpus a demone assumptum scindere gladio vel perferre volentes: id efficere non valuerunt: quia partes aeris diuisi statim continuantur. Sed ppter hoc q<sup>o</sup> aliquam figuram recipere possint competentem angelo apparenti: oportet q<sup>o</sup> quantum ad terminū assumptionis aer iste sit in aliquo inspissatus: et ad pprietatem terre accedens: seruata tamen aeris veritate qd efficere possunt tam per motum localem congregādo partes tam etiam per se iam in elementis respersa: vt p<sup>o</sup> dictum est. Ad primum ergo dōm q<sup>o</sup> sicut in locutionib<sup>u</sup> metaphoricis non est falsitas: eo q<sup>o</sup> non p<sup>o</sup>feruntur ad significandum res quib<sup>u</sup> nomina sūt imposita: sed magis illa in quib<sup>u</sup> dictarum rerum similitudines inueniuntur: ita etiam in apparitionib<sup>u</sup> angelorum non est fictio: q<sup>o</sup> figure ille non ostenduntur ad significandum esse naturale illius rei: sed pprietates angeli. Ad secundum dōm q<sup>o</sup> q<sup>u</sup>is pprietares hominis non sūt in corpore naturali: tamen similitudines illarum pprietatum in alijs esse possunt. et tales similitudines sufficiunt ad finem apparitionis. Ad tertium dōm q<sup>o</sup> fm Dionisiū in si. cel. hierar. in eadem figura quandoq<sup>z</sup> ostenditur superior et inferior angelus: quis vna res habz diuersas pprietates per quaz quasdam potest superiores representare et per alias inferiores. Preterea. eadem et pprietares sūt superiorum et inferiorum: q<sup>u</sup>is diuersimode fm Dio. Ad quartum dōm q<sup>o</sup> aer aliquo modo inspissatus potest figurari et ab alio aere distingui. Ad quintus dōm q<sup>o</sup> est aliquo modo terrestre in quantum habz terre pprietatē per p<sup>o</sup>ensionē: sed illa densitas subito dissoluit remotis causis densitatis. Ad sextū dōm: q<sup>o</sup> cū nō assumūt corpora: a densitate nos non est pbabile q<sup>o</sup> corpora assumpta in celum empirium deferant neq<sup>z</sup> cis vtantur: nisi quaten<sup>u</sup> eporter ad operationes quas circa nos exercent. Ad septimum dōm q<sup>o</sup> in corporibus assumptis a bonis angelis apparent pprietates ignis: precipue q<sup>u</sup> ad iplendorem: sicut et pprietates hominis: non tamen

oportet q̄ huiusmodi corpora materialia de igne assumantur. Ad octauam dōm q̄ cum corp⁹ celi sit incorruptibile non potest digidi nisi s̄m imaginationē: nec recipit peregrinas impressiones. vnde ex eo nō potest corp⁹ angeli formari.

**Q**uartū sic pceditur. videtur q̄ angeli in corporib⁹ assumptis comedere possunt. Legitur eni genēs. xviii. ca. q̄ abraas angelis sibi apparentibus cibos apposuerit: sed ipse cognouit eos esse angelos: q̄d ipsa collocutio cum eis habita ostendit. ergo videtur q̄ comedere possunt. Sed cōtra hoc est q̄ expressissimū argumentū dominice resurrectionis est ipsius christi resurgentis cōmestio. vñ dicitur actuum tertio. Dedit eum manifestum: fieri nō omni populo: sed testib⁹ p̄ordinatis a deo nobis qui manducauim⁹ et bibim⁹ cum illo. sed act⁹ qui spiritui potest conuenire non est argumentum corporalis resurrectionis. ergo angeli corpora assumptis nō vere comedunt. Item videtur q̄ possunt generare. Dicitur enim genēs. vi. Vidētes autem filii dei filias hominū q̄ essent pulchre etc. Et hoc Iosephus exponit de demonib⁹ incubis. ḡ videtur q̄ generare possunt. Sed cōtra est q̄ ppletur generatio p̄ virtutem formatiuam que est in semine et corpore viuo resoluta. sed corp⁹ assumptum a demonib⁹ et ab angelis non est viuū: vt dictum est. ḡ videtur q̄ generare non possunt. Si dicatur q̄ generant per hoc q̄ idē demon subcubus ad virum est recipiens ab eo quod postmodum in mulierem transfundit fact⁹ incub⁹ ad eam. Contra est: q̄ semen non habet virtutem generandi nisi q̄d calor anime in eo retinetur: quem oportet exalare per magnam distantiam delatum. ḡ videtur q̄ per istum modū generatio fieri nō possit.

**P**rererea. si fieret generatio talis per modū istius non esset nisi s̄m virtutem illi⁹ seminis. ḡ ex hoc non sequeretur q̄ generati essent maioris virtutis q̄ alii homines: vt inuitur ex his que sequuntur. ibi. Isti sūt potentes a seculo etc. Itē videt q̄ possunt sentire. Al sumunt enim corpora habentia diuersa organa sensibilia. sed hoc frustra esset nisi per oculos viderent et per aures audirent. ḡ etc. Sed p̄tra est. q̄ sentire per organa corporalia est accipientis cognitionem a reb⁹: quod angelis non conuenit vt dictū est. ḡ etc.

**I**tem videt q̄ possunt localiter moueri per id q̄ legitur Tobie. vi. et deinceps de angelo qui comitatur est Tobiam per multa terrarum spacia. Sed p̄tra est: quia quod p̄iungit alicui solum vt motor: si in se sit immobile non mouetur ad motum e⁹: sicut pars in motoribus orbium s̄m philosophis. sed angelus in quantum in se est: est substantia spiritalis immobilis. ḡ vt q̄ ad motū corporis cui sicut motor: t̄i p̄iungitur nō moueat. Itē vt q̄ loquans ex multis scripture locis q̄ frequēter eos hominib⁹ locutos cōmemorat. Sed p̄tra est: q̄ in oī locutōe exprimunt quedam intentiones intellecte. sed h̄mōi intentiones nō possunt puenire de intellectu ad vocē: nisi aliquo mediāte: q̄d est p̄portionatum ad h̄mōi suscipiēda. sicut imaginatio humana. ergo videtur q̄ per corp⁹ inanimatū assumptū vt per corp⁹ brutū loqui nō possit. **R**espondet deo dō. q̄ vt p̄dictum est: angeli corporib⁹ assumptis vitam non influunt: sed tantū motū. et id cōsiderādū est q̄ omnes opones que p̄sequuntur corp⁹ viuū in quantum viuū: nō possunt angelis in corporib⁹ assumptis conuenire: sed t̄i ille que p̄sequuntur corp⁹ mobile in q̄tū huiusmodi: vt mouere: impellere: diui

deret: et huiusmodi. **A**d primum ergo dōm q̄ comedere s̄m completam rationem sui nō dicit solus diuisionem cibi et contritionem in os. sed et istum actus pcedere a viute potente digerere et cōuertere in nutrimentum. ideo angeli non vere comedunt. sed si vera diuisionem cibi et tractio in corp⁹ assumptum qui postmodum nō ē cōuersus in corp⁹ illud. sed virtute angeli aliqua dissolutus est in preiacentem materiam. christus autem vere cōmedit: q̄m cibis conuersus non fuerit quia illa decisio cibi sūt habentis virtutes nutritiua et conuersiua. Abraam autem et si in fine cognouerit eos esse angelos: non tamen est inconueniens q̄ hoc eum in principio latuerit: vel si cognouerit in alicui⁹ miserij cōmendationē eis cibos apposuit. Ad id quod secūdo queritur: dicunt quidam q̄ demones in corporibus assumptis nullo modo generare possunt: nec per filios dei angelos incubos signari dicunt. sed filios seth: et per filias hominū ea que de stirpe cayn descenderunt. Sed quia contrarium a multis dicitur et quod multis videtur non potest omnino falsum esse s̄m philosophum in septimo ethico: et in fine dōm. et vigilia. Ideo potest dici q̄ per eorum actū completur generatio in quantum semen humanum apponere possunt in loco conuenienti ad materiam p̄portionatam. sicut etiam semina aliarū rerū colligere possunt ad complendū aliquos effectus: vt in precedenti distinctione dictum est: vt attribuat id t̄i eis q̄d est motus localis: non autem ipsa generatio: cuius p̄cipium non est virtus demonis aut corporis ab eo sumpti. sed virtus illius e⁹ semen sūt. vnde et cogitatus non demonis sed alicui⁹ hominis filius est. et sic patet responsio ad primum quod contra obicitur.

**A**d secundum dōm q̄ cum hic demones velocissime moueantur p̄pter victoriam virtutis mouentis super rem motā possunt aliquid ponere ad cōseruationem seminis ne calor vitalis euaporet. **A**d tertium dōm q̄ demones possunt scire virtutem seminis decisi ex dispositione ei⁹ a quo decisi sunt. et similiter mulierem p̄portionatam ad seminis illius susceptionem et etiam constellationem iuantem ad effectū corporalem. s̄ optime compleuēt in genite: quib⁹ omnibus concurrentibus possibile est sic genitos corpore magno esse vel fortes. **A**d id quod tertio queritur dōm est q̄ angeli nullo modo vident per oculos corporis assumpti. q̄ hec est operatio potente corporis viuētis. vnde partes corporis assumpti non sunt organa sensibilia: sed similitudinem eorū habentia ad ostendendū angelorū sp̄iales virtutes. vnde Dio. in fine ec. hierar. ex omnibus partibus humani corporis docet p̄rietates angelicas considerare. vnde non frustra assumuntur. **A**d id quod quarto queritur dōm est q̄ mouentur per accidens motus corporibus in quibus sunt: quia definitiue sunt in illis corporibus ita q̄ non alibi. deus autem non mouetur ad motū alicui⁹ corporis: q̄ ita est in vno q̄ etiam in alio: sicut anima non mouetur per accidens ad motum manus: sed ad motum totius corporis. Similiter etiam motor debis coniungitur dibi s̄m totum s̄z philosophis et non vni parti t̄i: quia virtus eius p̄io appareat in pte dextra: vnde incipit motus. et ideo non mouetur per accidens: quia totus orbis nō mouetur extra locū suū: nisi hoc modo q̄ sit in alio loco ratione et non subiecto. **A**d id quod quinto queritur: dicendum q̄ loqui p̄prie est per formationes vocū ex percussione aeris respirari determinatis

organis ad exprimendū aliquē intellectū. 7 ideo locutio corporalis angelis conuenire non potest i corporibus assumptis secundū cōpletam significatiōē eius non habeant vera organa corporalia. sed est aliqua similitudo locutiōnis inquantū intelligunt 7 intellectū exprimunt quibusdā sonis: qui proprie nō sunt voces sed similitudines vocum: sicut etiā quedam animalia non respirantia dicuntur vocare etiā per quedā instrumenta: vt dicit philosophus in secundo de anima. Intentiones autē intellecte ab angelo efficiuntur in illis sonis non eedē numero. sed secundū similitudines significatiōnis per motus determinatos ab intellectu: sicut similitudo artis efficitur in materia vt domus.

¶ Quintū sic proceditur. videtur q̄ demones intra corpora hominū esse non possunt.

Dicit enī glossa super illud abbaque. ii. Dominus in templo sancto suo: q̄ demones simulacris exterius presidere possunt: non autē interi⁹ ad esse. ergo multo min⁹ intra humana corpora. ¶ Preterea. duo spirit⁹ creati non possunt esse in eodem loco: vt i primo dictū est. sed anima est in qualibet parte corporis. ergo videtur q̄ in nulla parte ei⁹ possit esse demon. ¶ Preterea. 33 Damascenus angelus ē ubi operatur. sed sicut operatur in corpore: ita etiā habet aliquas operationes circa animas. ergo sicut intra animas non est ita nec intra corp⁹. ¶ Preterea. videtur q̄ in sensibus corporales imprimere non possit prestigis deludendo. Illa enī forma que videtur oportet q̄ sit alicubi: sed non potest esse tātū in sensu: quia sensus non habet aliquas species nisi a rebus acceptas. nec iterū potest esse in re que videtur sic q̄ mulier videatur equa: quia due forme sbales nō possunt esse in eodē. Et preterea. res illa videre tur talis ab omnibus: nec iterū in aere circumstante qui susceptibilis figure non est nec semper vn⁹ 7 idē circa res illas manet: precipue quādo mouetur. ergo videtur q̄ huiusmodi ludificationes per demones fieri non possunt. ¶ Sed contra. videtur q̄ etiā i animam illabi possunt. quia ea que sūt in corde nullus scire potest nisi cordis intima penetrer sed demones sciunt cogitationes malas peccatorū quas ap̄ deum accensant: 7 ex quibus occasione tentandi sumit. ergo videtur q̄ anime illabant. ¶ Preterea. ipsi imittūt malas cogitationes: vt dicitur in psalmis. imissiones per angelos malos. ergo videtur q̄ intellectū penetrare possunt. ¶ Preterea. ipsi etiā dicuntur intētores malorum: sed intendere pertinet ad affectū e⁹ est amare. ergo videtur q̄ etiā in voluntates nostrā imprimere possunt: 7 eas intrare. ¶ Respondeo. dō. q̄ omnes angeli boni 7 mali ex virtute nature sue habent potestates transmutandi corpora nostra: sicut ēt alia corpora naturalia. 7 quia ubi operantur ibi sunt ideo nostris corporibus illabuntur: 7 per consequens etiā impressiones habent in potentias affiras organis: quarū operationes imutantur ad immutatiōē organorum. sicut est sensus imaginatiōis: 7 huiusmodi: sic etiā per accidens eorum operatiō resultat in intellectu: cuius obiectum est fantasia: sicut color visus: vt dicitur in. iii. de anima. sed tamen hoc peruenit vsq̄ ad voluntates: quia voluntas neq̄ q̄tū ad actus: neq̄ q̄tū ad obiectus dependet ex organo corporali: quia obiectus suus ab intellectu accipit secūdu q̄ intellectus apprehendit aliquid in ratione boni.

¶ Ad primū ergo dicendū q̄ demon dicitur non i-

tus ad esse simulacro: quasi virtus coniuncta: ita q̄ ex demone 7 simulacro fiat vnus: sicut ydolatrie putabant aliquid numēs in imaginibus corporalibus eē. ¶ Ad sēdū dō: q̄ aīa non est in corpore sicut in loco: sed sicut forma in materia. 7 ideo non est vnus ratio nis operatiō quas anima in corpus efficit 7 demon. vnde sine confusione operationū vtrūq̄ simul i eadem corpore parte esse potest. ¶ Ad tertium dō: q̄ esse intra aliquid: est esse intra terminos eius: corp⁹ enī habet terminos duplicis rōnis. s. quantitatis et essentie. 7 ideo angelus operans corporales q̄tūtatē corpori illabatur: non autem ita: q̄ sit intra terminos essentie sue: nec sicut pars: nec sicut virtus dans esse. quia esse est per creationem a deo. substantia autē spiritalis non habet terminos q̄tūtatē: sed tanrū eēntie. 7 ideo in ipsas non intrat nisi ille qui dat esse. s. dōs creator qui habet intrinsecā essentie operatiōē. alie autē perfectiones sunt superaddite ad essentiam. vnde angelus illuminans non dicitur esse in angelo 7 in anima: sed extrinsecus aliquid opari. ¶ Ad q̄rtum dō: q̄ forme que videntur i illis prestigis non sunt nisi in sensu. hoc autem potest dupliciter corrigere per demonum operatiōē. vno modo vt species q̄ sunt in imaginatione seruate operatione demonum ad organa sensuum fluant: sicut contingit in somno. et ideo quando ille species que sunt in thesauro imaginatiōnis contingunt organa sensuum exterioris: videntur ac si essent res presentes extra 7 actu sentirent. Alius modus potest esse ex imitatione organorum: q̄ bus imitatis fallitur sensus iudicii: sicut patet in eo q̄ habet gustus corruptus cui omnia videntur amara. hoc autē facere possunt virtute quarundā rerū naturalium: sicut ad vaporatiōem cuiusdam fumi trabes dom⁹ videntur serpentes: 7 multa experientia huiusmodi inueniunt. ¶ Ad q̄ntū dō: q̄ cogitāōes cordis scire solius dei est. possunt tamen angeli ali quas earum conuicere ex signis corporalibus exterioribus. s. ex imitatione vultus sicut dicitur. In vultu legitur: hominis secreta voluntas. 7 ex motu cordis sicut per qualitatem pulsus etiā a medicis passionēs anime cognoscuntur. ¶ Ad sextum dicendum q̄ mali angeli cogitationes imittunt: vt prius dictum est illustrando fantasmatā: vt fm diuersas eorum compositiones possint noue intentōes ab eis accipi: nō tamen intellectus cogitur eas accipere: q̄ preter obiectū 7 potentiā cognoscentē erigit ad actualē cognitiōē intētio cognoscentis: vel per sensum vlt̄ intellectum. sed boni angeli etiā directe i intellectu imprimere p̄nt: q̄ fm aug. operant in intelligētiā nostras miris quibusdā modis. hoc atē in quantum lumen intellect⁹ agentis nostri sfortatur per intellectu ale lumē ipsorū. sed hoc demonibus nō p̄tetur: q̄ quis nāle lumē eorū sit efficacī q̄ lumē intellect⁹ nri: nō lumine gratie nō sunt p̄fecti: sed tenebris culpe obumbrati. 7 id nō intendūt iudiciū rōnis nostre rectificare per sfortatiōē intellectualis luminis: sed aliqua nobis ostendere ex quibus decipiantur quod faciūt fantasmatā illustrando. ¶ Ad septimū dicendum: q̄ demones dicuntur inuentores in quantum faciunt seruere sanguines: sic anima ad cupiscendū disponit: sicut etiā qdā cibi libidine p̄uocant. In voluntatem autē imprimere soli⁹ dei ē qd ē p̄pter libertatis voluntatē q̄ est domina sui act⁹: 7 nō cogit ab obo: sicut intellect⁹ cogit demone. vn⁹ p̄ ex p̄dictis q̄ demones imprimunt in fantasiam: sed angeli etiā in intellectu

deus autem solus in voluntate est.

**D**ertus sic proceditur. videtur quod ipse deus in corporalibus figuris non apparuerit. huiusmodi enim apparitiones facte patribus in prophetis facte sunt mediantibus angelis: quorum etiam dispositione lex tradita est: ut dicit actus. vii. et ad hebr. eos. ii. Sed ille apparet qui immediate reuelationes facit. ergo videtur quod in huiusmodi formis corporalibus deus non apparuerit. **P**roterea. angelus apparens visibiliter assumit corpus in quo videtur. sed deus nunquam assumpsit corpus: nisi in unitate persone. ergo videtur quod ipse in corporalibus figuris non videatur. **P**roterea. angelus qui apparet in aliquo corpore: est in eo in quo prius non fuerat. sed in illis creaturis in quibus apparere dicitur: non est nisi sicut prius fuerat. scilicet per essentialitatem: presentiam: et potentiam. ergo videtur quod ipse deus non apparet. **P**roterea. si ipse deus appuerit. ergo quod missio visibilis facta fuerit in veteri testamento. sicut etiam in nouo quod a sanctis negatur. **S**ed contra est quod dicit Erod. ix. ubi dominus loquitur ad populum dicens. Non erit tibi alii dum preter me: et frequenter etiam inuenitur: ego dominus. ergo videtur quod ipse deus apparuerit. **P**roterea. Ysaie. vi. dicitur. Vidi dominum sedentem etc. quod non potest conuenire nisi ipsi deo. ergo videtur quod ipsum deum viderit. **R**espondeo. dicitur quod deus secundum essentialitatem suam corporalibus oculis nunquam videri potest: nec est intellectui nisi a beatis. sed in corporalibus formis hominibus apparuit. hec autem apparitio facta est ministerio angelorum: ut dicit Augustinus in libro de trinitate. Quia diuine illuminationes non veniunt in nos nisi mediante celesti hierarchia: ut dicit Dionysius. Unde in omnibus illis apparitionibus corporalibus corpus formatum est: assumptum: et motum ab angelo. sed tamen in corpore assumpto per angelum dicitur apparere angelus: et aliquando deus. formatio enim et apparitio corporis assumpti: ut dictum est fit ad ostendendas proprietates spiritualium substantiarum. quandoque enim angelus qui immediate illuminat homines: vult instruere eum de propria virtute quam ipse habet. et tunc in corpore illo exprimit similitudines sue virtutis. et sic dicitur ille inferior angelus apparere. Aliquando autem vult instruere homines de virtute diuina vel etiam superioris angeli per quam operatur. et tunc format corpus assumptum ad exprimendam eminentiam diuine maiestatis: vel etiam proprietates superioris angeli. et tunc dicitur deus apparere: vel ille superior angelus. et hoc etiam Gregorius dicit in glossa erodi. iii. assignans causam quare angelus qui loquebatur Moysi: quandoque vocatur angelus quandoque dominus. Et per hoc patet responsio ad primum. quia non dicitur apparere ille angelus qui immediate corpus format. sed deus cuius proprietates in figura offensi corporis significatur. Et similiter ad secundum. quod quis angelus corpus format vel moueat: non tamen ipse apparere dicitur: ratione iam dicta: sed deus. **A**d tertium dicitur quod deus erat in illa creaturis nouo modo: sicut signatus in signo. **A**d quartum dicitur quod immisso visibilis diuine persone differt ab apparitione de qua differentia dictum est in primo distinctione. xvi. **A**d pacientiam humorum et humiditatis. videtur hoc esse falsum: quia in aqua dominatur qualitas actiua. scilicet frigidum: et ita videtur magis esse actiua quam aer in quo dominatur qualitas passiva. scilicet humidum. **E**t dicitur quod ista obiectio procedit considerata actione

et passione secundum qualitates actiuas et passiuas. Sed aliter est si consideretur secundum formas substantiales que sunt prima principia actionis: quanto aliquid est magis subtile: magis est actiuum: quia plus habet de forma. et grossum est magis passiuum: quia plus habet de materia. Sed ubi sunt hominibus etc. **N**unc mouetur que sit habens tres partes secundum tres modos: quibus potest diuina apparitio estimari. vnus modus est ut aliqua noua creatura creetur: ad hoc quod in ea deus appareat. et hoc verum est si per creationem intelligatur formatio corporis facta per ministerium angelorum. secundus modus est: ut angeli corpora naturaliter unita diuersimode transformant ad exprimendum diuersas similitudines. tertius modus est ut supra corpora que habent: alia grossiora assumant: quasi indumentum quibus induantur. et vtrumque istorum falsum est: quia supponit angelos habere corpora naturaliter unita. **V**isibile est quicquid non est etc. **I**stud absolute verum non est: si intelligatur de visu exteriori: quia omne visibile est corpus naturale: et omne corpus naturale est mobile: vel secundum locum: vel alio modo. **P**er energuminos etc. **E**nergia dicitur: ab energia: quod est in et ergia: quod est labor: et geos: quod est terra. et conuenit his qui interioribus terreni et melancholico humore laborant: quia tales visum rationis priuantur. ideo energumini etiam dicuntur illi qui interioribus a demone possidentur.

### Distinctio Roma.

**D**e ordinum distinctione: et quot sint: et quid sint.

**E**st predicta superest cognoscere de ordinibus angelorum: quod scriptura tradat que in pluribus locis nouem esse ordines angelorum. pmulgat. scilicet angelos: archangelos: principatus: potestates: virtutes: dominationes: thronos: cherubim: et seraphim. **E**t inueniuntur in istis ordinibus tria terna esse: et in singulis tres ordines ut trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa. **U**nde Dionysius tres ordines angelorum esse tradit: ternos in singulis ponens. Sunt enim tres ordines superiores: tres inferiores: tres medii. Superiores: seraphim: cherubim: et troni. **M**edii: dominationes: principatus: potestates. Inferiores: virtutes: archangeli: et angeli.

**Q**uid appelletur ordo: et que sit ratio nominis cuiusque.

**I**c considerandum est quid appelletur ordo. **D**einde vtrum ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum. **O**rdo angelorum dicitur multitudo celestium spirituum: qui inter se in aliquo munere gratie assimilantur: sicut et in naturalium dotorum munere conueniunt. verbi gratia. **S**eraphim dicuntur qui pro aliis ardent in charitate. **S**eraphim enim interpretatur ardens vel

succedēs. Cherubin q̄ p̄ aliis i scia eminent. Cherubin. n. interpretat̄ plenitudo scie. Tron⁹ d̄ sedes. troni aut̄ vocat̄ vt b̄t̄s Greg. ait. qui tāta diuinitatis gr̄a replēt̄ur: vt i eis sede at̄ dens: ⁊ p̄ eos iudicia discernat atq; infor/ met. Dominatiōes vocant̄ q̄ principatus ⁊ p̄tates trāscēdūt. p̄cipatus dicit̄ur qui sibi subditis que sūt agēda disponūt: eisq; ad ex plēda diuina misteria p̄cipāt̄ur. Potesta/ tes noiantur hii qui hoc ceteris potēt⁹ i suo ordie acceperūt. Ut virtutes aduersē eis sub iecte eorū refrenēt̄ur p̄tate: ne hoies tētare tā tum valeāt quātū desiderāt. Virtutes vocā/ tur illi p̄ quos signa ⁊ miracula sepe sūt. Archāgeli q̄ maiora nūciāt̄. angeli q̄ minora.

Quod hec noia n̄ propter se: sed propter nos eis data sunt: que sumpta sunt a donis gratie: que non habēt singulariter: sed excel lēter ⁊ a p̄cipuis nomināt̄ur.

Ec noia n̄ propter se illis: sed prop̄ nos data sunt. Qui eni sibi noti sunt cōtemplatione nobis innotescit co/ gnominatōe. ⁊ nomināt̄ur singuli ordines a donis gratiar̄ que n̄ singulariter: sed excellē ter data sūt i participatiōe. In illa enim cele/ sti patria vbi plenitudo boni est: licet quedā data sint excellēter: nihil tamē possidet̄ur sin/ gulariter. Omnia enim i oibus sūt: n̄ quides equaliter: quia alii aliis sublimius possidēt̄: que tamen oēs habent. Cūq; oia dona gra/ tiarum superiores ordines sublimius ⁊ per/ fectius perceperūt: tñ ex p̄cipuis sortiti sūt vocabula: inferioribus cetera relinquētes or/ dinibus ad cognominatiōē: vt seraphin q̄ ordo excellētissimus estimat̄: tā dilectionē q̄ cognitionē diuinitat̄ ⁊ cetera virtutū dona ceteris oibus sublimius p̄cepit: ⁊ tñ ab excel lētiori dono. i. a charitate nomen accepit ille supior ordo. maius enim donū ē charitas q̄ scia. Itē maius est scire q̄ iudicare. scia nāq; informat iudiciū. Ideoq; secūdus ordo a se/ cūdo dono. i. a cognitiōe veritatis appellat⁹ est. s. cherubin. ita ⁊ de aliis itelligēdū ē. Assi gnatur ergo excellentia ordinū s̄m excellētiā donorum. ⁊ tamen sicut Gregorius ait: illa dona oibus sunt cōia. Dēs enim ardēt̄ cha/ ritate: ⁊ scia pleni sunt: sic ⁊ de aliis. Sed su/ piores aliis excellētius vt iā dictū ē ipsa do/ na acceperūt: a quibus ⁊ noīāt̄ur. Vñ Greg. In illa sūma ciuitate quisq; ordo eius rei cē/ setur noie quā plenius accepit i munere. Sz oritur hic q̄stio talis. Si q̄ ordo ab illo do/ no noīatur qd̄ pleni⁹ possidet̄: tūc cherubin i

scia p̄eminet oib̄s qz a scia nominat̄. Sz qui magis diligit plus cognoscit. Tanti eni vt tradit auctoritas cognoscit ibi quisq; quā tum diligit. Itaq; seraphin nō solum i chari/ tate: sed et̄ in scia p̄eminet. Ideoq; auctori/ tas illa sic v̄ itelligēda vt cōpatio nō referat̄ ad oēs ordines: s; ad quosdā. inferiores. Ille enim ordo nō plenius seraphin accipit sciam i munere: sed plenius aliis ordinibus q̄ sūt inferiores. Nec nominatur quisq; ordo ab omni re quā plenius aliis accepit: s; ab aliq̄ rez quas accepit. Sed pōt cōpatio referri nō ad ipsos ordines: sed ad alia dona. nec ad om/ nia alia dona: sed ad qdā: sicut enī homines cū plura habeāt dona: quedā aliis excellēt⁹ possidēt̄: ita forte ⁊ angel i quibusdā muni/ bus magis pollēt̄: ⁊ aliis quibusdā minus.

Utrum hii ordines ab initio creatiōis ita distincti fuerint.

Am nunc inquirere restat vtrūq; isti ordines a creatiōis initio ita distin/ cti fuerint. Qd̄ ita fuerint distincti a primordio sue cōstitiōis videtur testimonio auctoritatis insinuari que tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine nāq; superiori lucifer ille fuit quo nullus digni⁹ or/ cōditus est. Apostolus etiam principatus ⁊ p̄tates tenebrarum. nominat: ostendens d̄ ordinibus illis cecidisse: qui cū in malis mi/ nisterium exerceant non tamen penitus no/ minibus suorum ordinum priuati sunt. Sz non videtur illud posse stare. nō enī tūc cha/ ritate ardebāt: nec sapiētia pollebāt: nec in eis dens sedebat. si enim hoc habuissent nō cecidissent. Non ergo tunc erāt seraphin vel cherubin vl̄ troni. Ad quod dicimus quia ante casum quorundam non errant isti ordi/ nes: quia nōdum habebāt dona: in quorum participationibus conueniunt: sed quibus/ dam cadentibus aliis apposita sunt: eisq; qui ceciderunt collata fuissent eadem dona si per/ stitissent. Ideoq; scriptura dicit de ordinib⁹ cecidisse aliquos: non quia fuissent in ordi/ nibus ⁊ postea corruerunt: sed quia si persti/ tissent eorum aliqui in singulis fuissent ordi/ nibus: qui ⁊ in nature tenuitate: ⁊ in forme perspicacitate differentes gradus habebant sicut illi qui perstiterunt. Alii enim vt supra diximus superiores: alii inferiores conditi sunt superiores qui magis natura subtiles: ⁊ sapientia amplius perspicaces. Inferiores qui natura minus subtiles ⁊ intelligētia mi/ nus perspicaces facti sunt. Mas autem inui

fibiles differentias inuisibilium ille solus potest derare potuit: qui omnia in numero et mensura et potestate disposuit. i. in seipso: qui est mensura omni rei modus prefigens: et numerus omni rei speciem prebens: et potestas omnem rem ad stabilitatem trabens. i. terminans et formans et ordinans omnia.

Utrum omnes angelus eiusdem ordinis sint equales.

Reterea considerari oportet utrum omnes angeli eiusdem ordinis sint equales.

Ita esse quibusdam placuit: sed non est hoc probabile: nec assertio dignum. Quia lucifer qui fuit de collegio superiorum: ipsis etiam dignior extitit: qui aliis excellentiores creati fuerat. Ex quo percipitur quod si perstitisset in ordine superiori fuisset: et aliis eiusdem ordinis dignior extitisset. Sicut enim unus est ordo apostolorum et alter martirum: et tamen in apostolis alii sunt aliis digniores: similiter et in martiribus alii aliis sunt superiores: ita et in ordinibus angelorum recte creditur esse.

Quomodo dicat scriptura decimus ordinem ex hominibus compleri cum non sint nisi novem ordines angelorum.

Etandum etiam quod decimus ordo legitur de hominibus restaurandus: sed cum non sint nisi novem ordines: nec plures fuissent etiam si illi perstitissent qui ceciderunt: mouentur lectores quomodo scriptura dicat decimum ordinem compleri ex hominibus. Gregorius namque dicit homines assumptos in ordine angelorum quorum alii assumuntur in ordine superiorum: qui scilicet magis ardens charitate: alii in ordine inferiorum qui scilicet minus perfecti sunt. Ex quo apparet non esse de hominibus formandum decimum ordinem tanquam novem sint angelorum et decimus hominum: sed homines pro qualitate meritorum statuendos in ordinibus angelorum. Quod ergo legitur decimus ordo complendus de hominibus ex tali sensu dictum fore accipi potest: quia de hominibus restaurabitur quod in angelis lapsum est: de quibus tot corruerunt unde posset fieri decimus ordo. Propter quod apostolus dicit omnia restaurari in christo que in celis et que in terris sunt: quia per christum redemptum est humanum genus: de quo fit reparatio ruine angelice. tamen non minus saluaretur homo: et si angelis non cecidisset.

Quod homines assumuntur iuxta numerum statium non lapsorum.

Non enim iuxta numerum eorum qui ceciderunt: sed eorum qui permanserunt homines ad beatitudinem admittuntur. Unde Gregorius. Superna illa ciuitas ex angelis et hominibus constat: ad quam credimus tantum humani generis ascendere: quatos illic contingit angelos remansisse sicut scriptum est in cantico deuteronum. Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum dei.

Quod quidam putant secundum numerum lapsorum angelorum homines reparandos.

Quibusdam tamen putatur quod homines reperientur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt: ut illa celestis ciuitas nec suorum ciuium numero priuetur nec maiori copia regnet. Quod Augustinus in epistola sentire videtur non asserens de hominibus plus saluari quam corruit de angelis: sed minus: ita dicens. Superna hierusalem mater nostra ciuitas dei nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur: aut uberiori etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum: aut immundorum demonum nouimus: in quorum locum succedentes filii catholice matris que sterilis apparebat in terris in ea pace de qua illi ceciderunt sine ullo temporis termino permanebunt sed illorum ciuium numerus: siue qui est: siue qui fuit: siue qui futurus est: in contemplatione eius artificis est: qui vocat ea que non sunt tanquam ea que sunt. Ecce aperte dicit non minus de hominibus saluari quam corruit de angelis: sed plus non asserit.

Est predicta superest cogitare etc. determinatis his que pertinent ad status creationis angelorum et ad distinctiones eorum per conuersionem et auersionem. hic determinat ea que pertinent ad dignitatem bonorum: Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de distinctione ordinum. In secunda determinat quosdam actus qui sequuntur ordines distinctos. v. distincti. Hoc inuestigandum est etc. Prima in duas. In prima determinat ordinum angelorum distinctionem. In secunda ostendit quomodo homines assumuntur ad ordines angelorum. Est etiam notandum ibi. Ad diuinus ordo etc. Prima in tres. In prima ostendit ordinum distinctionem. In secunda distinctionis principium quantum ad durationem. ibi. Jam nunc inquirere restat etc. In tertia distinctionis modum quantum ad equalitatem. ibi. Reterea considerari oportet etc. Circa primum tria



facit. Primo ponit ordinem distinctionem. Secundo assignat distinctionem rationem. ibi. Hoc considerandum est &c. Tertio assignat causam nominationis ipsorum. ibi. h. nomina illis &c. Et circa hoc duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo excludit objectionem. ibi. sed oritur hic questio &c. Notandum est &c. Sic ostendit quomodo homines ad angelorum ordines assumuntur. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit per quem modum assumuntur vtrius ad vnum ordinem decimum vel ad omnes novem. Secundo ostendit eorum qui assumuntur numerum. ibi. Non enim iuxta &c. vbi duo facit. Primo ostendit veritatem secundo excludit contrarietatem. ibi. Al quibusdam tamen putatur &c. Sic queruntur octo. Primo quid sit hierarchia. Secundo de actibus hierar. Tertio de distinctione hierarchiarum & ordinum. Quarto de nominatione ordinum distinctorum. Quinto de distinctione vel equalitate personarum in vno ordine existentium. Sexto de generatione hierarchiarum. Septimo de principio ordinis. Octavo de eorum restauratione per homines facta.

Primum sic proceditur. & ponitur diffinitio Dionisii quarto capitulo de hierar.

Hierarchia est diuinus ordo & scientia: & actio deiformi quantum possibile est similans: & ad idem ei diuinitus illuminationes proportionabiliter in dei similitudinem conscendens: videtur autem qd sit incompetens: quia diffinitio nihil superfluum debet continere: sed ipse alibi diffiniens hierarchiam dicit. Hierarchia est ad deum quantum possibile est unitas & similitudo. cum ergo in preassignata descriptione preter diuinam similitudinem multa ponantur: videtur qd sint superflua. Preterea. pars non debet poni in diffinitione totius ad minus sicut genus: sed ordo est pars hierarchie cuius vnaqueq; hierarchia tres ordines contineat. ergo videtur inconuenienter dicere hierarchia est ordo. Preterea. in angelis non tantum est ordo secundum scientiam sed etiam secundum alia dona & naturalia & gratuita. que omnia excellentius sunt in superioribus q; inferioribus. ergo sicut ponit scientiam: debuit alia dona ponere. Preterea. actio pertinet administrantes: sed hierarchia est communis ministrantibus & assistentibus. ergo videtur qd describat commune per primum quod est contra artem diffinitionum. Preterea. idem non potest poni in diuersis generibus non subalternatim positus. ergo videtur cum substantia & actio & ordo non subalternentur inuicem qd inconuenienter assignentur hierarchie tanquam genera in predicta descriptione. Preterea. in diuinis personis non est ordo scientie & actionis. cum sit vna scientia: & actio trium: hoc autem pertinet ad rationem hierarchie qd sit ordo scientie & actionis. ergo videtur qd non similes deiforme. Preterea. idem est deiformitas & similitudo diuina. ergo videtur esse verborum inculcatio: cuius dicit in diuinam similitudinem ascendens postquam dixerat deiformem similans.

Respondeo ad id: qd hierarchia dicitur quasi sacer principatus a hieros quod est sacri & archos: quod est princeps. In omni autem principatu requiritur gradus potestatis et finis. vnde in sacro principatu oportet huiusmodi sacra & diuina esse. & ideo sicut in principatu seculari finis est: vt subiecta multitudo

pacifice disponatur ad bonum intentum a principe sicut patet in exercitu: qui secundum philosophum. xi. metaphisice ordinatur ad bonum ducis: sicut ad finem vltimum. Ita quidem in sacro principatu finis est assimilatio ad deum. Nunc autem finem non est possibile angelos consequi nisi per ordinatam actionem ad quam erigitur ordinata potestas: & scientia dirigens. & ideo in diffinitione hierarchie ponitur ordo: in quo exprimitur gradus potestatis & scientie sic dirigens: & actio sicut ad finem inducens: & dei similitudo sicut finis intentus. Ad primum ergo dicendum: qd finis est causa causarum. & ideo diffinitio que sumitur ex fine formalis: est inter omnes diffinitiones: & medium demonstrans eas. & ideo illa descriptio hierarchie est ad deum unitas: & similitudo est sicut diffinitio que est medium demonstrationis. h. autem hierarchia est ordo scientia: & actio si nihil addatur est quasi demonstrationis conclusio: quia includit essentialia principia hierarchie. vnde Dionisius eam ex predicta concludit. sed illa que posita est perfecta est: quia comprehendit vtriusque. vnde est quasi demonstratio positione differens.

Ad secundum dicendum: qd ordo potest sumi dupliciter: vel secundum qd nominat vnum gradum tantum: sicut qui sunt vnius gradus dicuntur vnius ordinis. & sic ordo est pars hierarchie. vel secundum qd nominat relationem que est inter diuersos gradus: & ordo dicatur ipsa ordinatio: & sic sumitur quasi abstracte: & sic ponitur in diffinitione hierarchie. primo autem modo sumitur concretive: vt dicatur ordo vnius gradus ordinatus. Ad tertium dicendum qd si cur anima in corpore quendam effectum inducit immediate in omnibus membris: vt esse: inquantus est forma corporis: alium autem inducit in vno membro mediante alio: vt motum: ita etiam deus in omnibus ordinibus celestis hierarchie immediate inducit vitam nature: ergo & glorie: sed ad executionem officium diuinorum mouet eos ordinate per primos medios & per medios vltimos. & ideo non ponitur natura vel gratia vel gloria in diffinitione hierarchie: sed scientia velut dirigens actionem in diuinis officiis. Ad quartum dicendum: qd actio circa nos exercita est propria ministrantium que non ponitur in diffinitione hierarchie. sed actio communis prout significat transfusiones percepti luminis a deo ab vna in aliam communis est omnibus.

Ad quintum dicendum: qd Dionisius non intendit ordinare diffinitionem sed principia essentialia hierarchie tangere: quorum aliquod est sicut materiale per modum generis se habens: scilicet ordo. alia vero sunt sicut formalia complexione hierarchie per modum differentie: quorum primum est ipsa receptio diuini luminis que in scientia importatur. quia scientia illa est secundum receptionem diuini luminis: & secundum est transfusio in alterum quam designat actio. & tertium est consecutio finis in dei similitudinem: & sic pars que semper sequens est formale respectu precedentis. vnde si debet ordinate tradi diffinitio potest sic dici qd hierarchia est diuinus ordo scientie & actionem &c. Ad sextum dicendum qd similitudo diuinis personis est quedam hierarchia quas dicitur super celestem que attribuitur secundum ordinem nature in personis diuinis quas assimilatur hierarchia celestis angelorum & subcelestis hominum. sed hoc non est conue-

niens nec sibi intentionē Dio. qz in diuinis persona principatum ponere vni<sup>o</sup> ad alterū est hereticū. aut qz pater purget filiū vel illuminet vel perficiat vel qz filius patris est recipiat in filio inferiori modo. que tamen requiruntur ad rationem hierarchie sibi intentionem Dio. et sibi vocabuli significationē. Et idē dōz est aliter. s. qz similat deiforme inquantū per lūmē pceptum diuine claritati assimilatur. nō quidem pēparantia: sed sibi suam pportionez. ppter quod dicit quantum possibile est omnis etiaz perfectio creature est similitudo diuine bonitatis: s. quedam expressioz alia. Ad septimum dōm: qz alicui agenti vel impmenti potest aliquid recipiens assimilari dupliciter vel sibi formam tñi: vel sibi formaz et actionē: sicut aliquid illuminatur a sole: vt etiam alia illuminet ad similitudinē solis: sicut luna: et hec ē assimilatio sibi conuenientia in forma et actione aliqua autē illuminant: vt in seipsis luceant. sed lumen in alterum non transfundat: vt terrestria colorata quia color est aliquid lucis: sic etiam assimilantur angeli deo i receptōe diuini luminis: et hāc assimilatio ostenditur in hoc qz dicit deiforme quantum possibile est et. et in transfusio ne eiusdem in alios: et hoc ostenditur cum dicitur ad inditas illuminationes. i. scdm virtutem et regulā dātarum illuminationum ascendens in dei similitudinem operando in alios scdm suam proportionē. et idē nominat ascensum: qz in hoc ē perfectio similitudinis et finis vltimus est dei cooperatores fieri: sicut ibidem dicit Dio. ppter quod etiam philosophi posuerunt finem intelligentiarum mouentium oibez quem in tendunt assimilatiōē diuinam in cādo. et sic p qz pma similitudo videt scie s. scda actioni.

Ad scdm sic proceditur. videtur qz vnus angelus alium non purget. Purgatio enīz noa est nisi per gratiam: sed solius dei ē dare gratiam. ergo ipse solus purgat. Preterea. purgatio non est nisi ab immundicia: sed i angelis bonis post casum malozum nulla remansit immundicia. ergo nō ē ibi purgatio. Item videtur qz nec illuminatio vnus per alterum fiat. quia informare mentem est solius dei vt ait Augu. sed illuminari non potest angelus: nisi mens sua informetur. ergo videtur qz vnus alius nō illuminet. Pre. sicut habetur mathei. xiiii. magister vester vnus est xps. vbi dicit August. qz ipse solus est qui interius docet. sed illuminatio est per modum cuiusdam doctrine. ergo videt qz solus deus mentez angeli illuminet. Preterea. omnes angeli beatitudinem suam habēt et hoc qz immediate vident deum: sed deus est sufficiens medium ad oium cognitionem. ergo videtur qz vnus alium non illuminet. Preterea. si vnus illuminat alius: aut hoc facit creando nouum lumen in mente eius: aut transfundendo lumen a deo receptum. sed primum est hereticum: cum angeli non sint creatores. secundū autē videtur impossibile nisi ponatur aliquid mediū deferens: sicut in illuminatione corporali: quod ibi non est etiam facile fingere. ergo videtur qz vnus alius nō illuminet. Item videtur: qz nec perficiat: qz vt supra in quarta dist. dictum est: perfectio qua possibilis est in angelo: est vel nature condite vel gloriificate. s. ne ultra potest esse in angelo ab angelo. ergo videtur qz vnus alium nō perficiat. Pre. nulla perfectio potest esse in angelo: nisi sibi receptionē diuini luminis.

sed hec receptio ē per illuminationez. ergo perfectio ab illuminatione nō differt. Respondeo dō: qz actō non pōt esse nisi sibi erigentiaz rei: cuius est actio: cū aut hierarchia perficiatur in scientia: vt ex diffinitio ne patet: oportet vt actio hierarchica in transfusione scientie cōsistat. vñ dicit Dio. vii. cap. ce. hier. qz purgatio: illuminatio: et perfectio ē diuine scie assumptō. Ad sciam autē concurrunt duo in sui acquisitione. s. ex pulsio contrarii vel priuationis et consumatio eius: sicut est etiam in acquisitione cuiuslibet forme. s. consumatio scientie in duobus consistit: sicut et visio corporalis ad quam requiritur lūmē sub quo videat vifibile: et consequitur cognitio ipsius visibilis. Similit ter etiam per lumen intellectuale habetur cognitio intellectiua. ergo sicut ad remotionem priuationis est purgatio quantum ad influentiam luminis illuminatio: sed quantum ad cognitionem consequentem i quam dirigit lumen sicut in vltimum terminum est perfectio. et propter hoc perfectiones a Dionisio dicuntur secundum traditionem sacramum doctrinaz. Ad primum ergo dicendum: qz purgatio a culpa est per gratiam: sed a nescientia est per lumen doctrine: et hoc etiam ab alio esse potest qz a deo. Ad secundum dōm: qz purgatio que est in angelis nō est ab immundicia: sed a dissimilitudinis confusione. vt dicitur in tertio ca. ce. hierar. vel a nescientia: vt videtur in. vi. capi. ce. hierar. et hāc duo in idem redeunt. confusio enim intellectus est ex hoc qz est in potentia respectu plurium. tñ hoc dissimilis est a primo intellectu. s. diuino cui nulla possibilitas admiscetur per lumen ergo receptum a deo mediante superiori angelo liberatur intellectus angelicus ab hac dissimilitudinis confusione inquantum terminatur ad vñ cui fortius inheret: quanto magis medium cognitionis efficax est: sicut patet in eo qui nescit quam partes cōtradictōis eligat s. inuento medio probabili magis ad vnam flectitur: sed additio medio demonstratio firmatur in illo. Ad illud quod postea de illuminatione queritur dōm: qz circa hoc contrarie quidam opinati sunt. quidam enim dixerunt angelos inferiores nō ēssentiam dei videre: sed per illuminationem superiorum qui cum immediate vident dei notitiaz capere: cui obuiat quod dicitur Mathei. xviii. angeli eozum semper vident faciem patris mei. vbi loquitur de angelis inferioris ordinis hominibus ad custodiam deputatis. Alii vero e contrario dicunt angelos omnes immediate a deo illuminationem recipere negantes inferiores a superioribus illuminari negantes totum hoc quod Dionisius de angelis tradidit auctoritatibus sacre scripture probatum: et consonum philosophozum doctrine. vnde mediam viam eligentes dicimus omnes quidem angelos essentia diuinam immediate videre: et quo beati sunt. sed non est necessarium qz qui videt causam videat oēs eius effectus nisi ipsam sibi totaz suaz potentia cōmpendat: sicut de seipm cōprehendēs oia cognoscit. Aliorum autē qui ipm vidēdo nō comprehendūt vnusqz qz tanto plura in eo cognoscit quanto ipsum plenius capit frutione glorie sicut etiam ex principis speculationis qui melioris intellectus est plures conclusiones elicere potest. vnde i his diuinis effectibus pertinentibus ad statum nature vel gratie que per angelozum officia dispensantur superiores inferiores illuminant et instrunt vt expresse habetur i septimo

celestis hierarchie. et in principio quarti de di. no. Quod ergo tertio obicitur. q. mentem solus de<sup>9</sup> for mare potest. dd q. verum est iustificando per gratia sed de hac formatione nihil ad presens. Ad quartum dicendum q. sicut in actionibus naturalibus inferior agens non habet efficaciam in productione effectus nisi per virtutem agentis primi: que vehementius impunit in effectum. ita etiam in intellectualibus inferior illuminans nihil potest efficere nisi per virtutes primi illuminantis. et propter hoc ipse deus est qui omnes docet. nec tamen excludit ab aliis illuminatio. sicut nec ab agentibus naturalibus naturalis actio. Vel dicendum q. docere proprie dicitur qui in cognitionem rei ducit. Sicut autem in cognitionem coloris sensibilem pervenit homo ex duobus: scilicet ex visibili obiecto et ex lumine sub quo videtur unde et uterque dicitur demonstrare rem. s. qui lumen preparat: et qui obiectum representat. ita etiam ad cognitionem intellectualem duo eriguntur. ipsum intelligibile: et lumen per quod videtur. et ideo dupliciter dicitur aliquis docere: vel sicut proponens intelligibile vel sicut prebens lumen ad intelligendum. hoc autem lumen est duplex. vnum in trinfecus vel conaturale intellectui cui similitur lumen quod est de compositione oculi. et per collationem huius luminis solus deus docere dicitur. Secundum lumen est superveniens ad confortationem connaturalis luminis cui similitur in visu corporali lumen solis vel candele. et sic potest angelus alius angelum vel etiam hominem illuminare ad aliquid cognoscendum. non autem homo sic docere potest: cum in eo lumen intellectuale debilissime recipiat. Quidam tamen dicunt q. nullo modo angelus docet sicut lumen prebens. quod expresse dicitur Dionisij contrariari videtur. Similiter etiam intelligibile duplex est: vnum ad quod intelligendum sufficit intellectus alicuius hominis dummodo sibi considerandus proponatur. unde et ipse proponens docere dicitur quasi in cognitionem ducens. sicut in visu corporali monstrans rem eas coram oculis ponit. Aliud est ad cuius cognitionem non sufficit intellectus discipuli nisi in hoc manducatur per aliquid sibi notum. unde et qui hoc magis notum sibi proponit docere eum dicitur huius simile est in visu corporali i hoc q. aliquis alicui rem a longe apparentem digito monstrat et his duobus modis homo docere dicitur: et hoc doctrina est non per modum illuminationis: sed per modum locutionis. Ad quintum dicendum q. quibus deum omnes videant: non tamen ipsum comprehendunt. et ideo non oportet q. omnia omnes in ipso cognoscant. et propter hoc non remouetur quin vnus angelus q. aliquid in verbo dei cognoscit: possit quantum ad hoc alium illuminare angelum qui hoc in verbo dei non cognoscit. Ad sextum dicendum q. sicut in corporalibus illud quod est in actu agit per se quod educit potentiam patientis in actum. ita etiam eum intellectus inferioris angeli sit in potentia respectu quorundam poterit per superiorem angelum qui est in perfectiori actu reduci in actum similem non per creationem alicuius novi luminis. nec per hoc q. idem numero lumen quod est in superiori recipiatur ab inferiori. nec oportet esse aliquod medium deferens virtutem agentis: quia in eis falso imaginatur quis distantiam sitalem. Sed quod est in corporibus situs. hoc est in spiritualibus ordo secundum Augu-

stinum. Ad septimum dicendum q. perfectio. hic dicitur illud ad quod terminatur motus illuminationis que est perfectio glorie vel nature. Ad octavum dicendum q. iste tres actiones quandoque coniunguntur. et ideo non dnt nisi secundum rationem: q. omnis perfectio in hoc quod perficit illuminat et purgat et omnis illuminans purgat sed non convertitur: ut patet precipue in nostra hierarchia s. Dionisium non enim qualibet purgationem sequitur luminis receptione: sed perfectam. et similiter non qualibet illuminationem sequitur perfectio cognitionis sed consummatam.

tertium sic proceditur. videtur q. inconuenienter diuidatur angelica hierarchia in tres hierarchias et in nouem ordines. Aut illa diuisio est per disionem totius integralis in partes vel generis in species. primo modo non diuiditur: q. diffinitio comunis non conueniret partibus sicut diffinitio domus non conueniret parieti. nec item per modum generis: q. non omnes ordines equaliter se habent ad participandum rationem hierarchie. ergo videtur q. nullo modo possit esse competens diuisio. Preterea quanto aliquid est propinquius vni primo tanto est minoris multiplicationis. sed hierarchia angelica media est inter nos et deum. ut in quarto capitulo ce. hierarchie. dicitur. ergo cum hominum sit tantum vna hierarchia. videtur q. angelorum non sint tres hierarchie. Pre. superius et inferius in angelis non est nisi secundum diuersam proportionem ad receptionem diuinorum: s. ordines se habent sicut superius et inferius. s. v. q. sit in eis diuersa proportio ad receptionem diuinorum. et sint hierarchie se habent scd. superius et inferius. ergo v. q. eade sit ratio distinguendi ordines et hierarchias. Pre. ratio hierarchie consistit in ordine potestatis: sed potates definantur per actus. cum ergo actio hierarchica sit triplex ut dictum est. videtur q. sint tantum tres ordines ce. hierar. Pre. ecclesiastica hierarchia ereplata e a celesti s. Dio. s. i ecclesiastica hierarchia s. m. eude sit tm tres ordines. s. videtur q. sint i celesti Pre. vnitas ordinis e vt i lsa d. ex hoc q. multi sps. aueniunt in vno munere gratie: sed dona sps. sancti sunt septem vt h. v. saie. xi. ergo videtur q. sint tantum septem ordines angelorum. Preterea v. esse diuersitas in distinctione hierarchiarum s. m. Gregorium et Dionisium: q. Dionisius ponit vtutes mediu ordinem secunde hierarchie. et principatus p. m. tertie hierarchie. Gregorius at e conuerso. et q. ritur ro huius. Pre. dd. q. angel. inuenit triplex distinctio. vna est hierarchie adinuicem. scda e ordinu i eade hierarchie. tertia e psonar eiu s. d. ordinis et qlibz illarum sumit s. m. diuersam proportionem ad receptionem diuini luminis. Diuersitas enim hierarchiarum est s. m. diuersum modum recipiendi diuinas illuminationes: diuersitas vero ordinum est s. m. diuersos actus quos diuinum lumen perficit s. m. perfectius et minus perfectum: diuersitas vero personarum vni us ordinis est s. m. diuersam virtutem in executione actus minus vel magis efficaci. verbi gratia nostra hierarchia distinguitur ab angelica. in hoc q. nostra perficitur in diuino lumine velato per similitudines sensibiles tam in sacramentis q. in metaphoris scripturarum: sed angelica perficitur lumine simplici et absoluto: et cum dictus modus sit communis omnibus que sunt in nostra hierarchia tamē

eorum sunt diuersi actus secundum quos diuersi ordines distinguuntur. Alius enim est actus sacerdotum: et diaconorum: et in exercitio cuiuslibet horum actuum quidam sunt alij magis idonei angeli autem oēs quibus in hoc modo conueniant: quod sine inquisitione, discursu et sine velamine figurarum diuinum lumen recipiunt. tunc dicitur in hoc: quod quidam eorum recipiunt in maiori vniuersalitate quam alij. unde superiores dicitur habere scientiam magis vniuersalem ut dicitur est. hoc autem non potest nisi tripliciter variari. aut. n. cognitionem diuinorum effectuum recipiunt in ipsa causa prima vniuersali: et hic est modus proprius prime hierarchie que est proportionata ad recipiendum illuminationis in ipso fulgore et diuini luminis et per hoc dicitur circa deum esse. ut oēs ordines eius denominentur ab operatione circa deum. Aut cognoscunt res in vniuersalibus rerum rationibus: et hic est modus secunde hierarchie. et id angelorum huius hierarchie est accipere perfectiores cognitionis illuminatione prime hierarchie in qua se forme materie viles et propter hoc ordines huius hierarchie non denominantur ab operibus circa deum: sed nobis pertinentibus ad potestatem operandi in res in quantum forme per quas cognoscunt se operative ad minimum respectu effectuum in quibus deo ministrant. et quod iste forme sunt viles nominantur a potestate non limitata vel determinata ad aliquem vel ad aliquos. aut cognoscunt res in proprijs rationibus: et hic est modus vltime hierarchie in quo sunt forme particulares et proportionate: ut ab eis recipiatur intellectus nostris. propter quod dicitur angeli hierarchie tertie accipere diuinum lumen secundum conuenientiam hierarchie nostre inde est quod ordines tertie hierarchie denominantur ab actibus limitatis circa vnum hominem vel vnam prouinciam huius autem simile potest videri in terrenis principibus. quod ministrorum qui sunt sub vno rege quidam operantur immediate circa personam regis quasi cubicularij et consiliarij et assessores: et hoc competit prime hierarchie respectu dei. Quidam vero habent officia ad regimen regis in communi non deputati huic vel illi prouincie ut domini regalis curie et princeps militie et iudices curie: et huiusmodi similes sunt angeli secunde hierarchie. Quidam vero preponuntur ad regimen alicuius partis regni ut prepositi et balij: et huiusmodi officiales minores. et huius similes sunt ordines tertie hierarchie et sic patet diffinitio trium hierarchiarum. **Ordinum autem prime hierarchie sic potest accipi numerus et distinctio. secundum tres actus consumatos quibus anima deo fruitur. quorum vnus est comprehendere et tenere. quo perficitur memoria. et secundum hoc accipitur ordo thronorum: quod in eis sedet deus et quiescit dum eos in se qui escere facit. Alius actus est videre quod perficitur intellectus: et secundum hoc accipitur ordo cherubin qui interpretatur plenitudo scientie. Alius actus est amare quo perficitur voluntas. et secundum hoc accipitur ordo seraphin qui interpretatur ardens vel incendens: et quod in hoc actu est completissima vnio ad deum ex ipso: quod amor facit interiora amari penetrari ideo ordo seraphin est primus: secundus cherubin. propter vnitatem assimilationis in qua completur scientia in actu. tertius est thronorum: quod in sessione ipso: tunc vnio secundum contactum solum. **Ordinum vero secunde hierarchie sic potest accipi diuisio et numerus. quod regimen alicuius communitatis est secundum hoc quod ordinate et pacifice bonum commune dispensatur. hic autem ordo pacis disponitur tribus. scilicet aliquo sententiante****

quid vnicuique debeatur et ad hoc est ordo potestatum unde dicitur arcere aereas potestates: et hic non est vltimus finis: sed quietem et vtilitatem bonorum dispensare: sicut potestas secularis suspendit latrocinem ad pacem ciuitatis. sed sententia debet esse efficax: et recta: sed ad hoc ut sit efficax indiget aliquo adiuvante et propugnante: ut nihil sit impossibile exequi quod per sententiam determinatur. et ad hoc est ordo virtutum qui attingit vltimum in operandis omnibus difficilibus pertinentibus ad ministeria diuina. et ideo attribuitur eis miracula facere. quia obviare legibus nature est arduissimum. **Ad hoc autem quod sit recta indiget aliquo dirigente et imperante: et ad hoc ordo dominationis est. ad quem pertinet dirigere in omnibus ministerijs diuinis: sicut architector in mechanicis qui etiam est preceptiuus: et ideo hic ordo est primus secunde hierarchie: quia ab ipso dirigitur: et impatur quicquid in ministerijs diuinis per angelos agitur. et secundus est ordo virtutum a quibus actus potestatum efficaciaz habet. sicut et leges seculares oportet esse armatas: ut habeant vim coactiuam. **Ordinum autem tertie hierarchie sic numerus et ordo accipitur. quia cum habeant potestatem limitatam oportet quod actus eorum vltimitentur ad vnam prouinciam vel ad vnum hominem. si ad vnam prouinciam sic est ordo principum ut princeps persarum qui preerat persis. de quo habetur Danielis decimo. si autem limitatur ad vnum hominem. aut est de hijs que pertinent ad ipsum tantum. et sic est ordo angelorum. unde dicuntur minima nuntiare. quorum est etiam singulos custodire: aut de hijs que pertinent ad bonum multorum. que expletur per actum vnus singularis persone. et ad hoc. est ordo archangelorum. sicut Gabriel qui nuntiavit natiuitatem christi et Joannis baptiste. et ideo nomen eorum compositum est ex duobus ordinibus extremis. dicuntur enim archangeli quasi principes angeli. et propter hoc etiam dicuntur maiora nuntiare: quod bonus gentis est diuinius quam bonum vnus hominis secundum philosophum in primo ethicorum. Numerus autem eorum qui sunt in vnoquoque ordine ignorus est nobis. **Ad primum ergo dicitur quod diuisio hierarchie in ordines est totius potestatum in partes potentiales. sicut anima diuiditur in suas potentias. et hoc totum est quasi medium inter totum vniuersale et integrale. vniuersale enim est secundum essentiam et completam virtutem in qualibet sua parte. unde de omnibus equaliter predicatur. Sed integrale nec est secundum essentiam nec secundum virtutem totam in vnaquoque suarum partium. et ideo nullo modo de parte predicatur: sed totum potentiale adest quidem secundum essentiam cuiuslibet parti: sed secundum completam virtutem est in parte suprema: quia semper superior potentia habet in se completius ea que sunt inferioris. et ista est comparatio hierarchie ad ordines. **Ad secundum dicitur quod omnes homines sunt vniuersales: et ideo in omnibus est vnus modus communis recipiendi diuinas illuminationes. et propter hoc omnium est hierarchia vna: sed angeli sunt diuersarum specierum. et propter hoc in diuersis hierarchijs ordinantur secundum diuersum modum receptionis ut dictum est. Sed verum est quod quelibet natura in angelis est magis vna et simplex quam humana que est vltima natura intellectualis: et per hoc potest respondere ad tertium quod sic humane hierarchie sunt tres ordines ut sic in********

omnibus trinitatis similitudo reluceat sicut principium medium et finem. Ad quartum dicendum quod in nostra hierarchia distinguuntur ordines sicut tres actiones hierarchias: quia ministrorum est purgare: sacerdotum illuminare simul et purgare: sed episcoporum perficere. talis autem distinctio non potest esse in celesti hierarchia: quia minimus ordo angelorum est superior supremo ordine nostre hierarchie. unde potest et perficere et illuminare et purgare. Ad quintum dicendum quod diuersitas proportionum potest sumi multi. aut sicut diuersum generis proportionis sicut duplum et sergalterum quorum prima est multiplex. secundum superparticulare. alia est enim generis proportionis quatuor ad duo quoniam dupla: et trius ad duo quoniam sergaltera. aut sicut diuersas species eiusdem generis sicut duplum et triplum quorum est unum genus proportionis. scilicet multiplex. aut sicut diuersos numeros in eadem specie proportionis ut quatuor ad duo et sex ad tria. et prima diuersitas competit distinctioni hierarchie. scilicet distinctio ordinum. tertia distinctioni personarum vni ordinis. Ad sextum dicendum quod dona sicut que distinguuntur ordines sunt dona perfecti in actibus hierarchicis. et hec variantur ut dictum est. dona autem et virtutes perfectiunt ad actus personales. et ideo sicut ea ordines non distinguuntur. Ad septimum dicendum quod ordinatio Dionisi est rationalior: quia ipse distinguit secundum hierarchiam a tertia sicut vniuersale et particulare non limitatum et limitatum. et ideo virtutes ponit in secunda et principat in tertia. Gregorius autem non multum intendit ordinare: sed numerare nichilominus in ordinatio potest sumi sicut actus exteriores et sicut consilio: mutatem ad nostram hierarchiam: et quia in nostra hierarchia habentur prelationem sunt super personas priuatas. ideo in secunda hierarchia ordinat illos quorum nomina important officium prelationis. scilicet dominationes principatus et potestates. In tertia autem ordines quorum actus sunt etiam personarum priuatarum ut mirabilia facere: quod est virtutum et nuntiare magna: quod est archangelorum. et nuntiare parua: quod est angelorum.

Quarta sic procedit. ut quod nomina angelorum non pueniuntur distinguuntur. Nomine. n. totius non dicitur poni: sicut ordo est per hierarchie. cuius hierarchie sit idem quod sacer principat ut dictum est. ut quod nullus ordo principat debeat dici. Pre. nom. totius non dicitur poni alicui ordini illi natur: sicut omnes celestes spiritus angeli vocantur. sicut ut quod vltimus ordo angelorum non debeat nomine angelorum vocari. Pre. illud quod est superioris ordinis non necessario iuuenit inferiori quibus e conuerso. sicut nomina dicitur reb. cuius omnes angeli dicantur celestes virtutes sicut Dio. ut quod si nomine non debeat nominari medi ordo sede hierarchie: quia nomina superiorum non sunt inferiorum. Pre. ois virtus est media inter essentiam et operationem sed nullus ordo vocatur in angelis nomine essentie vel operationis. sicut nec est nomine virtutis. Pre. per nomina ordinum deuenimus in proprietates eorum sicut Dionysium: sed nulli angelo conuenit per caritatem in mare nec in voluntatem imprimere: quia si solius dei est. sicut videtur quod inconuenienter dicantur seraphim incendentes. Pre. Preterea ardere charitate et videre deum et tenere ipsos. sunt de se beati tudinis: sed omnes angeli sunt beati. sicut nulli ordines debent ab his actibus nominari. Pre. Preterea queris quomodo dicantur hec tria seraph. seraphis et seraphim. et cherub. et che-

rubis et cherubin. Pre. Preterea dicitur quod circa nominationes ordinum attendendum est. quod sicut unusquisque ordo est altior ita etiam a perfectiori nominatur. et quibus ea que sunt superiorum participatur quodammodo ab inferioribus: et e conuerso: non tamen debent esse confusa nomina: sed distincta. Ad hoc enim quod aliquod nomen nominet proprie aliquam rem duo requiruntur. scilicet quod hoc quod significatur per nomen habeatur perfecte secundum completum actum: et ut sit vltima perfectio eius: et quia omnis denominatio est a forma que datur esse et est principium operationis ideo angeli denominantur ab eo quod est in eis loco forme tanquam a digniori. verbi gratia in homine est quedam participatio intellectus: et quia non habet plenum actum intellectus ut sine inquisitione et imaginatione intelligere possit. ideo in ordine intellectualium non ponitur. Similiter etiam quibus sensum habeat sicut completissimam operationum respectu omnium animalium quia sentire non est sicut vltimam perfectionem eius non ponitur in ordine sensitiuorum: sed in ordine rationalium: quia rationis actum plene habet: et est actus eius in quantum est homo. Secundum hoc ergo dico quod donum superiorum est in inferioribus secundum quandam participationem non secundum completum actum. et ideo ab eo non possunt denominari. e contrario vero dona inferiorum sunt in superioribus eminenti. sed in illis actibus non est vltimum completum eorum. vnde ab his non denominantur sicut proprio nomine. et inde est quod dicitur sibi in nominibus cedere ut. scilicet superior ordo ab excellentiori actu proprio nomine sortitur. Ad primum ergo dicitur quod principatus dicitur sumptus ad cuiuslibet prelationis officium intelligit nomine hierarchie. sed principat spatia sumptus ad regionem determinate prouintie est nomen vni spatium ordinis. Ad secundum dicitur quod nomen angeli designat manifestationem cum angelus nuncius dicitur. et n. manifestatum simpliciter conuenit omnibus ordinibus in quantum sicut sicut descendit ordinum lumen intellectuale est in eis minus simplex et magis proportionatum intellectui sequentium. et ideo dicitur Dio. in. x. c. ce. hierar. quod semper inferior angelus manifestat superior omnibus sub se ordinatis. et ideo esse manifestatum omnium superiorum respectu nostri est vltimum ordinis propter quod vltimum ordinem angelorum nomine significamus aliis ordinibus nominatis ab his que designant excellentiorem modum nuntiandi vel manifestandi. et per hunc modum angelus est nomen nature quia conditionem nature exprimit. Sed si nuntiare sumatur sicut exterius ministerium quod exercet sic angelus est nomen officij non nature ut dicit Gregorius. Ad tertium dicendum quod nomen virtutum sicut quod nominat specialem ordinem sumitur a speciali dono vel actu quod est exequi et perficere quicquid est arduum et difficultum in ministerijs diuinis. sed secundum quod conuenit omnibus celestibus spiritibus sumitur a virtute sequente naturam. Ad quartum dicendum quod angelorum nomina quedam sunt communia omnibus ordinibus: quedam autem propria determinatorum ordinum. communia autem quedam sumuntur ab essentia vel aliqua conditione naturali ut quod dicitur celestes essentie et angeli et spiritus et diuinitates et diuini intellectus et celestes animi. quedam vero a virtute ut quod dicuntur celestes virtutes. quedam vero ab operatione. ut quod dicitur angeli: sed nomina specialium ordinum sumuntur a donis superad-

e. 2. optus.

ditis & officiis consequentibus dona. & ideo nomina spaliū ordinum magis possunt equuocari cuꝝ nominibus generalibus que sumuntur a virtute & ab operatione que essentie superadduntur q̄ cum illis que sumuntur a natura que non superadditur: sed substernitur. ¶ Ad quintum dicendum q̄ seraphin non dñr intendentes quasi habitum caritatis insulant: sed quia illuminant de hiis que ad amorem caritatis pertinent. ¶ Ad sextum dicendum q̄ nomina superiorum ordinum non sumuntur simpliciter ab actibus fructiois. sed ab excellentia eorum que tantum in superioribus inueniuntur q̄uis fructio cōis sit omnibus. non enim dñr amantes sed ardentes. i quo cōsumatio charitatis exprimitur. Similiter cherubin non dñr simpliciter videntes vel scientes. s; pleni scientia. vnde per istum modum scientiam habere non est cōmune omnibus quāuis scientia v' visio omnibus sit cōis. & propter hoc non possunt omnes dici cherubin vt dicit Dio. in. xii. c. ce. hierar. ¶ Ad septimum dicendum q̄ nomina ista definitia in: in: vt cherubin: seraphin. sunt neutri generis pluralis numeri: & ponuntur. pro toto collegio vni⁹ ordinis. Definitia autem in: in: sunt. maf. generis & pluralis numeri: et ponūt p pluribus psonis vni⁹ ordinis. s; cherub & seraphi. maf. generis & singularis numeri & significant vnam psonā illius ordinis.

¶ Quintus sic proceditur. videtur q̄ omnes angeli vni⁹ ordinis sunt equales. Maior enim est conuenientia eorum qui sunt vni⁹ ordinis q̄ eorum qui sunt vni⁹ hierarchie: s; dionisius frequenter vocat equipotentes eos qui sunt vni⁹ hierarchie. ergo videtur q̄ sunt equales.

¶ Preterea quecūq; se habent sicut superior & inferior sunt in diuerso gradu vel ordine ordinati. s; quicūq; in angelis sunt equales se hñt sicut superior & inferior. ergo videtur q̄ sunt diuersorum ordinum. ergo si aliqui sunt vni⁹ ordinis videtur q̄ sunt equales. ¶ Preterea dignitas angelorum est s; dona percepta. sed illi qui sunt vni⁹ ordinis perficiunt vno dono vt hñt ex diffinitione ordinis in littera posita. ergo videtur q̄ sunt equales. ¶ Preterea quāto aliquid immediatius coniungitur alteri: tanto minus distat ab illo: sicut tria minus distant a duobus q̄ decem: sed si angeli qui sunt vni⁹ ordinis essent inequales inferior angelus vni⁹ ordinis immediatus se haberet ad primum angelum inferioris ordinis q̄ ad superiorem sui ordinis. ergo angeli diuersorum ordinum magis conuenirent q̄ angeli eiusdē ordinis. quod videtur absurdum. ergo omnes angeli vni⁹ ordinis sunt sibi immediati. ita q̄ se mutuo non excedunt. ¶ Sed contra. vbiq; est primum: medium: & vltimum: ibi est inequalitas: sed in angelis vni⁹ ordinis est inuenire primos: medios: & vltimos s; Dionisium in decimo capitulo ce. hierarchie. ergo angeli vni⁹ ordinis non sunt equales.

¶ Preterea i angelis est summa pulchritudo post deum. sed in diuersorum graduum consonantia ordinata consistit ratio pulchritudinis. ergo videtur q̄ in angelis etiam vni⁹ ordinis est huiusmodi gradum inuenire. ¶ Respondeo dicendo q̄ sicut supra dictum est angeli s; diuersitatem naturalium diuersimode etiam in gratiis perfecti sunt s; que dona in ordinibus distinguuntur. cum autem supradictū sit. q̄ in vna specie non sint plures angeli & species i angelis non possint differre. nisi secundum q̄ magis

& minus habēt de potētiāitate & actu. oportet q̄ vni⁹ us. angeli semper natura sit sublimior: q̄ alterius. et ideo non est accipere duos angelos equales in tota celesti hierarchia. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ angeli vni⁹ hierarchie dñr equipotentes nō simpliciter. sed s; quid: scilicet quantum ad modum accipiendi illuminationes diuinas qui est proprius illi hierarchie & similiter angeli vni⁹ ordinis sunt equipotentes s; conuenientiaz in actu illius ordinis et non simpliciter. ¶ Ad secundum dicendum q̄ non quelibet distinctio gradus facit distantiam ordinum vt supra dictum est. sed illa que est s; diuersos actus. ¶ Ad tertium dicendum q̄ q̄uis omnium sit vnum donum non tamen equaliter omnes illud percipiant sed secundum magis & minus. ¶ Ad quartum dicendum q̄ sicut in naturalibus diuersa quantitas & diuersa intensio qualitatis non facit diuersitatem in specie: sed est dispositio ad diuersam speciem in quantum vnaqueq; species requirit determinatam quantitatem dimensionis: vt dñr in secundo de anima. & similiter ad species ignis requiritur determinata intensio caloris. vnde possibile est vt aliqua minus distent in quantitate vel intensione q̄ licitas que magis distat s; speciem: ita etiā est i ordinibus angelorum. si consideretur distantia secundum rationem quātitatis tantum non est inconueniens q̄ infimus angel⁹ alicui⁹ ordinis pl⁹ distet a supremo sui ordinis q̄ a supremo sui inferioris ordinis: a quo tamen differentia formalis & s; speciem magis distat. in quantum attingit rationem superioris ordinis quam alius non consequitur. sicut si diceretur q̄ frigidissimus vir minus distat a calidissima muliere q̄ a calidissimo viro: cum quo tamen magis conuenit ratione sexus. & hoc vninerſaliter inuenitur. verum in omni re que compatitur aliquam latitudinem diuersorum graduum.

¶ Sextum sic proceditur. videtur q̄ non omnes hierarchie sint connere quorumcūq; n. ratio consistit in distinctione. eorum non est aliqua connerio: quia connerio distinctioni opponitur. sed ratio hierarchie consistit in distinctione superioris & inferioris. ergo earum non est connerio. ¶ Preterea que differunt i eo quod est maxime cōmune non habent vterius in quo cōnectuntur: sicut que specie differunt. genere conueniunt & que differunt generibus generalissimis non vnioocantur in aliquo: sed hierarchia est quid cōmunissimum comprehendens sub se ordines & psonas. ergo diuersę hierarchie in nullo connectuntur. ¶ Preterea in angelis non est inuenire nisi naturalia & gratuita. sed in naturalibus non connectuntur: cum sint diuersarum specierum. nec iterum i gratuita cum diuersis numeribus gratie diuersi ordines perficiantur. ergo videtur q̄ in nullo connectuntur.

¶ Preterea ea que non coniunguntur in aliquo vno termino cōmuni non vnioconnerionem habere sicut discreta. sed hierarchie & ordines non vnioconneriuntur in aliquo vno termino cōmuni. cum non sit vni⁹ ordo diuersarum hierarchiarū. nec vn⁹ angel⁹ diuersorum ordinum. ergo videtur q̄ non sit aliqua eorum connerio. ¶ Sed h̄ est quod Dionisius dicit in. c. x. ce. hierar. assignans cōnexionē ordinū & hierarchiarum. ¶ Preterea dicit cōmētator i. xi. metha. q̄ ordo substantiarū sepataz sub deo & adiunctem: est sicut plurius artium sub vna arte cōi. vñ scientiā dei affirmi

lat methaphisice sub qua sunt oēs scie. & sicut pla of  
ficia ordinantur sub principe ciuitatis: s; in oib; his  
est aliqua pner. s; q; adinuicem dependēt. s; v; q;  
hierarchiarum celestium & ordinum sit conne.

¶ s; dō. q; ordines angelice hierarchie oēs sūt cō  
neri adinuicē. & ēt ordinib; nostre hierarchie vt dio.  
tradit. Nec autē pner. intelligēda ē admodū ordinis  
vniuersi. cuius ptes adinuicē ordinate sunt iquātūz  
vna alterā iuuat. ad psecōz sui finis: & etiā ad vlti  
mū bonū qd ē finis totius vniuersi. ita ēt & conner  
hierarchiarū est. & s; m relationē i vnu finē vltimūz  
s; q; oīs hierarchie finis ē vnitas & similitudo ad de  
um & scdm ea q; sunt de essentia ipsi; hierarchie. s; s;  
ordinē sciam & actionē. s; m ordinē: qd ē iquātū i oibus  
inuenitur distinctio. per primum medium & vltimū.  
sicut. n. angelica hierarchia mediā ē inē deū & nos. ita  
ē accipe i ipsa hierarchia pīmā hierarchiā & mediā &  
vltimā. & in vnaquaq; pīmū ordinē mediū & vlti  
mū. in quoz vnoquoq; ē accipe primos angelos me  
dios & vltimos: & hoc a primo vsq; ad vltimūz. s; m  
scientiam vero in quātū irradiatio diuini luminis  
extendit a primis vsq; ad vltimos. vt dicitur Job  
xxv. nunquid ē numerus militum eius. & super quez  
non surgit lumen eius: qd tamē non vniformiter ab  
omnibus recipitur. sed a superioribus in maiori sim  
plicitate & ab inferioribus in minori. s; m actionē au  
tes: q; pīmū hnt actio hierarchiaz i mediot: & medij  
in vltimos: & medij manifestant primos & vltimos  
eo modo qui supra expositus est: & sic s; m quatuor q; i  
diffinitione hierarchie ponūtur quadruplex eius cō  
ne. assignatur. ¶ Ad primum ergo dō. q; distō q; est  
de ratione hierarchie ē ordinatoz adinuicē & ad  
aliquod vnum. & tal' distinctio connerionem non ex  
cludit s; ponit. ¶ Ad scdm dō q; pluriū hierarchia  
rum est vnus finis cōis & vna cōis perfectio & rō. &  
ideo que dnt in hierarchia cōnectuntur in fine vlti  
mo: & in cōi ratōe hierarchie: & in lumine perficiente  
hierarchiā: s; ordines vnus hierarchie preter hoc  
pnectūt in his que sunt propria illius hierarchie  
& qui sunt vnus ordinis in proprijs illius ordinis.  
¶ Ad tertiu dō q; angeli pficiūt duplici lue. lue  
s; naturali pur sunt intellectus quidā: & lue gratuito p  
ficiēte ad actus hierarchicos: & vtrūq; lumen est  
vnu in oibus ex pte principij a quo est & finis ad quē  
ordinat. s; vtrūq; distinguitur. & appropriat diuer  
fis scdm capacitātē recipientiū: tamen distinctio or  
dinata est. & ipse ordo pnerionem ponit. & iō talis di  
stinctio pnerionem non excludit. ¶ Ad quartūz dō  
q; inuenitur i hierarchijs & in ordinibus qdam cōis  
finis. nō q; vnum sit in diuersis. s; in quātū inueniūt  
i vno diuersoz pprietates s; m pueniētā s; m ordinē  
sap<sup>o</sup> dine q; finē pmoz pūgit principijs for vt dicit  
Dio. in. 7. c. de di. no. & s; p; discurreti per singulas  
hierarchias. Primus. n. ordo pme hierarchie quo  
dāmō scdm marimū excessum accedit ad diuinas. p  
prietates. vnde nominatur seraphin ex pprietate  
ignis qui maxime significat diuinas. pprietates. vt  
dicit Dio. in fine ce. hierar. vltius vero ordo illius  
hierarchie habet quandam conglutinationē cū ordi  
nibus secūde hierarchie. vñ & non denominat m  
ab actu qui est circa deum sed ab actu qui est circa i  
feriora. & iō dnt throni in quantum deus in eis sedet  
vt omnia iudicās. similitur etiam i scda hierarchia  
primus ordo. s; dominationum h; aliquid simile cuz  
hierarchia pma. s; pē & nō exeg. ita etiāz primus or

do tertie hierarchie. s; principat<sup>o</sup> h; aliquid simile cū  
ordinibus scde hierarchie. vñ & nōn er<sup>o</sup> plationem  
ipotar. Sūt ēt & sūmus ordo nre hierarchie h; ali  
qd simile cū vltimo ordine ce. hierarchie. & iō sacer  
dos vocat angel<sup>o</sup>. Malachie. ij. labia sacerdotū cer  
sto. sci. & le. re. ex ordinis eius. q; angel<sup>o</sup> dñi ex. ē. & c.

¶ D. vii. sic pcedif. v; q; distinctio ordinū n  
a sit a natura ita q; a creatōe inceperit. Con  
formitas eni men; ad deū ē p grās. s; hierar  
chia est dei forme in quantum possibile est similians  
ergo videtur q; ordines hierarchie nō distinguant  
nisi p gratiā. ¶ Preterea s; m Dionisiū p noia ordi  
nū ostendunt proprietates eoz: s; qdā noia ordinū  
exprimunt grām pcpu enom seraphin qd iponit ab  
ardore caritatē. ergo v; q; distinctio ordinum sit per  
gratiaz. ¶ Preterea nostra hierarchia exemplata  
est a celesti. sed in nostra hierarchia nō est distinctio  
ordinū per naturā s; solum per gratiā sacramentalē q;  
aferit in sacramēto ordinis. s; videt q; nec in celesti  
sit distinctio ordinū p naturā. ¶ Preterea ad distin  
ctionē ordinū regit grad<sup>o</sup> s; m actōes hierarchicas  
vt vn<sup>o</sup> aliū purget illuminet & pfiat. sed h; nō pōt  
ēē nisi p diuū lum i eis receptum. ergo videtur q; an  
collationem gratie nulla fuerit ordinū distinctio per  
naturā. ¶ Sed p est qd dicitur in diffinitione ordinis  
in littera posita q; ordo ē multico celestis spūm q;  
conueniunt in naturalibus datis & in munerib; grē  
ergo videtur q; etiam per naturam sit distinctio or  
dinum. ¶ Preterea vbiq; est diuersitas grad<sup>o</sup>  
secundum superius & inferius: ibi est diuersus or  
do. sed a principio creationis ante infusionem gra  
tie si in gratia creati non sunt: sicut in eis gradus supe  
rior & inferior secundum q; quidam erant subtilioris  
essentie & perspicacioris intelligentie vt supra dictū  
est. ergo videtur q; a principio creationis fuerint in  
eis ordines distincti. ¶ Respondeo dicendo q; do  
num gratie est perfectiūz nature. & ideo distinctio  
ordinum est per diuersum donum gratuitum. sicut  
per principium formale & per diuersum donum na  
turale sicut per principium quasi materiale & dispo  
situum. vnde diffinitio ordinis vtrūq; complec  
titur comprehendens principia materialia & forma  
lia. sic ergo quodammodo a principio creationis su  
it distinctio ordinum non tamen secundum vltimūz  
complementum. ¶ Ad primum ergo dicendum q;  
etiam in natura angelica est quedāz deiformitas s;  
q; prima & nobilior est inter naturas creatas & ma  
gis accedens ad similitudinem diuinam s; m pprie  
tates naturales. s; completa deiformitas est per do  
na gratuita. ¶ Ad secundum dicendum q; in ange  
lis ante infusionem gratie erat etiam dilectio & co  
gnitio naturalis a cuius ardore & plenitudine pos  
sent dici Cherubin & Seraphin quibus non s; m com  
pletam rationem. ¶ Ad tertium dicendum. q; ho  
mines nostre hierarchie omnes sunt vnus specij  
& nature formaliter. vnderora diuersitas indiuiduo  
rum in eadem specie causatur ex principijs materi  
alibus. & ideo secundum naturam non est distinctio  
ordinis in nobis sed s; m potestatem gratis concessā:  
nec oportet q; in omnibus nostra hierarchia cum ce  
lesti conueniat: & si eam secundum modum suum imi  
tetur. ¶ Ad quartum dicendum q; si angeli haberēt  
naturalia tantum. ad hec lumen vnus excederet lu  
men alterius & ita posset esse aliqua illuminatio & p  
fectio sed non complete.

**D. viij. sic proceditur. videtur q̄ homines nunquam ad ordines angelorum assumant.**  
**q̄ secundum Dionisium. 4. c. ce. hierar. disti- guitur quatuor gradus rerum. s. intellectualium in q̄ comprehenduntur angeli: rationalium in quo sunt homines. sensibilibus in quo sunt bruta animalia. et existentium in quo sunt res in sensibiles: sed sensitiua nūquam possunt perungere ad gradum rationalium. ergo rationalia nunquam possunt perungere ad gradum intellectualium: et ita homines non assumantur ad ordines angelorum.** **¶** Preterea plus distat natura hominis a natura angelorum et precipue superiorum q̄ natura vnus angeli a natura alterius: s. angelus inferioris nature nō sicut illi dōdī per quod superiores ordinantur in suo ordine: nec breuiter angelus vnus ordinis potest perungere ad superiorem ordinem. ergo videtur q̄ nec homines ad ordines angelorum assumantur. **¶** Preterea quantum tūcūq̄ intellectus perficiatur lumine gratie vel glorie. semper oportet q̄ intelligat sub lumine naturali. quia gratia non tollit naturam. sed perficit. sed lumē naturale in nobis. est obumbratum respectu luminis naturalis angeli. ergo homo semper magis obscure videbit q̄ angelus: sed tota substantia glorie est in visione. ergo videtur q̄ homo nūquam perungat ad gloriam angelorum. **¶** Preterea quecūq̄ dōnt in hierarchia: dōnt etiam in ordine. sed angeli et homines dōnt in hierarchia. ergo videtur q̄ etiam in ordine. et ita homines non assumantur ad ordines angelorum. **¶** Preterea quicūq̄ est in ordine aliquo h̄ actus illius ordinis. sed actus alicuius ordinis est custodi re homines et mitti in ministerium qui non conuenit animabus sanctis. ergo videtur q̄ homines ad ordines angelorum non assumantur. **¶** Sed 3. est q̄ dominus dicit Mathei. xij. q̄ erūt sicut angeli dei in celo. Dionisius etiam dicit in. c. i. de di. no. q̄ homines angelorum gloriam sortientur. Gregorius et dicit in omelia de centum ouibus q̄ homines s̄m diuersitate meritorum ad diuersos ordines transferentur. **¶** 4. dīcēdo q̄ circa h̄ est triplex pō. quidā enim commentator grecus episcopus eustrachius nomine. dicit in cōmento super sexto ethico: q̄ nullus tantum anime sue profectus sperare potest vt ad operationem intellectuum separatum perungat. et s̄m hoc hominum qui in gloria assumuntur esset vnus ordo decimus inferior. ix. ordinibus angelorum. Sed hec positio est contraria dictis sanctorum: et videtur sapere heresim. cum etiam beata v̄gō super choros angelorum exaltata sit: nisi forte dicitur cōmentatoris intelligatur quātum ad naturalem operationem in quantum. s. ex naturalibus perungere potest. **¶** Alia positio est q̄ hominum quidam assumuntur ad ordines angelorum. Alii vero faciunt vnum ordinem decimum vt sic impleatur similitudo de. r. dragma perdita que ponitur luce. xv. Sed hec diuersimode assignatur. quidam enim dicunt q̄ solū virgines ad ordines assumuntur. eo q̄ cognata ē angelis virginitas vt dicit Hieronimus. Alii vero electi. r. m. ordinem constituunt. sed hoc non videtur verum. cum multi non virgines: vt Petrus et Magdalena. multis etiam virginibus eminentiores sint. vnde alij dicunt q̄ perfecti assumuntur ad ordines angelorum: sed illi qui sunt imperfectorum meritorum decimum ordinem consumabunt: sed eum ex hominibus et angelis futura sit vna eccle-

sia: et vna hierarchia. non est probabile q̄ numerus ordinum qui celesti hierarchie cōpetit p̄ tria tena distinctus vt ipse numerus ordinum exprimat trinitatis in create vestigium per homines augeatur. vnde tertia positio plus mihi placet que etiam dictis sanctorum magis consonat. s. q̄ omnes electi assumantur ad ordines angelorum quidam ad superiores quidam ad inferiores quidam ad medios pro diuersitate suorum meritorum: sed beata virgo maria super omnes. sed vtum assumantur tot de hominibus quot ceciderūt angeli vel quot perstiterunt vt quot fuerunt vtriq̄ vel plures vel pauciores ille scit cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus. **¶** Ad primum ergo dīcēdū q̄ plus distat ratio a sensu q̄ intellectus a ratione: q̄ sensus et ratio nō cōcitant in vno obiecto cum sensus apprehendat intentiones rerum cum cōditionibus materie: ratio autem et intellectus intentiones a cōditionibus materie separatas. vnde in obiecto conueniunt. dōnt autem in modo: q̄ in cognitionem veritatis ratio inquirendo peruenit. quod intellectus simpliciter intuitu vidit. vnde ratio ad intellectum terminatur. vñ etiam in demonstrationibus certitudo est p̄ resolutionem ad prima principia quorum est intellectus. et ideo non est inconueniens. si homines in suo ultimo gradu ad gradum intellectualium perungunt. **¶** Ad secundum dōd q̄ meritum hominis est efficacius q̄ meritum angelorum propter difficultates que est occasio maioris conatus tū ēt propter continuum augmentum gratie quod potest esse in homine vt dī virtute in virtutem proficiat. cum homo sit diuinius viator: q̄ angelus fuerit: tum etiam in quantum merita nostra efficaciam h̄nt ex merito xp̄i cuius gratia est quodāmodo infinita. **¶** Multū enim angelos apprehendit. sed semen h̄re. heb. i. et ideo magis possunt homines virtute meriti: transferri in gradum altioris nature. q̄ etiam angeli. **¶** Ad tertium dōd q̄ in homine naturalis actio nunq̄ potest attingere ad equalitatem angelorum: sed lumen glorie super h̄ndās oēs vmbra enacuabit. non quidem tollendo naturam. sed perficiendo lumen intellectuale: quod s̄m naturam in nobis defectiue percipitur. **¶** Ad quartum dōd. q̄ s̄m Dionisij sicut se habet nostra hierarchia vel ecclesie ad celestes ita hierarchia veteris legis ad nostram. vnde sicut vetus hierarchia erat via in nostram. et significabat eam. et propter hoc veniente noua: vetus assumpta est in illam et ad ordinem eius. ita etiā nostra hierarchia ē via in celestem et signū eius. vñ in patria nō erit alia hierarchia hominum et angelorum: s. vna et eadē et hoies in ordines angelorum distribuēnt. **¶** Ad quintum dōd q̄ actus angelorum in nos consequit ordines angelorum magis quātū ad gradus nē q̄ angelica nā mediū ē iter deū et nos q̄ s̄m essentiales proprietates ordinis. **¶** 3. sicut aie dānator: si dānt nob in exercitium ita nec aie sanctorum: i. custodiaz. q̄ hoc nō competit eis s̄m gradū nature sue. **¶** Unde Dionisius 7c. Sciendum. q̄ magister in verbis sequentibus partim accipit sententiā dionisij. s. quātū ad numerū ordinū: partim s̄miaz Gregorij q̄ntū ad eorum dispositionē. q̄ s̄m Dionisij principatus sūt de inferioribus et virtutes de medijs: secundū Gregorium e conuerso. sed ordo dionisij est secundum q̄ ipse prius enumerauit incipiēs ab inferioribus ibi. angelos archangelos 7c.



An omnes spiritus celestes mittantur. et ponit duas opiniones et auctoritates quibus mittantur.

### De etiam inuestigandum

**h** dum est utrum omnes illi celestes spiritus ad exteriora nuncianda mittantur. Quidam putant alios quos in illa multitudine esse qui foras pro officio exeunt alios qui semper intus assistunt: sicut scriptum est in Daniele. Adilia milibus ministrabant ei: et decies centena milia assistebant ei. Item Dionysius in hierarchia: quod sacer principatus dicitur de prelatione spirituum ait. Superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt: quoniam ea que preeminet usum exterioris officii nunquam habent. His auctoritatibus nituntur qui angelos mitti nisi inferiores inficiantur. Quibus obiicitur quod Ysaïas ait. Volauit ad me vnus de seraphin qui ordo superior est et excellentior. Ideoque si de illo ordine mittantur: nec est am bigendum quinetiam et de alijs mittantur. Apostolus quoque ait. Omnes sunt administrationis spiritus in ministerijs missi. His testimonijs asserunt quidam omnes angelos mitti. Nec debet indignum videri si etiam superiores mittantur cum et ille qui creator est omnium ad hec inferiora descenderit.

Quod si omnes mittantur cur vnus tantum ordo nomine angelorum censetur.

**h** Incoritur questio si omnes mittantur et nuncij dei existunt quare vnus tantum inter nouem ordines angelorum nomine censetur. Ad quod quidam dicunt omnes quidem mitti: sed alios sepius: et quasi ex officio iuncto: qui proprie angeli vel archangeli nominantur. Alios vero rarius mitti. scilicet maiores causa extra communem dispensationem aborta: qui cum angelorum ministerijs suscipiunt et nomen assumunt. Unde in ps. Qui facit angelos suos spiritus. quia illi qui natura spiritus sunt aliquando angeli. i. nuncij sunt.

Putant quidam Michaellem Gabrielem et Raphaellem de superiori ordine fuisse. et sunt hec nomina spirituum non ordinum.

**e** Putant quidam Michaellem Gabrielem et Raphaellem de superiori ordine fuisse. Michael interpretatur quis ut deus. Gabriel

fortitudo dei. Raphael medicina dei. Nec sunt ista nomina ordinum: sed spirituum. et dicunt quidam singulum horum vnus proprie ac singulariter spiritus esse nomen. Alij vero non vnus singulariter et determinate: sed nunc huius nunc illius esse nomen secundum qualitatem eorum ad que nuncianda vel gerenda mittuntur. Sicut et demonum quedam nomina sunt: que quidam putant vnus esse propria: alij vero pluribus communia. Diabolus quippe qui grece ita vocatur: et criminator interpretatur vel deorsum fluens bebraice dicitur satban. i. aduersarius. dicitur et belial. i. apostata et absque iugo. dicitur etiam leuiatan. i. additamentum eorum. et alia plura reperies nomina que vel vnus spiritus sunt propria: vel pluribus communia.

Quomodo determinent premissas auctoritates que videntur aduersari: qui dicunt omnes angelos mitti.

**q** Si autem omnes angelos mitti asserunt: premissas auctoritates Danielis. scilicet et Dionysij ita determinant. Dicuntur superiora agmina deo assistere: et ab intimis nunquam recedere. non quin aliquando mittantur sed quia rarissime ad exteriora predeunt. neque tunc ab intimis recedunt sed dei presentie et contemplationi semper assistunt. Quod etiam faciunt qui frequenter mittuntur.

Quos alij dicant mitti: et quos dicant non mitti cum determinatione auctoritatum que videntur sibi aduersari.

**a** Alij vero dicunt tres ordines supremos. scilicet seraphin: cherubin: et thronos ita creatori deo assistere: quod ad exteriora non exeunt. Inferiores autem tres ad exteriora mitti. Tres vero medios inter utrosque consistere non modo dignitate vel loco: sed etiam officio. quia preceptus diuinum a superioribus accipiunt: et deferunt ad inferiores. Ideoque cum supremi medijs: et medijs imis atque hijs hominibus preceptum dei nunciant: merito omnes angelos nominari dicunt. Et ob id forte apostolus dicit omnes spiritus administratores esse filij et mitti in ministerijs. Ut per omnes non singulos ordines: sed inferioribus ordinibus singulos angelos complexus est. Illud vero quod Ysaïas dicit: per verba Dionysij determinant dicentis. hijs spiritus qui mittuntur percipiunt horum vocabulorum quorum gerunt officium. Unde dicunt illius angelum qui missus est ad Ysaïam ut munderet et incenderet labia prophete: fuisse de or-

dine inferiorum sed ideo dicitur esse fore de seraphin: quia veniebat incendere et consume re delicta Isae.

De etiā inuestigandum est et. Post ta distinctione ordinum magister b determinat quosdam actus qui ordines distinctos consequuntur et dividitur in partes. d. In prima determinat de quibusdam actibus qui consequuntur omnes ordines. scilicet assistere et ministrare. In secunda determinat de actu custodie qui specialiter vni ordini competit d. r. Illud quoque sciendum et. Prima in tres sū tres opiniones q̄ in sra ponunt. Secūda incipit ibi. quib⁹ obicit et. Tertia vero. ibi. alij vero dicunt et. Circa secundum tria facit. Primo ponit ea que sunt ad confirmationem secunde positionis contra primam. Secundo excludit quandam questionem. ibi. hic oritur. questio et. Tertio respondet ad probationes prime opinionis ibi. qui autem omnes et. Questio autem quam remouet sumitur ex nomine angeli. vnde primo remouet eam. secundo exponit quedam nomina angelorum ostendens in quibus conueniant ibi. et putantur illi michael et. Hic quatuor queruntur. Primo vtrum angeli assistant. Secundo vtrum omnes ministrent. Tertio si non. qui assistunt et qui ministrent. Quarto vtrum illi qui ministrent per ministerium: a contemplatione retardentur.

Primum sic proceditur. videtur q̄ omnes angeli assistant. Assistere dicuntur regi qui eius vultum presentialiter intuentur. sed Marhei. r. viij. dicitur de angelis ad custodiam deputatis q̄ semper vident facies patris qui tamen sunt inferioris ordinis. ergo videtur q̄ omnes deo assistant. C Preterea sū Gregorium illi dicuntur assistere qui intima contemplatione perfruuntur. sed omnes angeli intime contemplant cum eos a cōtemplationis acumine nec pondus corporis neq̄ culpa retardat. ergo videtur q̄ omnes assistant. C Preterea cuiusq̄ conuenit illud quod maius est: videtur etiam quod minus est sibi conuenire. si vtrumq̄ sit dignitatis: sed inter omnes actus patrie fructio est nobilissima. ergo cum omnes fruuntur: videtur multo fortius q̄ omnes assistant.

Preterea a conspectu dei multo amplius distat mali angeli q̄ boni: sed mali angeli etiam dicuntur deo assistere vt habetur Job. i. q̄ cum venirent filii dei vt as. co. do. assistit inter eos et sathan. ergo videtur q̄ omnes angeli assistant. C Sed contra. Dani. septimo dicitur milia milium ministrabant ei ubi dicit Gregorius q̄ alij sunt qui assistunt alij qui ministrant. ergo non omnes assistunt. C Preterea illi dicuntur regibus assistere qui in eorum palatijs habitant: sed secundum Dionysium esse inuestibilis diuinitatis est proprium prime hierarchie. ergo videtur q̄ illi tantum assistant. C Respondeo d̄ q̄ assistere dicitur in angelis ad similitudinem eorum qui regibus assistunt: assistere autem regi dicuntur qui circa eum sunt. vnde cum proprium prime hierarchie assignet Dionysius circa deum esse: eis tantum conuenit assistere: dicuntur autem circa deum esse in quantum immediate illuminationes percipere pos-

sunt in ipsa simplicitate diuini luminis: et hoc ppter perspicacitatem sive intelligentie. Quanto enim aliquis intellectus est perspicacior. tanto ex principio vniuersali cognito in plures conclusiones: et in plura scibilia potest deuenire: et illi qui minus sunt perspicaces intellectus. non possunt questionum veritates videre nisi in principijs contractis et appropriatis ad materiam illam. Et ideo illi supremi intellectus prime hierarchie secundum Dionysium in ipso primo illuminationum principio omnis illuminationis rationem percipiunt et propter hoc circa deum esse dicuntur et ei assistere. inferiores vero cognitionem accipiunt ex ipso lumine iam diuiso et multiplicato in ipsis supremis angelis respectu diuine simplicitatis. et propter hoc non dicuntur circa deum esse: et sibi assistere. C Ad primum ergo dicendum q̄ q̄uis omnes immediate essentiam diuinam contemplantur. non tamen in ipsa omnes inspicere possunt hoc quod ad eorum ordinem et hierarchiam pertinet. et ideo non assistunt proprie loquendo omnes. C Ad secundum dicendum q̄ intime contemplari potest dici aliquis tripliciter. vel sū q̄ eius consideratio non distrahitur ad exteriora sensibilia: et sic omnes angeli boni et mali intime contemplantur: quia scientiam a sensu non accipiunt: aut per hoc q̄ non indigent exteriori similitudine in qua deum contemplatur que scilicet sit erra essentiam eius: sed eum in essentia sua vident: et sic intime contemplantur omnes beati. non autem in statu creationis nec mali angeli: aut per hoc q̄ non tantum essentiam dei vident sed ipsam penetrantes in ipsa inspicunt eius effectus qui in ipsa per similitudinem relucunt: et sic intime contemplari: est proprie assistere: et hoc solum angelis prime hierarchie conuenit. sū alios vero modus dicitur sū quid assistere. C Ad tertium dicendum q̄ fructio est nobilissimus actus patrie. qui q̄uis omnibus communis sit. non tamen equaliter in omnibus contingit. sed sunt diuersi gradus fructiois: et altissima fructio est in assistendo. vnde non sequitur q̄ omnes fruentes assistant. C Ad quartum dicendum q̄ demones dicuntur inter assistentes in quantum cum eis conueniunt in primo modo intime contemplationis.

Secundum sic proceditur. videtur q̄ omnes angeli in ministerium mittantur. Nulli enim dubium est quin diuine personae excedant omnes angelos in infinitum. sed diuine persone mittuntur. vt filius et spiritus sanctus vt in primo libro dicitur est. ergo multo fortius omnes angeli. C Preterea inter omnes ordines primus ordo est seraphin: sed seraphin legitur missi Isae sexto volauit ad me vnus de seraphin. ergo videtur q̄ multo fortius alij mittantur. C Preterea apostolus ad hebreos intendit probare per ministerium angelorum christum angelus maiorem esse. per hoc q̄ ipse non sicut minister: sed sicut verus heres in domo dei patris est. vnde dicit ad hebre. i. q̄ omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi. sed christus simpliciter omnibus angelis maior est. ergo videtur q̄ sū intentione apostoli omnes angeli in ministerium mittantur. C Preterea omnes celestes spiritus angeli dicuntur: sū angelus id est q̄ nuntius. ergo videtur q̄ oēs ad exteriora nuncianda mittantur. C Preterea q̄ ange-

li ministrant nobis hoc est propter erimiam charitatem eorum in nos. sed quanto superiores sunt tanto maiori charitate seruent. ergo videtur q̄ eis conueniat magis nobis ministrare. ¶ Sed contra. secundum Dionysium. hec est lex diuinitatis immobiliter stabilita q̄ a primis vltima per media perficiantur. sed inter nos: & primos angelos sunt media inferiores. ergo primorum actio immediate non peruenit ad nos. sed est per medios secundos. ¶ Preterea inter agēs & recipiens dicitur esse proportio. sed recipere diuinas illuminationes proportionatas nobis: & per conuenientiam nostre hierarchie conuenit inferioribus angelis. ergo videtur q̄ tantum immediate ipsi ad nos mittantur. ¶ Respondeo dō. q̄ Gregorius istam questionem mouet: sed in neutraque partem assertiue determinat. Quidā vero dicunt aliquos angelos ex officio ad ministerium deputari vt inferiores: sed q̄ aliqua causa extra cōmunem dispensationem exorta etiam superiores in ministeriū mittuntur. Sed istud non videtur necessarium: qz ad quantumcūq; maxima nuncianda vel erequēda: inferiores ordines sufficiunt. ¶ Et preterea quis huiusmodi magna fiant preter cōmunem cursu nature. non tamen sunt preter ordinem gratie s̄m quē ordinem distinctio attenditur. & ideo secundū Dionysium dicendum: q̄ superiores angeli nunq̄ immediate circa nos ministeriū habent. & huius ratio ex tribus potest assumi. primo ex dispositione diuine sapientie cuius ordinatio vel lege sancitū ē: vt a superioribus in vltima per medias actiones perueniant: vt sic sit ordinata conuerio in omnibus partibus vniuersi. & nulli sua nobilitas subtrahatur que est in hoc vt inferiorum quodammodo causa existat quantum ad aliquid. Secundo ex parte illuminationum. Sicut enim in actionibus corporalibus recipitur proportio inter agens & recipiens: quod precipue in sensibus patet qui ab excellenti sensibili corumpuntur. ita etiam est in intellectualibus. vnde intellectus hebes ad subtilissimas veritates non pertingit. cū q̄ lumen intellectuale in supremis angelis sit simplicissimum & vniuersalissimum non est proportionatum intellectui nostro qui est in vltimo gradu intellectualium substantiarum. nisi prius contrahatur & determinetur in ipsis inferioribus qui sunt minoris simplicitatis. Tertio ex parte ipsarum actionum quas circa nos exercent. cum enim actiones ministerij sint pticulares: & circa particularia: oportet q̄ earum consequutio sit per formas maxime contractas & particulares in superioribus. hec autem sunt forme que sunt in angelis inferiorum ordinum. & ideo executio diuinorum ministeriorū pertinet ad inferiores ordines angelorum: & hec est causa quare philosophi posterunt duplices motores orbium animarum quorum conceptiones sunt determinate & pticularizate: & hos etiam Auicē. dicit angelos ministrantes. Alios vero separatos quos intelligentias dicunt in quibus sunt forme simplices et vniuersales. & hos dicit angelos esse assistentes. vnde patet q̄ hec positio rationabilior est. tum quia Dionysius hoc tradit q̄ discipulus pauli fuit & dicitur eius visiones scripsisse. vnde eum frequenter in auctorem inducit. et precipue in diuisione hierarchiarum. & sicut in decimo tertio capitulo cele-

hierarchie innuit. hec positio vulgata erat tempore primitiue ecclesie. tum etiam: quia dictis philosophorum magis consonat vt ab eis ea que contra fides non sunt: accipiamus alijs refectis. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ missio equiuoce conuenit diuinis personis & ipsis angelis. diuine enim persone non mittuntur mutando locum. sed per nouum effectum gratie gratum facientis in sanctis animabus. sed angeli mittuntur mutando locum & operando in nos non sicut agens primum. sed sicut agentia secunda determinata & proportionata respectu propriorum receptorum. et ideo ratio procedit ex equiuocatione. ¶ Ad secundum dicendum q̄ illam obiectionem soluit Dionysius in decimotertio capitulo celestis hierarchie dupliciter. primo vt dicatur q̄ ille qui missus est ad purgandum labia Isaie fuit de inferiori ordine: & dicitur est de seraphin equiuoce: quia per ignem purgare venerat. secundo vt dicatur vere eum fuisse de ordine seraphin. non tamen ille angelus qui visionem reuelabat erat de superiori ordine: sed de inferiori. sed cum virtus hierarchica que est in inferioribus angelis sit. primo a deo et consequenter a superioribus angelis in inferiores descendens: angelus visionem formans reducit prophetam in cognitionem non solum virtutis immediate agentis: sed etiam virtutis diuine. vnde ostendit dominum super solium sedentem. & per cōsequē virtutem supremorum in angelis. vnde ostendit seraphin circa thronum stantia & ostendit virtutē purgatiuam ab eis per inferiores angelos vsq; in homines deuenire. per hoc q̄ seraphin videbatur ad eum volans peruenire. & ponit exemplum de sacerdote qui absoluit ex potestate a pontifice descendente ac si diceret. pontifex te absoluit qui mihi tradidit potestatem absoluendi te. ita & angelus ostendit seraphin purgantem: quia ipse in virtute eius purgabatur. & per hoc etiam patet responsio ad tertium q̄ omnes dicuntur ministrare in quantum inferiores virtute superiorum ministerium erequuntur. vel potest dici q̄ angelus intendit probare preeminentias noue legis ad veterem propter eminentiam christi qui nouam legem dedit ad angelos per quos vetus lex tradita est. vnde loquitur quantum ad angelos vltimi ordinis per quos lex tradita est. vt sic lex noua cuius christus est auctor: legi veteri preponatur. ¶ Ad quartum dicendum q̄ omnes celestes spiritus secundum Dionysium dicuntur angeli non quia ad aliquid nunciandum mittantur. sed quia diuinū lumen quod caligini & tenebris propter sui simplicitatem & immensitatem fulgoris comparatur secundum q̄ est in suo fonte in ipsis recipitur cum minoris simplicitate. Et ideo magis est proportionatum intelligibilibus sequentium: & propter hoc dicunt nunciare vel manifestare lumen diuinū. & sic vnusquisq; q̄ angelus inferior sui superioris manifestatiuus ē. sicut nubes nuntiat lumen solis. quod in suo fonte in spici non potest. Si autem dicantur angeli propter nunciationem exteriorē vt Gregorius dicere videtur: tunc etiam angelis superioribus conuenit in quantum de rebus nunciandis inferiores illuminant. ¶ Ad quintum dicendum q̄ superiores angeli propter charitates quam in nos habent inferiores mouent & dirigunt ad operandum nostram salutem. nec aliquid perfecte charitati detrahunt

si ministerium immediate non exequentur.

**D** tertium sic proceditur. videtur q̄ omnes angeli secunde hierarchie mittantur.

**O**mnes enim angeli vel assistunt vel ministrant: sed assistere est propriū prime hierarchie cuius est circa deum esse secundum Dionisium. ergo omnes alii in ministerium mittuntur.

**P**reterea secundum Gregorium; plures sunt qui mittuntur q̄ qui assistunt: sed si angeli secunde hierarchie non mittantur plures assisterent: q̄ ser ordines: tribus tantum ministrantibus. ergo illi de media hierarchie mittuntur. **P**reterea cum nullus angelus alteri sit equalis quilibet angelus preter primum & ultimum est medius inter aliquos duos. si ergo de ratione medie hierarchie esset q̄ in ministerium mitteretur pari ratione nullus angelus mitteretur in ministerium nisi ultimus tantum quod dissonat & a veteribus scripturis & a dictis sanctorum. ergo videtur q̄ illi de media hierarchie mittantur. **P**reterea omnis potestas est ordinata ad executionem operis. sed nomina ordinum secunde hierarchie imponuntur a gradu potestatis. ergo videtur q̄ eorum sit mitti ad exequendum ministeriū.

**S**ed contra. Ordines secunde hierarchie videtur esse equipotentes in modo accipiendi diuinas illuminationes. sed dominationibus que sunt media hierarchie non conuenit in ministerium mitti: quia ministrare est contra rationem domini. ergo videtur q̄ nec alij ordines medie hierarchie mittantur.

**P**reterea lex diuinitatis est vt superiores reducant vltimos per media: sed inter mediam hierarchiam angelorum & nostram est vltima hierarchie angelica. ergo videtur q̄ illuminationes nō perueniant ad nos a media hierarchie. et ita angeli illius hierarchie non mittuntur. **R**espondeo d̄d. q̄ quidam dicunt angelos prime hierarchie nullo modo mitti: sed assistere. angelos vero tertie hierarchie mitti ad nos. s̄ angelos medie hierarchie mitti ad illos de tertia. Et hec opinio tangitur in littera. sed non videtur conueniens. tum quia secundum hoc non esset differentia inter primam & mediam hierarchiam. non enim potest intelligi missio angeli ad angelum nisi per hoc: q̄ vnus alium illuminat. sicut autem secunda illuminat tertiam ita prima secundam: tum etiam quia dictis sanctorum non consonat q̄ assignant ordinibus secunde hierarchie actus qui in executione exterioris ministerij complentur. vt miracula facere demones arcere & huiusmodi. Et ideo sequendo rationes nominum in sacra scriptura nobis traditorum ex quibus s̄ doctrinam Dionisij. ordinum proprietates: & officia colligere oportet dicimus q̄ medie hierarchie duo vltimi ordines: scilicet virtutes & potestates in exteriori ministerio mittuntur. dominationibus autem mitti in ministerium non competit. sed dirigere omnes inferiores in suis ministerijs. hoc enim pertinet ad dignitatem domini. vt ad nutum ei⁹ dirigantur actiones subditorum. & ipse actionibus eorum non admisceatur. vnde Gregorius principibus & potestatibus preesse dicitur. & a Dionisio maior omni subiectione describitur dominationum ordo. & ita relinquitur q̄ ordo virtutum sit supremus omnium ordinum qui mittuntur quasi pertingens ad vltimum i diuinis ministerijs quod nomini competit. quia vir

tus dicitur vltimum in re de potentia vt ponitur in primo celi & mundi. **A**d primum ergo dicendum q̄ nullus ordo medie hierarchie est: proprie loquendo: de dispositione assistentium: sed pertinet ad dispositionem ministrantium. sicut autem in artificialibus inuenitur aliquis artifex: qui tantum manu operatur: exequens preceptum alterius & nulli preparans. sicut ille qui preparat materiam. alius vero q̄ precipit preparanti materiam. & ipse operatur ad inducendam formam. Alius vero qui nihil operatur. sed precipit habēs rationes operis sumptas ex fine cuius est coniectator. & talis dicitur architector q̄ princeps artificis. vel vsualis in quantum vltimo ministerio subditorum ad suum finem vt ex secundo philosophorum habetur. ita etiam in ministerijs diuinis dominationes sunt quasi artifices dirigentes & imperantes. Alij vero sicut exequentes s̄m gradus & modum suum: nihilominus omnes ministri dicuntur. sicut et isti omnes artifices. **A**d secundum dicendum. q̄ secundum hanc positionem verificatur dictum Gregorii: quia plures erunt ordines ministrantium quia ser q̄ assistentium: qui sunt tres vt ex dictis patet. **A**d tertium dicendum q̄ medium in quantum huiusmodi non est immediate operatiuus quia actio est s̄m contactum vel secundum situm in corporalibus. vel s̄m ordinem in spiritualibus. sed si aliquid sit medius quantum ad aliquid & quantum ad aliud vltimum potest immediate agere. hoc autem contingit quando plures s̄ gradus potentie differentes super idē operationē habent. erit enim aliqua actio quāz circa illud potest efficere superior quāz non potest inferior facere. & quantum ad illas actiones illud supremus est vltimus. **A**lia vero actio est quāz poterit inferior facere & in illa est supremus operans: & non vltimus sed medius inter primum dirigens & vltimum operans. vnde hanc actionem non faciet medius nisi mediante vltimo. qd̄ patet in exemplo prius inducto. artifex enim qui inducit formam. in hac operatione est vltimus: quia nullus infra eūz hoc potest. vt verbi gratia. compaginare tabulas ad formam nauis complendam. Et ideo hoc immediate facit. sed preparationem materie per dolationem tabularum facit mediante inferiori artifice in quantum dat sibi regulas quales debeant esse tabule apte ad compaginationem nauis. ita est etiam in ordinibus angelorum. potestates enim habent actum circa ea que pertinent ad tranquillitatem totius vniuersi in quantum habent potentiam non limitatam. & talia ordo potestatum per se facit. **A**lia vero sunt que pertinent ad statum vniuersi prouitue vel regni. & hoc non faciunt potestate nisi mediantibus principibus: qui hec per se exequentur. **Q**uedam vero sunt pertinentia. ad aliquē vel ad aliquas specialiter: & hec etiaz principatus. non exequentur nisi mediantibus angelis. in quibus etiam que maiora sunt fiunt immediate per superiores: & que minora sunt immediate ab inferioribus. **A**d quartum dicendum q̄ ex hoc. q̄ ordines secunde hierarchie nominantur a potentia significatur: q̄ ad ministratiuam dispositionem pertinent. s̄ non oportet q̄ omnes immediate ministerium exequantur. **A**d alia etiam duo patet responsio per ea que dicta sunt.

**D** quartum sic proceditur. videtur q̄ ange

li per executionem ministerij a contemplatione retardentur: qz vt habetur. Tobie. xij. angelus in ministerio existens dicit. tempus est vt reuertar ad eam qui me misit. sed non reuertitur nisi per contemplationem. ergo videtur qd per ministerium a contemplatione dei abcesserit. **C** Preterea vna potentia finita non potest simul in plures operationes. sed potentia angeli finita est. ergo videtur qd non possit simul contemplari et ministrare. **C** Preterea intellectus creatus non potest simul plura intelligere. sed quando ministrat angeli intellectu considerant ea que agunt. ergo videtur qd tunc diuina contemplari non possunt.

**C** Preterea locus contemplationis est celum empiricum: sed cum sunt hic sicut Damascenus non sunt in celo. ergo videtur qd exequendo circa nos ministerium a contemplatione retardentur. **C** Sed contra. est quod dicit Gregorius. qd sic ad exteriora procedunt. qd ab intimis nunquam recedunt. ergo videtur qd semper contemplentur vel assistant. si sunt idem ministrantes et assistentes. **C** Preterea beatitudo angelorum non minuitur ex eorum ministerio. sed eorum beatitudo tota est in contemplatione diuinitatis. ergo in nullo per ministerium: eorum contemplatio retardatur. **C** Respondeo dicens qd angeli beati nullam operationem habent que non sit essentialis beatitudini. vel in qua per contemplationem beatam non dirigantur. Et ideo contemplatio eorum se habet ad eorum ministeria que exequuntur. sicut in artifice consideratio regularum artis ad executionem operis. eo qd ipse deus est finis omnium operum hierarchicorum et a fine sumitur ratio cuiuslibet operis. et ita se habet finis ad operabilia: sicut principium ad speculatiua vt in secundo philosophorum dicitur. Et ideo sicut artifex simul considerat rationem artis et exequitur opus ita et angelus simul contemplatur deum et ministrat nobis. **C** Ad primum ergo dicendum qd angelus dicitur discedere a deo non per intermissione contemplationis. aut per locum. qz intra deum currunt quo cuius mittatur vt dicit Beda. eo qd deus vbiqz est. sed per hoc qd ab inuisibilitate recedens visibilis apparet. sicut filius exiit a patre: et venit inmundum visibilis hominibus factus. Jo. xvi. et similiter dicuntur reuerti ad deum quando deposita visibilis specie ad pristinam inuisibilitatem reuertuntur.

**C** Ad secundum dicendum qd contemplatio angelorum magis se habet per modum receptionis quam actionis: et ideo sicut luna simul recipit lumen a sole et illuminat inferiora corpora: ita etiam angelus simul illuminatur in diuina contemplatione et illuminat inferiorem vel ministrat circa nos. **C** Ad tertium dicendum qd ea que cognoscuntur diuersis rationibus: intellectus non potest simul considerare: qz non potest effigurari diuersis similitudinibus simul sicut nec corpus diuersis figuris. sed ea que cognoscuntur vna ratione vel quorum vnum est ratio alterius nihil prohibet simul intelligi. **C** Ad quartum dicendum qd celum empiricum non est locus contemplationis sicut necessitatem. sed sicut congruentiam sicut et ecclesia domus orationis dicitur: et ideo ratio non sequitur. **C** Item Dionysius etc. Verba que sequuntur sunt Gregorij induentis auctoritate Dionysij non quantum ad verba sed quantum ad sensum. **C** Et putant illi Michael etc. Hoc expresse contra dicit scripture. quia Michael Danielis. x. ponit

in ordine principum. Gabriel autem dicitur de ordine archangelorum secundum ea que circa singulas res personas exercent.

## Distinctio

## Undecima.

Quod queqz anima habet angelus boni ad sui custodiam delegatum et malum ad exercitium.

## Quid quoqz scien-

rum est qd angeli boni deputati sunt ad custodiam hominum ita vt quisqz electorum habeat Angelum ad sui profectum atqz custodiam specialiter delegatum. Unde in euangelio veritas a pusilloz scandalum prohibens ait. Angeli eorum semper vident faciem patris. angelos dicit eorum esse quibus ad custodiam deputati sunt. Super que locum Hieronimus tradit vnamquamqz animam ab exordio natiuitatis habere angelum ad sui custodiam deputatum: inquit ita. Magna dignitas animarum est vt vnaqueqz habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Gregorius quoqz dicit qd vnusquisqz vnum bonum angelum sibi ad custodiam deputatum: et vnum malum ad exercitium habet. Cum enim omnes angeli boni nostrum bonum velint: comuniter qz saluti omnium studeant: ille tamen qui deputatus est alicui ad custodiam eum specialiter hortatur ad bonum. sicut legitur de Angelo Tobie et de angelo Petri in actibus apostolorum. Similiter et mali angeli cum desiderant malum hominum magis tamen hominem ad malum incitat et ad nocendum fortius instat ille qui ad exercitium eius deputatus est.

Utrum singulis hominibus singuli angeli an pluribus: vnus deputatus sit.

¶ Olet autem queri vtrum singuli angeli singulis hominibus an vnus pluribus ad custodiam vel ad exercitium deputatus sit. sed cum electi tot sint quot et boni angeli sunt: plures constat esse omnes simul bonos et malos homines que boni angeli sint. et cum tot sint electi quot angeli boni: et angeli boni plures sint que mali pluresque sint homines mali que boni: non est ambiguum plures esse bonos homines que sint mali angeli. et plures esse malos homines que sint mali angeli vel boni angeli.

Confirmat unum angelum pluribus hominibus deputari: siue simul siue diuersis temporibus.

**I**deoq; dici oportet unum eundemq; angelum bonum vel malum pluribus hominibus deputari ad custodiam vel exercitium: siue eodem tempore: siue diuersis temporibus. Ideo autem dicimus eodem tempore vel diuersis temporibus quia videtur quibusdam quod dicimus omnes homines qui sunt simul aliquo tempore singuli singulos angelos habere possunt bonos vel malos. quia licet maior sit numerus hominum computatis in unum omnibus qui fuerunt et sunt et futuri sunt quam angelorum: tamen quia decedentibus hominibus succedunt homines: et ideo nunquam simul sunt in hac vita. Angeli vero nunquam decedunt: sed simul omnes sunt: esse potest ut singuli hominum dum in hac vita sunt singulos habeant angelos bonos vel malos ad sui custodiam vel exercitium destinatos. Letterum siue ita sit siue non: non est dubitandum unumquemque hominem habere angelum sibi deputatum: siue pluribus simul deputatis sit siue vni singulariter. Nec est mirandum unum angelum pluribus hominibus ad custodiam deputari: cum vni homini plurimum custodia deputetur: ita ut eorum quisque suum dicatur habere dominus vel episcopus vel abbatem.

**I**llud quoque sciendum est quod angeli boni etc. Postquam determinauit de quibusdam actibus que consequuntur omnes ordines. scilicet assistere et ministrare. hic determinat de quodam actu ad quem vnus ordo specialiter deputatur. scilicet custodire homines.

**E**t diuiditur in partes duas. In prima determinat de angelis quantum ad officium custodie. In secunda quantum ad profectum predictum officium consequentem. ibi. **P**re. illud considerari oportet etc. **C**irca primum duo facit. Primo determinat veritates. Secundo circa determinata mouet questionem. ibi. Solet etiam queri etc. Ubi tria facit. Primo mouet questionem. Secundo excludit alteram partem ibi. Sed cum electi tot sint etc. Tertio excludit reliquam et exponit eam. ibi. Ideo dici oportet etc. **C**irca custodiam angelorum queruntur hic quinque. Primo utrum angeli hominibus ad custodiam deputentur. Secundo cuius ordinis sit custodire. Tertio quorum hominum sit custodiri. Quarto utrum custodes angeli semper custodiant homines quibus deputantur: vel quandoque eos derelinquant. Quinto cum de

salute hominum gaudeant angeli vtrius. e contrario de perditione eorum tristentur.

**P**rimum sic proceditur. videtur quod angeli homines non custodiant. **D**eus enim est custos hominum ut dicitur. Job sexto. sed perfectior est custos qui per seipsum sufficit ad custodiam quam qui custodit mediantibus aliis. cum ergo omne quod est perfectissimum deo sit attribuendum videtur quod ipse nos per angelos non custodiat. **C**ontraria custodia et conseruatio hominum est per gratiam. sed gratiam deus immediate infundit anime: et non per angelos. ergo videtur quod eis non competat custodire nos. **C**ontraria vnde effectus custodie angelorum ponitur quod deserant orationes nostras ad deum. sed hoc videtur omnino superfluum cum deus omnia cognoscat. ergo videtur vanum ponere angelos hominum custodes. **C**ontraria custodia ponitur alicui aut propter imbecillitatem: ut scilicet iuuentur et defendatur: aut propter ignorantiam: ut instruat: sicut mulieribus et pueris doctores et pedagogi dantur: sed homo per se potest cognoscere ea que sunt facienda vel vitanda per legem naturalem cordi impressam et potest etiam erqui propter arbitrii libertatem. ergo videtur quod custodia angelorum non egeat. **C**ontraria custodia est officium retrahere custoditum ab his que sibi sunt nocua. sed angeli non retrahunt homines a peccatis. cum multos in peccata precipitari videamus. ergo videtur quod angeli hominum custodes non sint. **C**ontraria custodia est instruire custoditum secundum modum eius: sed modus hominis est cognitionem a sensibilibus accipere. ergo videtur quod visibilibus apparitionibus nos debent instruire. hoc autem non faciunt nisi forte raro. ergo videtur quod vel non custodiunt vel sunt negligentes in custodiendo. **C**ontraria Sed contra est quod dicitur in psalmo. angelis suis deus etc. **C**ontraria deus est prouisor: ad miserendum quam ad puniendum: sed deus hominibus dedit demones ad exercitium ut habetur ad ephesios. ultimo: non est nobis colluctatio etc. ergo videtur quod multo fortius dederit angelos ad custodiendum. **R**espondeo ad hoc quod secundum Boetium in libro de consolatione: deus prouidentiam suam quam de omnibus rebus habet mediantibus quibusdam causis exequitur. ut autem in primo dictum est: quantum omnium rerum prouidentiam habeat: speciali tamen modo substantie rationales sue prouidentie subdunt. in quantum altiori modo pre ceteris finem diuine bonitatis nate sunt consequi: et per altius principium. quod est voluntas. quia ergo inter deum et homines media est natura angelica: et secundum legem sapientie sue hoc est ordinatum. ut inferioribus per superiora prouideat. ideo ipsi angeli exequuntur diuinam prouidentiam circa salutem hominum adiuvando ad tendendum in finem et liberando ab his que processum in finem impediunt. et hec exequitur diuine prouidentie per angelos: de hominibus vocatur custodia angelorum. **A**d primum ergo dicendum quod deus est custos primus et principalis apud quem summa prouidentia residet. nec est propter suam insufficientiam quod suam prouidentiam de hominibus exequitur per angelos: sed propter ordinem sue sapientie: tum ad

ogruit angelis: vt. s. eis hec dignitas n̄ neget q̄ sint duces hominū reductionis in deum ⁊ in h̄ deū quodammodo imitantur in quantum cooperantur deo in introductione hominum in finem: tum quia congruit hominibus qui sunt in statu imperfectionis: quod pueritie Apostolus comparat. prima Corinth. decimo tertio. Unde eis custodes tanquam pueris assignantur: donec veniente quod perfectum est euacuetur quod ex parte est. **C** Ad secundum dicendum: quod sicut in operationibus artificialibus in quibus instrumenta quodammodo disponunt ad formam: vt ignis mollicando ferrum: ⁊ martellus dilatando. sed forma cultelli inducitur ab artifice per similitudinem artis quam habet. ita etiam deus qui est primus custos inducit vltimam perfectionem coniungentem fini per hoc conseruantem: scilicet gratiam ⁊ gloriam. Sed angelorum est preparare homines ad susceptionem gratie per illuminationes ⁊ alia huiusmodi. **C** Ad tertium dicendum quod non dicuntur deo orationes nostras deferre: quasi ipsum de hoc docentes: sed quasi ipsum orantes pro nobis: sicut etiam sacerdos offert deo orationem populi in quantum sua interuentione effectum orationibus imperet. **C** Ad quartum dicendum quod lumen naturalis cognitionis imperfectum est: et precipue ad dirigendum in illa que naturam excedunt. voluntas etiam eius potest ad malum inclinari multis occasionibus. ⁊ ideo prouidet hominibus angelorum presidium. **C** Ad quintum dicendum quod sicut prouidentie diuine est: sic impedire mala: vt tamen saluetur nature conditio: ita etiam ⁊ angelorum custodie. ⁊ ideo ad angelos non pertinet q̄ homines custodiendo ad virtutem cogant ⁊ a vicijs retrahant: quia sic periret libertas arbitrii ⁊ ratio meriti. **A**d sextum dicendum quod huiusmodi apparitiones visibiles angelorum: eo q̄ sunt supra cursum nature stuporem quendam incutiunt: ⁊ quodammodo violenter incutiunt ad consensum in quo perit aliquod bonum hominis quantum ad conditionem nature: quod est inquisitio rationis. Unde huiusmodi apparitiones non omnibus sunt: sed aliquibus facte sunt ad confirmationem fidei: non multis: sicut etiam miracula: nihilominus tamen per modum nostrum instruunt nos illustrando phantasmata ⁊ confortando lumen intellectus nostri: ⁊ excitando ad aliquid rectius considerandum.

**D** secundum sic proceditur. videtur qd̄ custodire pertineat ad omnes ordines tercie hierarchie. quia secundum Dionysium tertie hierarchie propriū est lumen diuinum accipere per conuenientiam nostre hierarchie id est proportionatum ad immediate transferendum in nos. sed ille angelus dicitur custos hominis qui immediate ipsum illuminat. ergo videtur quod custodire ad omnes pertineat. **P**reterea. angelus custos defendit hominem ab impugnatione inuisibilis hostis. Sed arcere secundum Gregorium pertinet ad potestates. ergo videtur quod illi ordini precipue conueniat custodire. **P**reterea. misso ordinatur ad custodiam. sed angeli quinque ordinum mittuntur ad erplendum exercitus ministeriū vt dictum est. ergo omnibus conuenit custodire. **P**reterea. in hominibus inueniuntur diuersa offi-

cia: sed secundum diuersa officia distinguuntur ordines angelorum quorum officiorum aliquę similitudines inueniuntur. in officijs humanis vt dicit Gregorius ostendens qualiter homines ad ordines angelorum assumantur. ergo videtur q̄ omnes ordines ad custodiam deputantur. Sed contra. dicit Gregorius angelos esse qui minima nunciant: sed minima sunt que ad singulares personas pertinent quia quanto bonum est communius tanto est diuinius secundum philosophum in primo ethicorum. ergo videtur quod illi qui singulis hominibus presunt: sunt tantum de ordine angelorum. **P**reterea. Bernardus dicit in libro de consideratione. **P**utem? angelos dici qui singulis hominibus preponuntur in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. ergo videtur idem quod prius. **R**espondeo dicendo: quod illi angeli dicitur hominum custodes qui immediate illos illuminant ⁊ habent actus limitatos circa humana officia: ⁊ procurant que ad ipsos specialiter pertinent. ⁊ ex hoc quod immediate illuminant: excluduntur a custodia angeli assistentes. ex hoc autem quod habent actus limitatos ad dirigendum in humanis officijs: excluditur media hierarchia: que habet potestatem non limitatā ad humana officia. per hoc. at q̄ per custodiam procurant ea que pertinent ad aliquas determinatas personas: quod est vltimum ⁊ minimum in actibus angelorum deputatur custodia vltimo ordini qui est ordo angelorum. **A**d primum ergo dicendum quod tota tertia hierarchia accipit illuminationes proportionatas ad actus ⁊ officia humana. non tamen ad hanc vel ad illam personam: sed hoc est angelorum. Et ita eis conuenit custodire singulos homines. alijs vero conuenit custodire singulas prouincias vel regna. **C** Ad secundum dicendum quod inferiores angeli participant virtutem superiorum in quantum ab eis illuminantur: sicut secundum Dionysium dicitur inferior angelus purgasse Ysaïam per ignem virtute seraphin. et ita etiam inferiores angeli virtute potestatum demonum cohibent. ⁊ similiter virtute aliorum superiorum ordinum possunt erequi aliqua que ad eos pertinent circa determinatas personas. **C** Ad tertium dicendum: quod omnes angeli custodes mittuntur. non tamen omnes qui mittuntur custodiunt: sed vltimum tantum custodiunt vt dictum est: quia superiores exequuntur ea que ad multos pertinent: ⁊ quanto ad plures tanto est ordo superior. ⁊ ideo virtutes sunt supremi inter exequentes ministeria: quia eorum actus se extendunt non tantum ad res humanas: sed etiam ad res naturales: vt patet in operatione signorum. ⁊ post potestates quorum actus non tantum ad homines sed etiam ad demones se extendunt. et post principes: quorum operatio est circa totam multitudinem. Et vltimi angeli: qui operantur circa determinatas personas. Archangeli vero medii sunt habentes aliquid commune cum vtrisque: vt primo dictum est. **C** Ad quartum dicendum: q̄ oia officia humana pertinentia ad singulares personas cum quibuscunq; ordinibus similitudinem habeant: diriguntur per vltimum ordinem in quantum participat virtutes superiorum vt dictum est. Sed illa officia q̄ ad multitudines pertinent diriguntur per principes

vel archangelos. et ideo homo in prelatione constitutus illuminatur ab angelo inferioris ordinis de his que ad statum persone sue pertinent. Sed ab angelo principe de his que spectant ad regimen multitudinis.

**T**ertius sic proceditur. videtur quod non omnibus hominibus deputantur angeli ad custodiam. Custodia enim angelorum valde hominibus ad evitandum pericula: et ad instruendam ignorantiam. Sed adam in primo statu ab utroque liber fuit. ergo angelum custodem non habuit. **P**reterea. gratia confirmata in quibusdam hominibus: efficit ut mortaliter peccare non possint. ut patet in sanctificatione in utero. sed contra impedimentum salutis per peccatum principaliter ordinata est custodia angelorum. ergo videtur quod tales ea non indigent. **P**reterea. ante natiuitatem ex utero sacramenta salutis puero conferri non possunt. sed hoc est quod angelus custos in homine promouere intendit. scilicet salutem puerperio animato ante natiuitatem angelorum custodia non debetur. **P**reterea. custodia angelorum est per hoc quod homines illuminando instruunt. sed pueri ante perfectam aetatem non sunt capaces doctrine. ergo videtur quod careant angelorum custodia. **P**reterea. sede thessal. ii. dicitur quod omnis actus antichristi erit secundum operationes sathane. Sed custodia angelorum ordinatur contra tentationes malignorum spirituum. ergo videtur quod frustra ab angelo custodietur. **C** Sed contra videtur: quod etiam christus angelum custodem habuit. **P**rimo per hoc quod dicit Dionysius quarto capitulo celestis hierarchie. quod subdebat paternis dispositionibus mediantibus angelis. sed ut dictum est per custodiam executio diuine dispositionis fit de hominibus per angelos. ergo videtur quod christus angelum custodem habuit. **P**reterea. luce vigesimo secundo dicitur quod apparuit angelus domini confortans eum. ergo videtur quod cum confortare sit vnus actus custodie quod angelum custodem habuit. **R**espondeo dicitur quod sicut in primo libro dicitur est. prouidentia proprie est ad conferendum ea que promouent in finem et remouendum ea que impediunt. **U**ltimus autem in his adiutoris est id quod coniungit fini: quod a solo deo est. et ideo ea que ab angelis custodibus per diuinam prouidentiam circa singulares personas creantur. sunt quedam preparationes iuuantes ad consequendum finem vltimum. preparans autem non habet operationem circa rem nisi que est ordinata ad finem ante finis consecutionem. et ideo omnibus hominibus ab infusione anime rationalis per quam ad finem salutis ordinantur custodia debetur vsque ad mortem quando terminatur via proficiendi in finem. nulli ergo carere custodia angelorum: nisi vel per hoc quod sunt inpenitibiles: ut damnati. vel per hoc quod sine glorie consequuntur: ut beati. **A**d primum ergo dicendum quod quantum in actibus non esset periculum ex aliquo corruptione carnis instigante ad malum. erat tamen periculum ex potentia peccandi: et ex demone oppugnante. et similiter erat debilitatis cognitionis angelus. et ideo indigebat presidio custodis angelici. **A**d secundum dicendum: quod etiam si confirmati peccare non possint: possunt tamen proficere: et ideo

perfectus potest impediri. et propter hoc indiget custodia angelorum ad promouendum in bonum et remouendum impedimentum. **A**d tertium dicendum quod pueri in materno utero non recipiunt sacramenta ecclesie: quia non subditur actibus ministroz sed operibus diuinis et angeloz. et ideo eis ab infusione anime rationalis custos angelus assignatur: per quem prohibetur virtus demonis ab eius nocimento. et propter multa impedimenta quibus potest eius completio deteriorari ut efficiatur priorior ad peccandum: vel etiam pena iustior apparebit: quia beneficia toti nature humane prouisa sibi non subtrahuntur. nec tamen est omnino frustra custodia: quia et si ad bonum non conuertatur: a multis tamen malis cessabit retractus ab angelo custode. hunc enim esse curam ad minus semper consequitur angelus per custodiam in quocumque obstinato. **A**d sextum dicendum quod christus non habuit angelum custodem: tum quia anima sua omnibus angelis superior: fuit immedie a verbo sibi vnico illuminata: tum quia erat verus comprehensor: unde eius bonum nec impediri nec iuuari poterat. **D**icitur vero subdi paternis dispositionibus per angelos quodammodo indirecte quantum angeli instruebant ioseph et matrem eius de his que circa ipsum puerum existentem agenda erant ut habetur Matthei secundo. **A**d septimum dicendum quod angelus dicitur confortasse eum non aliquid in ipsum imprimendum: sed per modum ministerii in quantum congratulabatur fortitudini eius: sicut homo naturaliter in tribulatione confortatur ad presentiam amicorum. et ita per modum quo fuerat vera tristitia: fuit confortatio vera et non apparens tantum ut quidam dicunt.

**Q**uartus sic proceditur. videtur quod angelus quandoque relinquit homines cui deputatus custos. **P**rimo per hoc quod habetur Jeremie. li. Curauimus babilonem et non est curata derelinquamus ergo eam. sed hoc dicitur ex persona angelorum: ut dicit glo. ergo videtur quod relinquit quando a peccato non corrigitur. **P**reterea. Isaie quinto dicitur. Auferam sepem eius et erit in directione: glo. i. custodia angelorum. ergo idem quod prius. **P**reterea. efficacius custodit deus hominem quam angelus. sed deus quandoque relinquit hominem: ut in psalmis dicitur. Quare me derelinquisti etc. ergo multo fortius angelus. **P**reterea. Zacharie primo dicitur. quod reuersus est angelus qui loquebatur ad eum. **E**t similiter etiam Danielis decimo. Sed non reuertitur nisi qui abcedit. ergo videtur quod angelus quandoque hominem relinquit. **P**reterea. angeli quandoque sunt in celo empireo: sed cum sint ibi non sunt circa nos secundum Damascenum. ergo videtur quod aliquando nos relinquit. **P**reterea. medius sapiens infirmum desperatum relinquit. si angeli custodes possunt scire aliquem esse prescitum per reuelationem et videre aliquem obstinatum in peccatis: talis autem est sicut infirmus desperatus. ergo videtur quod etiam ex



angelus qui est quasi medicus spūalis talem relin-  
quat. Sed contra. boni angeli sūt magis proni ad  
iudiciū q̄ mali ad infestinandū. sed mali nunquam  
cessant ab infestatione. ergo nec boni a custodia.

¶ Preterea. de nemie est desperandum q̄ diu ē in  
statu vie. sed infirm⁹ nō relinquitur a medico nisi pp  
desperationes. ergo videt q̄ angelus non dimittat  
homines quantūcūq; peccatores. ¶ Respōdo. dō.  
q̄ cuz custodia angelorū sit quedā executio diuine  
prouidētie: oportet esse idē iudiciū de vtroq; di-  
uina autēz prouidētia nunquā relinquit hominē ex  
toro: quia omnino in nihilū redigeretur. sed verum  
est q̄ magis ⁊ minus. puidet diuersis fm eorum cōdi-  
tionēz. ⁊ ideo oculi dei super iustos dicūt: ⁊ aures  
eius ⁊c. quib⁹ adeo perfecte prouider: vt omnia eis  
cooperentur in bonū: vt dicitur Ro. viii. Sed ma-  
los fm aliquid derelinquit in quantum promittit eas  
subiace re tribulationibus: ⁊ quod grauius est etiam  
in peccata ruere. Unde ad Rom. pmo. Propterea  
tradidit eos deus in reprobūz sensum ⁊c. Similiter  
etia; angeli dicuntur aliquos derelinquere fm quid  
in quantum exponuntur tribulationibus: vel etia; in  
fio dei iudicio ab aliquo peccato non retrahunt: nū-  
q̄ tamen ita relinquant quin sit aliquis effectus cus-  
todie in quantum aliquod malum prohibent ⁊ ad ali-  
quod bonum promouent. ¶ Ad primū ergo dicen-  
dum q̄ hoc intelligitur esse vox angelorū disceden-  
tium ab homine peccatore in hora mortis: q; tunc p-  
mo desperat de eius salute: vel potest dici q̄ de-  
relinquunt fm quid: vt dictus est. sicut etia; ⁊ deus.  
vnde patet responsio ad scdm ⁊ tertium. ¶ Ad q̄-  
tum dōm q̄ angelus ab eo recesserit quātum ad ali-  
que; effectus: q; s. ipsum d futuris nō illumauerat  
⁊ non quātū ad omne; effectus custodie. ¶ Ad qu-  
tum dōm: q̄ quādoquq; aliquod agens imprimit  
formē impressionēz remanet illa impressio in par-  
tente per aliquod tempus etiam ad absentia; agentis:  
vt patet in moribus violentis. ⁊ ita dico q̄ ad vnam  
actionem angeli in hominem potest homo bonā dis-  
positionēz accipere que manet in eo ad aliquod tem-  
pus: vt patet quando aliquis semel deuote orat ad  
plures dies remanet inde deuotior: ⁊ ita angelus q̄  
uis non semper sit presens potest semper custodire:  
in quantum effectus eius manet post actionem suāz.  
¶ Ad tertū dōm: q̄ nullus in statu vie est adeo ob-  
stinatus quin possit post penitentiam conuerti. vnde  
non est de eo desperandū. ⁊ si angelus sciret eū  
prescītū. posset tamen multa mala in eo impedire: si  
cū de antichristo dictus est.

¶ Quintus sic pceditur. videtur q̄ angeli do-  
leant de damnatione hominum quos custo-  
diunt. Exterior enim luctus est signum inter-  
ioris doloris. sed Ysa. xxxiii. dicitur. Angeli pacis  
amare flebunt. ergo videtur q̄ doleāt. ¶ Preterea  
amicorum est compati sibi in necessitatibus. sed an-  
geli seruentissima charitate nos diligunt. ergo vide-  
tur q̄ contristentur hominum damnatione compati-  
endo. ¶ Preterea. sapiens est dolere de his q̄ que  
suis gaudiūz minuitur. sed per damnationēz hoium  
minuitur gaudiūz angelorū: quod esset de conuer-  
sione eorum. de quo habetur luce. xi. Gaudiūz est an-  
gelis dei super vno peccatore ⁊c. ergo de hominum  
damnatione dolent. ¶ Preterea. omne id quod est  
contrarium voluto ⁊ repugnans fini est contristans  
sed damnatio est contraria salutē quam volūt: ⁊ per

officiūz custodie. pcurant. ergo damnatio hominum  
eos contristatur. Sed contra. Apoc. xx. dicitur Qd  
in celesti ierusalem: nec est luctus nec est dolor. illius  
autēz vrbis ciues sūt angeli. ergo de nullo dolent.

¶ Preterea. perfecta beatitudo non compatitur se-  
cum miseriam. sed omnis tristitia ad miseriam perti-  
net ⁊ fugienda est: vt i septimo ethicoz philosoph⁹  
dicit. ergo angeli beati tristes esse nō possunt. Res-  
pondeo dō. q̄ cuz angeli beati sūt in diuine volunta-  
tis continua contemplatione cui perfecissime cōfor-  
matur nihil potest esse contra voluntate; eorū: sicut  
nec contra voluntate; dei. potest tamen esse aliquid  
preter voluntatem eorum. sed hoc ipsū in quantum  
est permittum adeo ē volūtū ab eis: sicut a deo. ⁊ id  
nihil potest accidere de quo doleant angeli: sicut nec  
de quo doleat deus. Et ideo simpliciter dicendum  
est q̄ neq; de peccatis hominum tristatur neq; de dā-  
natione: sed vtroq; letantur de iusta permissione ⁊  
punitioe. ¶ Ad primū ergo dicendum q̄ illud se-  
cundum litteram intelligit de nunciis Ezechie quos  
misit ad pacem ab assiriis querendā: qui audientis  
blasphemias Raspaicis scissis vestib⁹ fleuerunt. Al-  
legorice vero exponitur de apostolis in glo. Si autē  
ad angelos referatur intelligendus est dolor: non p-  
prie: sed methaphorice per modum quo etiam fre-  
quenter in scripturis: deo attribuitur. ¶ Ad secun-  
dum dicendum q̄ compati non potest. quia passibi-  
litas non est. Et ideo ex incompassibilitate angelo-  
rum hoc accidit q̄ condolere non possunt: nec ex cha-  
ritatis defectu. ¶ Ad tertium dicendum: q̄ angelo-  
rum gaudiū non minuitur ex damnatione: quia ele-  
ctorum numerus minui non p̄potest. Vel potest di-  
ci q̄ ipsi semper gaudent de suis bonis operibus que  
custodiendo egerunt: licet ille qui custoditus est non  
saluetur. ¶ Ad quartum dicendum: q̄ angeli volūt  
salutem hominis voluntate antecedente: sicut ⁊ de-  
us. sed voluntate p̄ntē voluit hominem damnari  
si meruerit. vnde consequens est: vt de eius dam-  
natione non doleant. Et vnum malum ad exerci-  
tium ⁊c. Videtur iniuste agi cum homine. quia de-  
mones multo potentiores sūt hominibus. non enīz  
est potestas super terram que ei comparatur: vt di-  
citur Job. xl. ergo non iustum est pugnam inter ho-  
minem ⁊ demonem constitui. Et dicendum q̄ cuz  
liberum arbitrium non possit cogi ad peccandum q̄-  
tuncūq; sit demon fortis: homo resistere potest. Un-  
de dicitur q̄ debilis est hostis qui non potest vince-  
re nisi volentem. ⁊ super hoc homini est presidium  
angeli ⁊ auxilium diuinum si suscipere velit.

### Distinctio Duodecima.

Utrum angeli proficiant in merito vel in  
premio vsq; ad iudiciū.

¶ Preterea illud confide-  
re rare oportet: v-  
trum angeli boni in merito  
vel in premio proficiant vs-  
q; ad iudiciū. Qd in meritis  
proficiant atq; quotidie magis  
ac magis mereāt qbusdā vī ex eo: q; quoti

die hominū utilitatib⁹ inferuiunt eorūq; pfe  
ctibus student. Quibusdam etiam nihilomi  
nus videtur q̄ in premio proficiant. s. in co  
gnitione ⁊ dilectione dei. Licet enīz vt aīsit  
in confirmatione beatitudinem acceperint  
eternam atq; perfectam. augetur tamen quo  
tidie eorum beatitudo: quia magis ac magis  
diligunt atq; cognoscunt: ⁊ est eorum chari  
tas qua deum ⁊ nos diligunt: ⁊ meritum et  
premium. Ad meritum: quia per eam ⁊ per ob  
sequia ex ea nobis impensa meretur ⁊ in be  
atitudine proficiunt. ⁊ ipsa eadem est premiū  
quia ea beati sunt.

Auctoritatibus confirmant qd̄ dicunt.

Quando angeli proficiant i cog  
nitione: ac per hoc in beatitudine testi  
monis sanctorum confirmant. **Di**  
cit enim **Ysaías** ex persona angelorum chri  
sti ascendentis magnificentiam ammiranti  
um. **Quis est iste qui venit de edon tinctis**  
**vestibus de bosra?** Et in ps. **Quis est iste**  
**rex glorie.** Ex quibus apparet q̄ mysteriūz  
verbi incarnati plenius cognouerunt angeli  
post impletionem q̄ ante. Et sicut in cog  
nitione huius mysterii profecerunt. ita dicunt  
eos in deitatis cognitione proficere. Quod  
autem in huius mysterii cognitione profece  
runt euidenter docet apostolus dicēs. **Que**  
**sit dispensatio sacramenti absconditi a se**  
**culis in deo: vt innotescat multiformis sapien**  
**tia dei per ecclesiam principibus ⁊ potestati**  
**b⁹ in celestibus.** Super quem locum dicit  
**Hieronymus.** Angelicas dignitates prefa  
tum mysterium ad purum vel plenum non i  
tellerisse: donec completa est passio christi et  
apostolorum predicatio per gētes dilata.

Qd̄ in hac sententia videtur **August.** aduer  
sari **Hieronymo.**

**Is** autem videtur contradicere **Aug.**  
super eundem locū epistole dicens.

**Non** latuit angelos mysteriū regni  
celorum: quod opportuno tempore reuelatū  
est propter salutem nostram. Illis ergo a se  
culis innotuit supra memoratūz mysterium:  
quia omnis creatura non ante secula: sed a se  
culis est. Attende lector quia videtur dissen  
tire in hac sententia illustres doctores. Ideo  
q; vt omnis repugnantia de medio tollatur:  
predicita verba **Aimonem** sequentes ita de  
terminemus: vt illis angelis qui maioris sūt  
dignitatis: ⁊ per quorū ministeriū illa nunci  
ata sunt: ex parte cognita a seculis fuisse: vt  
pote familiarib⁹ ⁊ nunciis. Illis vero q̄ mi  
noris dignitatis sunt: incognita extitisse di

camus: vsquequo impleta sunt per ecclesiam  
predicata. ⁊ tunc ab omnibus angelis perfe  
cte fuerunt cognita. **Ed̄** itaq; omnes an  
gelos in cognitione diuinorum mysteriorū  
scdm̄ p̄cessum temporis p̄cessisse. **Unde** nō  
incongruenter ipsi idem dicunt angelorum  
scientiam ac beatitudinem augeri vsq; ad fu  
turaz consumationem: quando in scientia ac  
beatitudine perfectissimi erunt: vt nec auge  
atur amplius nec minuatur.

Aliorum opinio qui dicunt angelos i  
quibusdam predictorum nō perfecisse.

**Li** autem dicunt angelos in confir  
matione tanta deitatis dilectione at  
q; notitia fuisse p̄ditos: vt in his vl  
terius non profecerint nec profecturi sint. p  
fecerunt tamen in scientia rerum exteriorum  
sicut in cognitione sacramenti: incarnationis  
⁊ huiusmodi. sed non in contemplatione de  
itatis: quia trinitatem in vnitatem: ⁊ vnitatem  
in trinitate non plenius intelligunt siue intel  
lecturi sunt q̄ ab ip̄a confirmatione percepe  
rint. Ita etiam dicunt eos in charitate non p  
fecisse post confirmationem: quia eorūz cha  
ritas postea non est aucta. ⁊ sic dicūt eos nō  
profecisse in meritis. Sed hoc quantum ad  
vnum merendi: non quantum ad numerū me  
ritorum. **M**ura enim bona fecerunt po  
stea que tunc non fecerant. sed eorum chari  
tas ex qua illa profecerunt: nec est aucta: ex  
qua tantum meruerunt aūquam ista adderen  
tur quātm̄ postea his adiectis. Illud vero  
quod alii superius dicunt: probabilius vide  
tur. s. q̄ angeli vsq; ad iudicium in scientia et  
in aliis proficiant.

Qd̄ quedam auctoritates vident̄ obuia  
re probabiliori s̄nie.

**U**ibus tamen videntur obuiare qua  
rundam auctoritatum verba. **Aut. ii.**

**Isidorus** in libro de summo bono.  
**Angeli** in verbo dei omnia sciunt antequā  
fiant. sed nec omnes nec omnia perfecte ange  
los scire dixit. ⁊ ideo eos in scientia profice  
re non remouit. **Gregorius** quoq; in libro  
dialogorum ait. **Quid** est quod illi nesciant:  
qui scientem omnia sciunt. **Ubi** videtur dice  
re q̄ omnia sciunt angeli: ⁊ nihil sit quod ne  
sciant. Sed accipiendū est hoc de his quorū  
cognitio beatorum facit cognitozem: vt sunt ea  
que ad mysterium trinitatis ⁊ vnitatis per  
tinent.

¶ Reterea illud p̄siderare oꝝ ꝛc. Hic inq̄  
 rit magister vtrum angeli dum officiuꝝ  
 custodie durat in merito vel premio pro  
 ficiant: ꝛ diuiditur in partes duas. P̄  
 mo ponit duas opiniones. Secūdo eli  
 git alteram illaz. ibi. Illud quoqꝝ ꝛc. Prima i duas  
 s̄m duas opiniones: quarum secūda incipit. ibi. Alii  
 autēz dicunt ꝛc. Circa primū tria facit. P̄mo po  
 nit opiniones. Secūdo p̄firmat per auctoritates. ibi.  
 Et q̄ angeli p̄ficiant. Tertio soluit cōtrarietates. ibi.  
 His autēz videtur ꝛc. Illud vero quod alii ꝛc. Hic  
 eligit alteraz opiniones. ꝛ circa hoc duo facit. P̄mo  
 eligit primaz opiniones. Secūdo respōdet ad  
 quasdas auctoritates que sunt in contrariū ibi: i qui  
 bus tamen videtur ꝛc. Hic queruntur sex. P̄mo  
 vtrum angeli proficiant in cognitione dei que est p̄  
 mium essentialē. Secūdo vtrum proficiant in cog  
 nitione aliarū rerū per illuminationē superiorū. Tertio  
 vtrum accrescat eis aliqua cognitio per mutuā locuti  
 ones. Quarto vtrum mysteriū incarnatiōis per eccliam  
 didicerint. Quinto vtrum inter eos sit pugna ꝛ cōtra  
 dictio. Sexto vtrum ordinūz distinctio maneat post  
 diem iudicii.

¶ P̄mo sic p̄cedit. videtur q̄ angeli in vi  
 sione dei proficiant. P̄fectio enim virtutis nō  
 tollit. sed auget efficaciam merendi. sed i an  
 gelis beatis est perfecta charitas que est radix merē  
 di: qua omnes eoz actus informantur. ergo videt: q̄ ip̄  
 magis ꝛ magis mereatur dinaz visionē i eis augeri.  
 ¶ P̄re. s̄z autē. ois actio creature ē ad aliqd cōmo  
 duꝝ agentis. vnde liberalitatē purā solius dei p̄p̄riā  
 dicit. sed angeli creature sunt. ergo ex actibꝝ eozū cir  
 ca nos aliquid ei accrescit. ꝛ ita videt q̄ eozū bonuz  
 semper magis ac magis auget. ¶ P̄reterea. quan  
 to aliquis intellectꝝ est clarior: tanto perspicacior intue  
 tur. sed inferiores angeli continue a superioribus illu  
 minantur. ergo videtur q̄ semper limpidiꝝ deum cō  
 templantur. ¶ P̄reterea. si non possunt p̄ficere i dei  
 visione: aut hoc est: quia peruenerunt ad summā p̄  
 fectionē: aut q̄ maioris perfectiōis capaces nō sūt.  
 sed p̄mū esse non potest: quia sūma perfectio solius  
 dei est: q̄ seip̄s cōprehendēdo videt. similiter nec  
 secūduꝝ: q̄ sic homines essent capaxiores inferioribꝝ  
 angelis: q̄ homines vt dictum est possunt peruenire  
 ad modum cōtemplationis sup̄remozū ordinūz. er  
 go videt q̄ angeli etiam in diuina cōtemplatiōe p̄fi  
 cere possunt. ¶ Sed cōtra. magister sup̄radixit q̄ p̄  
 fectione nature gloriōsitate est quādo habet quicqd̄ na  
 ta est habere. sed angeli sunt gloriōsitate. ergo totūz id  
 quod nati sunt habere habent. ¶ P̄reterea. i termi  
 no motus non contingit esse motūz. sed angeli nō sūt  
 in statu vie cui competit motus. sed in termino. ergo  
 videtur q̄ ipsi p̄ficere non possunt: cum profectus sit  
 motus quidaz. ¶ Respondeo. dd. q̄ s̄z philosophū  
 operatio ꝛ motus differunt. operatio enim est actus  
 perfecti: vt lucidi lucere. ꝛ intellectus in actu intelli  
 gere. sed motus est actus imperfecti tendentis in p̄  
 fectionem. ꝛ ideo id quod est in sua vltima perfectiōe  
 habet operationem sine motu: sicut deus qd̄ autē dī  
 stat ab vltima perfectiōe habet opationē coniunctā  
 motui. ꝛ q̄ proficere in beatitudine est quidā motus  
 nature tendentis in perfectionē. ideo quando con  
 sp̄ngentis vel homo ponitur in vltima sua perfectio  
 ne: operatio eius non est meritoria nec proficiens.  
 S̄z in hoc quando. s. angelus sit in sua vltima perfe

ctione est duplex opinio. Una quam magister appro  
 bat. s. q̄ erit in die iudicii. Alia est que in littera tan  
 gitur quod hoc fuit in prima eozum confirmatione. ꝛ  
 hec videtur mihi probabilior. tum quia vltima per  
 fectione rei est in termino sue vie. terminus autem vie  
 angelozum fuit eozum confirmatio: non enim nūc vi  
 atores dicuntur: nisi forte secundum quid inquantū  
 circa viatores operantur: tum quia idem iudicium ē  
 de hominibus post mortem ꝛ de angelis post confir  
 mationem vel casum. homini autem statim post mor  
 tez vltima sua perfectio cōfertur: nisi forte aliqd pur  
 gandum repugnet: nec differtur vsqꝝ ad diem iudi  
 cii: vt greci errantes dicunt. ꝛ ideo dicimus q̄ ange  
 li statim in confirmatione vltimam perfectionem be  
 atitudinis consecuti sunt: nec postmodum in visione  
 dei proficiunt in qua eozum beatitudo essentialiter  
 consistit. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ perfectio  
 virtutis includens finem tollit rationēz meriti ꝛ mo  
 tus qui repugnat fini: sed in via ad finem auget effi  
 caciā meriti. ¶ Ad secundum dicendum q̄ omnis  
 operatio creature ordinata est ad perfectionem eius  
 sed quandoqꝝ operatio non est ad alium finem. sed  
 ipsamet est finis vt in primo ethicoꝝum dicitur. ꝛ sic  
 dico q̄ illuminare inferiores angelis est dignitas eozꝝ q̄  
 in hoc maxime consequuntur dei similitudinem. Et  
 ideo non oportet q̄ per huiusmodi operationes ali  
 quid mereantur. ¶ Ad tertium dicendum q̄ vnus  
 angelus non illuminat alium: vt dictum est de his q̄  
 ad essentialiam beatitudinis pertinet: sed de alijs. ꝛ id  
 non oportet q̄ propter hoc limpidiꝝ videant deꝝ  
 sed ea de quibus illuminantur. ¶ Ad quartum dicē  
 dum: q̄ angeli summum gradum cōtemplatiōis nō  
 attingunt. sed propter hoc dicuntur non posse profi  
 cere: quia tota eozūz capacitas plena est: nec ampli  
 ari potest illa capacitas angelozum per meritum si  
 cut in hominibus qui sunt in statu vie.

¶ Secundum sic proceditur. videtur q̄ an  
 geli inferiores per superiorūz illuminationem in cognitionem rerum siue diuinoꝝ  
 effectuum non proficiant. omnis enim ope  
 ratio angeli aut pertinet ad naturam aut ad meritūz  
 aut ad premium. sed in naturali cognitione non profi  
 ciunt: quam totam simul in creatione receperunt: nec  
 etiam in merito aut in premio proficiunt. ergo videt  
 q̄ in eis cognitio diuinoꝝ effectuum non crescat.

¶ P̄reterea. deꝝ est causa rerum per cōtētiāz suam.  
 ergo i hoc quod videtur essentia sua cognoscit ipse  
 causa ip̄az cause. sed quando cognoscitur aliquid in  
 quantum est causa: cognoscitur etiam effectꝝ eius. er  
 go videtur: q̄ cum angeli beati essentiam diuināz vi  
 deant: q̄ etiam in ipsa effectꝝ eius cognoscant. ꝛ sic in  
 cognitione diuinoꝝ effectū non crescit. ¶ P̄re  
 terea. nihil est cuiꝝ ratio non sit in dei sciētia siue ver  
 bo eiꝝ. qd̄ est ars plena rationum videntium: vt dicit  
 Augu. sed angeli beati vident dei verbum. s̄ cognos  
 cunt omnes diuinos effectus: ꝛ sic idem quod p̄iꝝ.

¶ P̄reterea. qui videt speculum necessario videt  
 formas relucētes in speculo: nisi diuersitas partiuꝝ  
 speculi impediā: vt dum intuetur vnam partem spe  
 culi formas resultantē in alia parte non videat. sed  
 dei verbum: quod est sapientia genita est speculuz si  
 ne macula: vt dicitur sapientie. vii. i quo oēs rez ra  
 tiones resplendent. ergo cum verbum sit in diuisibile  
 angeli intuentes verbum omnia in eo cognoscunt: et  
 sic idem quod p̄ius. ¶ P̄reterea. s̄m philosophum

in.iii. de anima. Intellectus cum intelligit difficilia non minus intelligit infima. sed magis altissimum intelligibile est essentia diuina: et eam angeli vident. ergo videtur quod omnia alia cognoscere possunt: et ita eorum cognitio non crescit. Sed contra est quod dicit Dionysius in fine celest. hierarchie. quod multe rationes sacramentorum latent supernas essentias. id est angelos. sed quecumque latent aliquem: ipse potest in cognitionem eorum proficere. ergo possunt etc. Preterea in sermo capti eiusdem libri dicit quod angeli inferiores per superiores a nescientia purgant. sed non liberatur aliquis a nescientia nisi per scientie acquisitiones. ergo videtur quod angeli in acquirendo scientiam proficiant.

Respondetur ad id quod angeli proficiunt in cognitione diuinorum effectuum per illuminationes in inferioribus a superioribus descendentes: et hoc patet sic. Cum enim deus sit vniuersalissima causa omnium entium in visione essentie eius non cognoscuntur omnes effectus ipsius de necessitate: nisi intellectus totam virtutem eius comprehendat: et quanto aliquis intellectus limpidius eas apprehendat tanto plura in eo cognoscere potest: sicut in principis primis speculatiuis: qui perspicacioris intellectus est plures conclusiones in eis videt. et ita superiores angeli plures effectus in essentia diuina cognoscunt quam inferiores: et de illis superiores inferiores illuminare et intruere possunt. et tamen aliqui effectus sunt quos omnes immediate in visione diuine essentie percipiunt quibus etiam hos superiores perfectius cognoscant sicut et diuinam essentiam clarius intuentur: et vniuersaliter quod ordo ex illo nomen et rationem recepit: quod est vltimum sue virtutis ad capiendum cognitionem immediate in visione diuine essentie. Ad primum ergo dicitur quod reuelationes diuinorum effectuum pertinent ad premia: non quidem essentialia sed accidentalia et de premissis accidentalibus ad quod merita directe non ordinantur: sed superadditur ex liberalitate retribuente. Ad secundum dicitur quod per hanc rationem probatur angelorum deum creatorum scientiam habere in quantum suam essentiam cognoscit. non tamen sequitur quod videns essentiam eius omnia sciat: nisi ipsam perfecta cognitione comprehendat. et hoc angelis non conuenit. Et propter hoc patet responsio ad tertium: quod quibus verbum videant non tamen ipsum secundum modum rei cognite vident. sed secundum modum cognoscentium. id est sui ipsorum. et ideo non oportet quod omnia que in verbo sunt cognoscant. Ad quartum dicitur quod sicut dicit Boetius in libro de trinitate. In diuinis non oportet ad imaginationem deduci. Unde non est imaginandum rationes rerum resplendere in speculo eterno: sicut forme visibiles in speculo materiali sed magis sicut causarum rationes preexistunt in sua causa. ut dicitur in libro de diuinis nominibus. non est autem necessarium ut qui causam videt hoc ipso omnes rationes effectuum in ea cognoscant: ut dictum est. et ideo ratio non precedit. Vel ad id quod dicitur quod speculum eternum voluntarius est: quia in eo non videtur nisi quod ipse vult ostendere. secus est autem de speculo materiali quod ex necessitate nature representat formas in eo relucens.

Ad quintum dicitur quod quod nostra cognitio a sensu incipit. ideo de minus notis in magis nota secundum naturam devenimus. et ideo manifestissima nature sunt nobis vltimo nota et difficillima ad cognoscendum. scilicet res materiales: ut videtur et angeli: sed in angelis est e converso: quia ea que sunt magis nota simpliciter: sunt etiam notiora quo ad eos. et ideo habent essentiam diuinam

maxime cognoscant: non tamen ex hoc sequitur quod omnia alia cognoscant: sed secundum quod perfectius ipsam videt ex ea in plurimum effectuum cognitionem procedere possunt.

Tertium sic preeditur. videtur quod angeli non accipiant cognitionem aliquorum per mutua locutionem. Dicit enim Basilius. si nuda et in tecta anima viuerem ex solis motibus intentionum cogitationes alterutrum panderent. sed angeli habent intellectus non obiectum commune. ergo vni alteri cogitationes videt. et ideo mutua locutione non egent.

Preterea. in omni locutione oportet esse aliquod signum: quod mentis occultum conceptus exprimat. sed tale signum in angelis sensibile esse non potest nec intellectuale. non sensibile: quia sensitiuaque cognitionem non habent: nec iterum manens in intellectu tantum: quia hoc esset equaliter ignotum cum alio conceptu mentis qui manifestandus esset. ergo videtur quod in angelis manifestatio per locutionem esse non possit. Preterea. in omni locutione oportet esse aliquod medium per quod intentio loquentis ad audientem deferatur. Sed tale medium in angelis inueniri non potest. ergo nec locutio. Preterea. in locutione corporali sonus ad aures perueniens excitat audientes ad audiendum. sed in angelis non potest poni aliquod tale exercitium: cuius nihil sit in vno postmodum in altero factum. et tamen necessaria esset exercitatio ad attendendum si esset locutio: quia vni angelus non semper alterum considerat. ergo non est ibi locutio. Preterea. a loquente recipitur aliquid in audiente. sed superiores ab inferioribus nihil recipiunt. ergo videtur quod inferioribus superioribus loqui non possunt. Sed contra est quod dicitur per modum corinth. xiii. Si linguis hominum loquar et angelorum. sed locutio est actus lingue. ergo angeli loquuntur. Preterea. angelus est maioris virtutis naturalis quam homo. sed homo potest alteri loquendo suam cogitationem exprimere. ergo multo fortius angelus. Respondetur ad id quod in angelis est quedam locutio que tamen ab illuminatione differt in duobus. Primo quantum ad ea de quibus sunt: quia illuminatio proprie est de his que superiores angelus in lumine diuine essentie comprehendit: quod inferior ibi non videt. vni idigit ut in lumine superioris angeli magis determinato et extracto quam sit lumen diuinum illa cognoscat. sed locutio est de motibus liberari. quos in vno alio non videt. his enim duobus modis aliquid potest esse notum vni angelo et ignotum alteri. Secundo quantum ad modum quo vtrumque per se differenter secundum duo que ad visionem intellectualem requiruntur ad similitudinem visionis corporalis. scilicet ipsa res que intellectui proponitur. et lumen sub quo videtur. illuminatio enim fit per hoc quod lumen intellectus vnius angeli per perfectius lumen superioris confortatur ad aliquorum cognitionem. sed locutio per hoc quod aliqua prius occulta proponuntur: ut cognoscenda sine hoc quod virtus cognoscentis fortificetur. ut patet in recitationibus historiarum in quibus aliquis cognoscit quod prius nesciebat sine hoc quod suus intellectus clarificetur. Qualiter autem aliquid possit proponi angelo ut cognoscendum ab ipso patet ex simili nostre locutionis. Est enim aliquid in homine quod alius homo de ipso naturaliter percipere potest: ut ea que exterioribus sensibus subiaccet aliquid vero quod videri non potest sicut interiores conceptus mentis. Species ergo concepte interioris secundum quod manent in simplici conceptione intellectus in-

elligibilis tñ fm aut q ordinant ab intelligente: vt manifestand alteri habet rōnez verbi: qd dicit verbus cordis: fm aut q aptant & quodammodo ordinantur signis exteri<sup>9</sup> apparentib<sup>9</sup>. si quide sunt signa ad vñs dicuntur nutus: si vero ad auditū dicitur pprie locutio vocalis: hi eni duo sensus disciplinabiles sūt. Similiter in angelis interior: cōcept<sup>9</sup> mentis libe. arbitrio subiacens ab alio videri nō potest. quādo ergo ipēm cōceptas ordinat vt manifestandā alteri: dicit verbuz cordis. quādo vero coordinat eas alicui eoz que vn<sup>9</sup> angelus in alio naturali videre pōt: illō naturaliter cognoscibile fit signū expressivū interioris cōcept<sup>9</sup>. & talis expressio vocatur locutio: nō quide vocalis: sed intellectualib<sup>9</sup> signis expressa: & vñ<sup>9</sup> expiendi dicit lingua eozuz. **C** Ad primū ergo ddm q Basil<sup>9</sup> intendit ab anima separata excludere idētas vocalis locutōis: nō aut spūalis: qualis dicta est in angelis esse. & sic etiā exponēde sūt multe auctoritates filēs: que ad hoc induci possunt. **C** Ad secunduz dōs q illud naturali notū in vno angelo ab alio est quasi signū latentis interi<sup>9</sup> cognitōis: nō sensibile sed intellectuale. **C** Ad tertiu ddm q angeli nō debēt cogitari vt distātes sūnt: sicut dicim<sup>9</sup> duo corpora vel duo puncta: q qd facit in corporalib<sup>9</sup> sit<sup>9</sup>: hoc facit in spūalibus ordo: vt dicit Aug. Unde nō erigit aliqd mediū p qd deferat locutio vñ<sup>9</sup> ad alterū. s; sufficit ad hoc solus ordo intētionis vñ<sup>9</sup> ad manifestandū alteri. **C** Vel dōs q oēs cōtinuant in radiatōe diuini lūinis vel naturalis: vt superadditi vt supra dictū est: qd nō fit vñū nūero in oibus. sed ab vno principio & in vñuz sinez: & ordinate in diuersis acceptū. vñ p illō lumē vn<sup>9</sup> alteri<sup>9</sup> locutionē cogit sicut & cōntralia. **C** Ad quartū dōs: q angelus p̄cipue beatus sp̄ est i actuali p̄sideratōe sui p̄p̄: & per p̄ns eoz q ad ip̄z pertinet quoz oīuz ipse est ratio cognoscēdi. nihil enī p̄hibet plura itelligi simul q vnā rōne cognoscuntur q̄ cito aut vnus angelus ordinat locutionē suam ad alterū efficiē locutio ei<sup>9</sup> de p̄nētibz ad illū. & ita ab eo cognoscitur. & inde p̄z: quo mō vn<sup>9</sup> angelus plures sibi loquētes audire pōt: & vn<sup>9</sup> sanct<sup>9</sup> plures euz inuocātes. **C** Ad qntū dōs: q iferius angelus pōt loqui superiorī. sed nō illuminare eū. q: loquēs nō ifit aliquid in audientem: sed solummodo proponit sibi vt cognoscibile.

**D** quartū sic p̄ceditur. videt q angeli p homines mysteriū incarnatōis didicerūt. **P**rio per hoc qd habet ephē. iii. vt inotescat p̄ncipibus & petestari<sup>9</sup> in celestib<sup>9</sup> &c. **P**reterea. superior est illuminare & instruere inferiores. sed quidaz hoies quibusdā angelis superiores sūt: qd p̄bat ex h<sup>9</sup> quod dicit. ii. corinth. v. **N**ōne angelos indicabim<sup>9</sup> cōparatione melioris facti fm glo. ergo angeli p homines illuminari possunt & ifruī. **P**reterea. illi q immediate a deo recipiunt cognitōes: alios ifruunt. sed apostoli immediate de mysteriis ecclesie a dei filio ifructi sūt. ergo videtur q de hoc etiā angelos ifruere possint. **P**reterea. **P**aulus dicitur ad tertiu celū rap<sup>9</sup>. ii. corinth. xii. & exponit quedā glo. tertiu celū tertiu angeloz hierarchiaz. sed illi qui sūt in terra hier. archia ascēdendo. i. in sūma: illuminat inferiores angelos. ergo videt q paulus inferiores angelos illuminare potuerit. **P**reterea angeli cognitōne aliquoz accipiunt & per illuminationē & per locutionē. sed loqui etiā possūt iferiores superiorib<sup>9</sup>. ergo videt q angeli ab hominib<sup>9</sup> & si sūt inferiores:

cognitōne accipere possint. **C** Sed contra est quod Dionisius dicit in q̄rto caplo ce. hierarchie q angeli de natiuitate ch̄risti p̄mo edocti sūt: & per eos ad homines deuenit. ergo ipi ab hominib<sup>9</sup> nō didicerūt. **P**reterea. mysteriū incarnationis a prophetis est pronunciatū. sed reuelatōes facte patrib<sup>9</sup> & prophetis mediantib<sup>9</sup> angelis a deo processerunt: vt sancti cōiter dicūt. ergo videt q ipi p̄cognouerunt mysteriuz incarnationis: & nō ab hominibz didicerunt.

**R**espōdeo dicendo q in hoc videt esse quedam cōtrouersia inter Hiero. & Aug. & Dionisū. Hiero. enīz ponit duo. s. angelos an incarnationē mysteriuz humanitatis ch̄risti nesciuisse. & quantū ad hoc videtur Augustinus sibi obuiare dicens eos a seculis. i. principio mūdi cognouisse. Secundo ponit Hiero. q hoc per hoies didicerunt. & q̄tum ad hoc videt sibi obuiare Dionis<sup>9</sup>: ponens homines de hoc ab angelis edoctos esse fm ordinez diuine legis inuolubiler cōstitutū. **A**t autē sciat qualiter vnūq̄q; veritatem habere possit: distinguendū est quantū ad p̄mū. q mysteriū incarnationis: dupliciter pōt p̄siderari. vt quatum ad substantiaz facti. & sic omnes a principio cognouerunt. s. incarnationez: passionez & huiusmodi: vel quantuz ad cōditiones circūstantes factuz. s. q sub tali p̄siede vt tali hora & huiusmodi: & hoc a principio non cognouerūt. his etiāz modis differenter enarrant p̄phetaz & euangelista: quia propheta enunciant substantiaz facti. sed euangelista recitat expletionis modum. Quantuz etiāz ad secunduz distinguendū est: q angeli dupliciter accipiunt cognitōne aliquarum rerum: aut per illuminationez. & sic angeli per homines nihil recipiunt: sed inferiores a superioribus illuminantur: & superiores immediate a deo per quem modum multas rationes mysteriorum & celestie edocentur: aut per modum expletionis sc̄di. & sic futura cōtingentia cognoscunt quando actu compleantur. per hoc q eozum cause ad effectuz determinantur: vt in eis cognosci possint. & ita quedā que circa incarnationis mysteriuz nesciebant quādo explebantur predicantibus apostolis cognouerunt: non tamen ab apostolis edocti. **C** Ad primum ergo dicendum: q aug. vult vt dicitur inglosa super eundem locum: q hec determinatio: per ecclesiaz: non determinet hoc verbum innotescat. sed p̄cedens. s. illuminare omnes: vt sit sensus: q apostolo erat data gratia illuminandi omnes per ecclesiam. i. omnes d̄ ecclesia. Hieronimus tamen vult q determinet hoc verbum innotescat. & tunc intelligendum est modo p̄ dicto. vel potest intelligi de ecclesia angelozum: vbi prima fuit ecclesia: & ibi vltimo nostra ecclesia cōgēganda est: vt sit sensus: incarnationis mysteriuz fuit absconditum in deo: ita tamen q a seculis innotuit p̄ncipibus per ecclesiam: id est in ecclesia celesti. & hāc expositionem ponit Augustinus super genes<sup>9</sup> q̄nto. **C** Ad secundum dicendum q fm conditionem statuz quibus angelus quolibet homine simpliciter viatore maior est. vnde dicitur matthei vñdecimo. q qui minor est in regno celozum maior est illo. s. Joanne baptista: quo tamen nullus maior inter natos mulieru surrexit. sed quantuz ad causas potest d̄cti secunduz quid aliquis homo aliquo angelo maior: inquantuz per gratiaz quaz habet meretur gradum quibusdāz angelis altiozem. **C** Ad tertiu dicenduz q apostoli immediate ifruēbantur a verbo incarnato nō q essentiaz verbi immediate viderent quaz iferiores

angeli videbāt. 7 ideo multo plura a verbo discēbāt  
 q̄ etiam ipsi apostoli. **C** Ad quartum dicendum: q̄  
 Paulus in illo raptu s̄z quid participauit status cō  
 prehensio: non tamen tanta gloria perfectus fuit:  
 vt lumen in angelos transfundere posset: quia vt dī  
 citur: factus est illi glorie particeps miraculose quā  
 tum ad actum: 7 non quantum ad habitum: quod est  
 lumen glorie. **C** Ad quintum dicendū q̄ angelus ab  
 homine per locutiones quorundam cognitiones acci  
 pere potest: eorum scilicet que subduntur libero arbi  
 trio hominis. sed talia non sunt mysteria incarna  
 tionis.

**D** quintum sic proceditur. videtur q̄ inter  
 a angelos pugna esse nō possit. Omnis discor  
 dia 7 pugna repugnat vnitati charitatis. sed  
 angeli sunt perfecti in charitate. ergo inter eos pu  
 gna esse nō potest. **C** Pre. quoniam p̄cōcīnā prestant  
 contrariis causis ita se habent q̄ alter eorum iniustā  
 causam defendit: sed hoc sanctis angelis conuenire  
 non potest: quorum rectitudo confirmata iniustitiam  
 non patitur. ergo videtur q̄ non possint dici contra  
 riiis causis patrocinādo pugnare. **C** Preterea. vbi  
 cumq̄ est ordinata prelatio non potest esse pugna v̄l  
 contrarietas. quia hoc est contra rationem prelatio  
 nis vt inferior superior resistat. sed angeli ordinan  
 tur omnes secundum superius 7 inferius: vt prius  
 dictum est: ergo videtur q̄ vnus alteri nō repugnat.  
**C** Preterea. cum nullus angelus nitatur nisi ad h̄  
 quod rectum sibi videtur: oportet q̄ si ad contraria  
 nitantur q̄ contrarias opiniones habeant. sed contra  
 riarum opinionum altera est falsa. ergo aliquis an  
 gelus habebit falsam opinionem. hoc autem est falsū  
 quia falsitas in nobis appropriatur fantasie secun  
 dum philosophum in quarto methaphysice. qua ta  
 men angeli carent. ergo inter eos non potest esse pu  
 gna. **C** Sed contra est quod habetur Danielis sep  
 timo: q̄ quatuor venti celi pugnabant: per quos s̄m  
 glo. intelliguntur quatuor angelice potestates regnis  
 principalibus prelate. ergo angeli inuicem pugnat.  
**C** Preterea. hoc expresse habetur Danielis deci  
 mo: vbi angelus ad eum loquens dixit. Princeps  
 persarum resistit mihi. xxi. diebus. ergo videtur q̄ ē  
 longas concertationes adinuicem habent. **C** Res  
 pondeo dicendo: q̄ ista verba Danielis vnde tota  
 dubitatio oritur a sanctis diuersimode exponuntur.  
 Hieronymus enim dicit q̄ ille princeps persarum  
 qui resistit liberationi populi: erat malus angelus  
 persis prelatus. sicut enī vniciq̄ homini datur ad  
 exercitium vnus bonus 7 alter malus: ita sin  
 gulis gentibus duo spiritus preponuntur vnus bo  
 nus 7 alter malus. Sed in hoc nō est minor dubita  
 tio. constat enim q̄ angelus daniel loquens bonus an  
 gelus erat. quomodo autem sibi efficaciter tot diebus  
 malus angelus resistisset: nisi iustam causam habe  
 ret non potest dici. q̄ si iustam habebat: etiam impos  
 sibile erat illam resistentiam multo magis per bonum  
 angelum fieri. Et ideo dicendum est cū Gregorio:  
 q̄ vterq̄ bonus angelus fuit: quod etiam magis lit  
 tere consonat: que in eadem locutionis serie princi  
 pem persarum nominat: 7 michalem principem iu  
 deorum quē constat bonum angelum esse. hec autē pu  
 gna sic intelligenda est secundum Gregorium. cum  
 enim iudicia dei sint abissus multa: 7 profunditate iu  
 dicioꝝ eius angeli comprehendere non possunt.  
 Et ideo quid vniciq̄ genti v̄l homini debeatur se

cundum dispositionem diuinam non semper intelli  
 gunt nisi eis reuelatur. contingit autem quandoque  
 q̄ in diuersis gentibus inueniantur diuerse merita:  
 s̄m quorum diuersitatem videtur q̄ vna gens aitre  
 ri subesse debeat vel ab eius dominio liberari: sicut  
 tunc in iudeis erat. quia Danielis oratio quantum i  
 se erat liberationem populi merebatur. sed peccata  
 populi 7 etiam utilitas quam iudei faciebant i regno  
 persarum: duz per eos dei notitia diffundebat erant  
 in contrarium. 7 vnusquisq̄ angelus secundum offi  
 cium suum ad examen diuine scientie referebat me  
 rita sibi subditorum. 7 ideo relatio contrariorū me  
 ritorum secundum diuersos angelos facta diuersam  
 finem dinaz expectantes pugna inter angelos voca  
 tur. 7 eorum concordia est in diuine illuminationis p  
 ceptione per quam de diuina voluntate instruantur  
 hoc enim omnes concorditer volunt quod percipi  
 unt deum velle. vnde dicitur Job. xxv. de deo q̄ fa  
 cit concordiam in sublimibus. **C** Ad primū ergo di  
 cendum q̄ secundum philosophum in nono ethico  
 rum: amicitie vel concordie non repugnat diuersi  
 tas opinionum: sed solum diuersitas voluntatum.  
 vnde talis pugna que est secundum iudicia ex diuer  
 sis meritis sumpta: non obstat vnitati charitatis euz  
 voluntas eoz sit vna vt dina. s. prouidentia exple  
 atur. **C** Ad secundum dicendum q̄ non est inconue  
 niens contrariarum causarum vtranz aliquid iusti  
 tie habere. 7 secundus hoc vtraq̄ a bono defendi po  
 test: 7 precipue expectando diuinam sententiam.  
**C** Ad tertium dicendum q̄ ordo prelationis ange  
 loꝝ perfectior per illuminationes diuinitus recep  
 tas. 7 ideo ea recepta vnus alteri non obstat. Ad  
 quartum dicendum q̄ quis in angelis non possit esse  
 falsa opinio: potest tamen in eis esse quorundam ne  
 scientia: ex hoc q̄ intellectus eorum propter possibi  
 litatem admittam non omnino terminatur ad vnū  
 7 secundum q̄ eorum que nesciunt cognitiones a do  
 vt superioribus angelis expectant interrogare in  
 scriptura dicuntur. quia tamen ei quod nesciunt per  
 iudicium non adherent: ideo falli non possunt: sed se  
 cundum contrarietatem rez que in iudiciis diuinis  
 veniunt contrarietates iter eos memorantur.

**D** scrum sic proceditur. videtur q̄ ordines  
 a post diem iudicii non durabunt. Dicitur enī  
 p̄me corinth. xv. q̄ cum christus tradidit re  
 gnum deo 7 patri: euacuabit omnem principatum et  
 potestatem: hoc autem erit in resurrectione. ergo vi  
 detur q̄ eadem ratione alios ordines euacuabit.  
**C** Preterea. quidam ordines actum proprium ha  
 bent i executione diuinorum ministeriorum: sicut p̄n  
 cipes: vt presint regnis 7 prouincijs: 7 angeli vt cu  
 stodiant homines. sed ista ministeria cessabūt p̄ diē  
 iudicii. ergo ordines. **C** Preterea. maior perfectio  
 erit in angelis q̄ in corporibus inferioribus. sed in  
 corporibus inferioribus post diē iudicii nō erit actio  
 quia cessabit motus primi mobilis: 7 hoc propter p  
 fectiōem vniuersi. ergo multo minus in angelis. s̄  
 hierarchia est scientia 7 actio. ergo nō erunt hierar  
 chie 7 ordines post diem iudicii. **C** Preterea post  
 diem iudicii angeli in cognitione non proficiunt. sed  
 per purgationes 7 illuminationes superiorum inferior  
 res proficiunt in cognitione vt dictum est. ergo non  
 erit illuminatio purgatio: 7 ita nec hierarchiaz 7 or  
 dinum distinctio. Sed contra. homines assuntur  
 tur ad ordines angelorum. sed frustra esset tam dū

eta & ordinata assumptio: si completo numero electorum ordinata distinctio esse desineret. ergo videtur quod ordines post diem iudicii remanebunt. Preterea, ad distinctionem ordinum duo concurrunt. scilicet gradus nature: & distantia gratie: sed utrunque remanebit post diem iudicii. ergo & ordinum distinctio. Respon- deo dicendo: quod distinctio ordinum & hierarchiarum celestium potest considerari vel quantum ad essentialia hierarchie & ordinis. & sic semper erit: quia semper manebunt distincti gradus nature in angelis: et diuerse sortes glorie: & etiam actiones hierarchie: quod unus alium illuminabit: purgabit & perficiet: vel quantum ad actum consequentem secundum quod mediantibus ordinibus angelorum homines reducantur ad deum: & quantum ad hoc prelatio ordinum cessabit cessante statu viatorum. & per hoc patet responsio ad primum: quia secundum hoc ultimum intelligitur auctoritas. Ad secundum dicendum: quod actus essentialis ordinis est principaliter in receptione diuini luminis: & consequenter in transfusione eiusdem in inferiores. sed quod hoc ordinetur ad reductionem hominum viatorum accidit ipsis ordinibus. unde cessante statu vie non oportet quod cesset dispositio ordinum nihil minus tamen remanebit modus recipiendi diuini lumen proportionatum statui viatorum reducendorum si essent. Ad tertium dicendum quod actio corporum que est per motum tollitur: quia motus cessabit & omnis imperfectio euacuabitur. sed actio que est sine motu manebit. semper enim sol illuminabit inferiores aere. ita etiam & actiones hierarchie que sine motu sunt post diem iudicii remanebunt. per hoc etiam patet responsio ad quartum quia si non sit luminatio & purgatio ordinata ad quorundam nouorum cognitionem per modum profectus: & motus cuiusdam erunt tamen continuatio illuminationis secundum inferiores in lumine superiorum rationes secretorum diuinorum cognoscant. Dicit enim Ysaia ex persona angelorum etc. Hanc questionem Dionysius dicit esse superiorum angelorum expectantium ab ipso christo illuminari de secretis mysterii sue incarnationis: non tamen ipsi christo questionem proponunt. sed sibi inuicem ad signandum reuerentiam eorum ad christum: sicut discipuli mutuo disputantes determinationem magistris expectant. Quid est quod ibi nesciant etc. hoc sicut dicit magister potest intelligi de his que ad beatitudinem pertinent. vel etiam quia nihil est ad cuius cognitionem medium illud non sufficit: scilicet diuina essentia. unde non est ex defectu eius ut aliquid lateat ipsam videntes. sed ex defectu videntis qui ipsam perfecte non comprehendit quanto autem intellectus videntis perspicacior est tanto plura in ipso videt. ad altiore autem perspicacitatis gradum non nisi dono ipsius dei ascendit: quod quidem non communicat necessitate sed voluntate. & ideo dicitur illud speculum voluntarium esse ut in se hoc solum quod vult ostendat.

### Distinctio decimatertia.

Est considerationem de angelis habitam agitatur de aliarum rerum creatione: & precipue de operum sex dierum distinctione.

**ec de angelice** natu-  
re con-  
ditione dicta sufficiant. Nunc  
superest de aliarum quoque re-  
rum creatione ac precipue de  
operum sex dierum distincti-  
one nonnulla in medium per-

ferre. Cum deus in sapientia sua angelicos condidit spiritus: alia etiam creauit: sicut ostendit supra memorata scriptura Genesis que dicit: in principio deum creasse celum: id est angelos: & terram scilicet materiam quatuor elementorum adhuc confusam & informem: que a grecis dicta est chaos: et hec fuit ante omnem diem. Deinde elementa distinguit: & proprias atque distinctas species singulis rebus secundum genus suum dedit: que non simul ut quibusdam sanctorum patrum placuit. sed per interualla temporum ad sex volumina dierum ut aliis visum est formauit.

Quod sancti tractatores videntur super hoc quasi aduersa tradidisse: aliis dicentibus omnia simul facta in materia & forma: aliis per interualla temporum.

Ad idam nanque sanctorum patrum qui verba dei atque archana excellenter scrutati sunt: super hoc quasi aduersa scripsisse videntur. Alii quidem tradiderunt omnia simul in materia & forma fuisse creata: quod Augustinus sensisse videtur. Alii vero hoc magis probauerunt atque asseruerunt: ut primum materia rudis atque informis quatuor elementorum commixtionem atque confusionem tenens: creata sit. Postmodum vero per interualla sex dierum ex illa materia rerum corporalium genera sint formata secundum species proprias. Quas sententias Gregorius Hieronymus: Beda: alique plures commendant ac preferunt. Que quidem etiam scripture geneleos. unde prima huius rei cognitio ad nos manauit magis congruere videtur.

Quomodo per interualla temporis res corporales condite sunt.

Secundum hanc itaque traditionem ordinem atque modum creationis formationisque rerum inspiciamus sicut supra memoratum est: In principio creauit deus celum: id est angelicam naturam: sed adhuc informem ut quibusdam placet. & terram. id est illam confusam materiam quatuor elementorum qua nomine terre: ut ait Augustinus. contra manicheos: ideo appellauit. Adoyfes. quod terra inter omnia elementa minus est spe-

ciosa. Et illa inanis erat et incomposita propter omnium elementorum commixtiones. Eandem etiam vocat abyssum dicens. Et tenebre erant super faciem abyssi: quia confusa erat et commixta: specie distincta carens. Eadem etiam materia informis dicta est aqua super quam ferebatur spiritus domini: sicut superferre fabricandis rebus voluntas artificis: quia subiacebat benevolentati creatoris: quod formandum perficiendumque inchoauerat: qui sicut dominus et conditor sperat fluitanti et confuse materie: ut distingueret per species varias quando vellet et sicut vellet. Nec ideo dicta est aqua: quia omnia que in terra nascuntur siue animalia siue arbores vel herbe et similia: ab humore incipiunt formari atque nutriri. His omnibus vocabulis vocata est illa informis materia: ut res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitiis et non vno tantum. Nam si vno tantum significaretur vocabulo: hoc esse putauerunt quod consueuerant homines in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo nominibus significata est materia illa inuisa et informis: que nulla specie cerni aut tractari poterat. in nominibus visibilibus rerum que inde future erant propter infirmitatem paruulorum: qui minus idonei sunt inuisibilia comprehendere. Et tunc erant tenebre. id est lucis absentia. Non enim tenebre aliquid sunt: sed ipsa lucis absentia. Sicut silentium non aliqua res est. Sed vbi sonus non est: silentium dicitur. Et nuditas non aliqua res est: sed in corpore vbi tegumentum non est nuditas dicitur. sicut et inanitas non est aliquid. sed inanis dicitur esse locus vbi non est corpus. et inanitas absentia corporis.

Quo sensu tenebre dicantur non esse aliquid: et quo dicantur esse aliquid.

Tende quod hic Augustinus tenebras a dicit non esse aliquid: cum alibi tenebre inter creaturas ponantur que benedicunt dominum. unde dicitur. Benedicite lux et tenebre domino. Ideoque sciendum est tenebras diuersis modis accipi. scilicet vel pro lucis absentia qualiter supra accepit Augustinus: iuxta quam acceptionem non sunt aliquid: vel pro aere obscurato siue aeris obscura qualitate. et secundum hoc aliqua res creata sunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuisse super faciem abyssi. quia nondum erat lux. Que si esset superesset: superfunderetur. Sed nondum lucis gratia opus suum deus venusta uerat: que postea primo die facta est.

Duo hic consideranda sunt quare illa materia confusa sit dicta informis: et vbi adesse

prodiit quantum in altitudinem ascenderit.

E qua prius tractem? duo nobis discutienda occurrunt. Primum quare illa materia confusa informis dicatur. an quia omni forma caruerit. an propter aliud. Secundo vbi ad eam prodierit: et quantum in altum ascenderit. Ad illud vero quod primo positum est breuiter respondentes: dicimus illam primam materiam non ideo dictam fore informem: quod nullam formam omnino habuit. quod non aliquid corporeum tale existere potest: quod nullam habeat formam. sed id non absurde informes appellari posse dicimus: quod in confusione et permixtione quodam subsistens: nondum pulchram aptamque et distinctam receperat formam: quale modo cernimus. facta est ergo illa materia in forma confusione ante formam dispositionis. In forma confusione prius omnia corporalia materialiter simul et semel sunt creata. postmodum vero in forma dispositionis sex diebus sunt ordinata. Ecce absolutum est quod primo in discussione propositum fuit. scilicet quare illa materia dicatur informis.

Hic ad id quod secundo querebatur respondet.

Tunc superest quod secundo proponebatur explicare. vbi scilicet illa materia subsisteret: et quantum in altitudine porrigeretur. Ad quod nil temere asserentes dicimus: quod illa prima rerum omnium moles quando creata est: ibi de adesse videtur produsse vbi nunc formata subsistit. Eratque terrenum hoc elementum in vno loco eodemque medio subsidens: ceteris in vna confusione permixtis: eiusdemque circumquaque in modum cuiusdam nebulae oppansis: ita obuium erat: ut apparere non possit quod fuit. Illa vero tria in vna permixtione confusa circumquaque suspensa: eousque in altum porrigebantur quousque nunc sumitas corporee nature pertingit. et sicut quibusdam videtur ultra locum firmamentum extendebatur illa moles que in inferiori parte spissior atque grossior erat. In superiori vero rarior et leuior atque subtilior existebat. De qua rariori substantia putant quidam fuisse aquas que super firmamentum esse dicuntur. Talis fuit mundi facies in principio priusquam reciperet formam vel dispositionem.

Ostensio qualis fuit mundi facies in ipso primordio: incipit proficere operum sex dierum distinctionem.

Tunc superest ut dispositionem illam qualiter profecta sit ordine proficquamur. Sex diebus sicut docet scriptura genensis: distincte deus in formas redegit proprias cuncta que simul materialiter fecerat: profecitque



opus suum die sexto. et sic deinde die septimo requieuit ab omni opere: idest cessauit nouam creaturam facere. Sed. ii. diebus sex rerum genera distinxit: nihilque postea fecit quod in aliquo illorum non contineatur. Operatus est tamen postea sicut veritas in euangelio ait. Pater meus operatur usque nunc: et ego operor illud.

De quatuor modis diuine operationis.

Quatuor enim modis ut ait Alcuinus super genesim operatur deus. primo in verbo omnia disponendo. secundo in materia informi quatuor elementorum de nihilo eam creando. Unde qui uiuit in eternum creauit omnia simul. omnia scilicet elementa. vel omnia corpora materialiter simul creauit. Tertio per opera sex dierum varias distinxit creaturas. Quarto ex primordialibus seminibus non incognite originis nature. scilicet note septem reformauit ne peccaret.

Et de nature conditione angelice etc.

In parte precedenti determinauit magister de natura pure spirituali: in parte ista determinat de natura pure corporali quantum pertinet ad theologiam considerationem. scilicet secundum quod a deo in operibus. vi. dierum primitus instituta est. diuiditur autem in partes tres. In prima determinat institutionem corporalis nature quantum ad opus creationis. In secunda quantum ad opus distinctionis decimeterre. ibi. Hierarchiarum distinctionis operatio etc. In tertia quantum ad opus ornatus. etc. distinxit. ibi. Sequitur: Dixit dominus fiant luminaria. Prima in duas. In prima determinat de opere creationis secundum se. in secunda per comparationem ad alia opera. ibi. Nunc superest ut dispositionem illam etc. Prima in duas. In prima ponit diuersas opiniones de opere creationis. In tertia sequitur propositum secundum alteram illarum. Secundum hanc itaque traditionem etc. Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est intentio: et tangit opinionum diuersitatem. Secundo explicat eas. ibi. Quidam namque sanctorum etc. Secundum hanc utique etc. Hic prosequitur opus creationis secundum alteram dictarum opinionum. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat creationem materie primo create quantum ad nomen quod in scripturis nominatur. Secundo quantum ad ipsius conditionem: ibi. De qua prius tractem etc. Circa primum duo facit. Primo manifestat propositum. Secundo dubitationem excludit. Attendit quia hoc dicit Augustinus etc. De qua prius tractemus etc. Hic ostendit materie primo create conditionem: et primo quantum ad formam. secundo quantum ad locum. ibi. Et secundo proponatur etc. Sicut superest ut dispositionem etc. Hic determinat de opere creationis per comparationem ad alia opera: et circa hoc duo facit. Primo ponit operis ueritatem. Secundo ponit duorum operum distinctionem. ibi. Quatuor enim modis etc.

Circa partem istam quinque queruntur. Primo utrum omnium corporum sit una materia. Secundo utrum omnia corpora sint simul creata in speciebus suis di-

stincta. Tertio si simul distinctionem receperunt quo modo accipiendi sunt dies qui in principio genesis numerantur. Quarto si non simul distincta sunt qualis fuit illa informis materia. Quinto de numero quatuor coeuentium.

De primis sic proceditur. videtur quod omnium corporaliu sit materia una. quoru quicquid enim est forma una rationis eorum est una materia communis. eo quod prius actus est in propria potentia sit. ut dicit philosophus. sed forma corporeitatis est una rationis in omnibus corporibus. ergo videtur quod una materia sit superiorum et inferiorum corporum. Contra. Preterea. in littera dicitur: quod ex materia informi primo creata omnia corpora in formas distinctas formata sunt per opus distinctionis ornatus. ergo omnium corporum est una materia. Contra. Preterea. quoru quicquid est resolutio actu vel intellectu in unum et idem: sicut in subiectum primum: eorum est materia una. sed omnia corpora sunt huiusmodi. ergo etc. Probatio mea. illud in quo stat ultima resolutio omnium est simplex materia sine aliqua forma: quod quidem inuenitur aliqua forma in materia contigit ulterius resolueri. sed in materia que est sine omni forma non est aliqua diuersitas: quia principium distinctionis materie est ex parte forme. ergo omnium corporum resolutio stat in uno ultimo. Contra. Preterea. philosophus in primo physicorum: unam tantum materiam primam ponit. cum ergo in illo libro. de mobili in communi determinetur: videtur quod omnium corporum mobiliu sit una materia. Contra. Preterea. secundum methaphysicam. necesse est imaginari materias in re mota. que quecumque ueniunt in aliquo motu: uidentur in materia uenire. sed loci mutatio eorum est superiorum et inferioribus corporibus. ergo et materia. Contra. Sed contra. quoru quicquid non est una potentia nec una materia. quia sicut forma est actus: ita materia est potentia. sed corporum inferiorum et superiorum non est potentia eadem. quia secundum philosophum in. xi. methaphysicam. et in. viii. in inferioribus est potentia ad esse: sed in superioribus tantum ad ubi. ergo uideatur quod non eorum tantum sit una materia. Contra. Preterea. in quocumque inuenitur aliquid oportet inuenire illud a quo nunquam separatur. sed materia prima que est in inferioribus nunquam separatur a parte forme. quia quoad quocumque est sub forma una adiungit sibi partem forme alteri. partem autem adiuncta materie inducit corruptibilitatem. ergo uideatur quod materia prima inferiorum corporum non inueniatur in corporibus celestibus per suam naturam incorruptibilibus. Contra. Item. Sed contra. quod super hoc inuenitur duplex philosophorum opinio: quare utraque sectatores habet. Aluicent. n. uideatur ponere unam materiam esse omnium corporum argumentum ex ratione corporeitatis assumens. que cum sit una rationis una sibi materia debetur. hanc autem opinionem probare intendit in principio etc. et in. vii. in pluribus aliis locis: ex eo quod cum materia quatuor in se est sit in potentia ad omnes formas: nec possit esse sub pluribus. scilicet. quod secundum philosophum est sub una inuenitur in potentia ad alias. nulla autem potentia passiva inuenitur in natura cui non respondeat aliquid potentia actiua: potest eas in actu reducere: aliter talis potentia frustra esset. unde cum non inueniatur aliqua potentia naturalis actiua que substantia celi in actu alterius forme reducatur: quia non habet contrarium: sicut motus ostendit: quia morui naturalis eius. scilicet circulari non est aliquid contrarium: ut dicitur in primo celi et mundi. oportet quod in ipso nihil inueniatur de materia prima inferiorum corporum. nec potest dici quod materie prout est sub forma celi tota potentia terminetur: ita quod nihil remaneat in eadem potentia ad alias

formas non enim terminat potentia nisi per adeptio-  
 nez forme ad quam erat in potentia. vnde cum mate-  
 ria prima sibi se considerata sit in potentia ad omnes  
 formas naturales non poterit tota eius potentia cer-  
 minari nisi per adeptionem oium formarum. **Ad. n.**  
 vna forma recepta in materia et si sit nobilior et ma-  
 gis perfecta tollit potentiam ad formas alias mino-  
 bilem. materia enim sub forma ignis existens adhuc  
 remanet in potentia ad formas terre. vnde et si for-  
 ma celi sit nobilissima: nihilominus tamen recepta in ma-  
 teria prima non terminabit totas potentias eius nisi si-  
 mul cum ipsa recipiantur omnes alie forme: quod est  
 impossibile. Et preterea si poneretur quod forma celi p-  
 suas perfectiones totas materie potentias termina-  
 ret: ad hoc oporteret quod materia stans sub forma ele-  
 mentari esset in potentia ad formas celi: et reduceret in  
 actum per actiones virtutis celestis. et ita celum esset gene-  
 rabile et corruptibile. et ideo ipse vult quod nullo modo in ma-  
 teria veniant superiora et inferiora corpora. et hoc vult p-  
 babilius et magis consonus dictis phi. **Hec dico sicut qd**  
**da**z dicitur quod conveniunt in materia si sumatur p- fuda-  
 mento. **Primo** quod nec est albu nec e nigrum: vt dicitur p-  
 methaphy. sed differunt in materia sibi quod materia de-  
 terminatur p- motu. diuersitas enim motus est signum di-  
 uersitatis materie et non causa. sed e conuerso: quod motus  
 est actus existens in potentia. vnde ois quod vbi inuenit vna ma-  
 teria per eentiam inueniat potentia respectu eiusdem mo-  
 tus sibi quod materia est in potentia ad plura. **Ad** primus  
 ergo dicitur quod corporitas sibi intentione logica vniuocem  
 omnibus corporibus inuenitur: sed sibi esse considera-  
 ta non potest esse vniuocem in re corruptibili et incorrupti-  
 bili. quod non similitur se habent in potentia essendi cum vnu  
 sit pole ad esse et ad non esse: et alterum non. et p- modum istud vi-  
 citur p- b in. io. metha. quod de corruptibili et incorrupti-  
 bili nihil eode dicitur nisi eitate nois. et hoc comen. ibidem  
 hac ratione soluit. **Ad** sed dicitur: quod sicut ois res put  
 motus sunt in suo plemeto dicitur vnu mundus vel vnus vni-  
 uersus. ita etiam put erat in formis ex defectu vltimi co-  
 plemeti dicebat vna materia informis: non quod p- p-  
 titate tam oia ex vna materia numero facta sint. **Ad**  
 tertium dicitur. quod sibi autem. non e querenda dicitur per aliquos  
 actus: nisi in illis que in vna potentia conveniunt. species  
 enim que conveniunt in vna potentia generis distinguunt  
 specificis differentiis. sed ipse differentie que non conue-  
 niunt in genere: nec generis est pars eentie earum seipsis distin-  
 guunt. similiter etiam genera generalissima non dividuntur  
 aliquid differentiis: sed seipsis. Sicut etiam composita  
 que conveniunt in materia distinguuntur sibi analogias ad di-  
 uersos actus: put in eis diuersa ratio politaris inuenit.  
**Ad** quartum dicitur: quod p- b in lib. phy. nodum pbauerat  
 esse gentem eentiam: quod in principio ce. et mundi demonstrat.  
 et id in lib. phy. nihil determinat de his que sunt p- pa illi  
 eentie: p- p- qd etiam tractatum de infinito replicat: vt  
 comen. in primo ce. et mun. recitat. **Ad** quintum dicitur: quod  
 sicut in primo de gene. dicitur. materia est immediate subiectus  
 generatiois et corruptiois. aliorum autem motuum p- prius et  
 posterius: tanto plus quanto illud quod est in materia ma-  
 iores perfectiones motus presupponit. et ideo in illis tamen est  
 vnitatis materie prime que in generatione et corruptione  
 conveniunt. et per omnes etiam illa que conveniunt tribus motibus  
 .s. augmento et diminutione et alteratione sibi quod aug-  
 mentum et diminutio non est sine generatioe et corruptio-  
 ne: que est alterationis terminus est. sed loci mutatio vt  
 in. viii. phy. pbat est materie perfecta: quod nihil variat de-  
 eo quod est intraneum rei. vnde subiectus huius motus est ens

completum in esse primo et in oibus proprietatibus intraneis  
 rei. et talis motus convenit corpori celesti. et id materia  
 eius est sicut subiectum p- p- tatem inferioribus: vt dicit  
 comen. in lib. de substantia orbis. vnde tenet coitas mate-  
 rie sibi analogias tantum.

**Ad** secundum sic proceditur. videtur quod omnia  
 sunt simul creata et per species distincta. **Primo**  
 per hoc quod habet ecclesiastici. xviii. qui vivit in eternum creavit omnia simul. **Pre-**  
 magis distat spiritualis et corporalis creatura sibi due  
 corporales. sed spiritualis et corporalis simul facta esse  
 ponuntur. ergo multo fortius omnes corporales.

**Preterea**. vt dicitur deuteron. xxiii. dei perfe-  
 cta sunt opera. nec potest esse ratio: quare perfectio  
 ad tempus differat quam creatura per se consequi  
 non poterat: nec ab alio: nisi a deo. cum ergo creatu-  
 re secundum suas perfectiones in species distinguantur.  
 videtur quod a principio sub distinctione specierum  
 creata sint omnia. **Preterea**. opus creationis di-  
 uinam potentiam manifestat. sed potentia agentis  
 minus demonstrat effectus successive completus sibi  
 subito in sua perfectione productus. ergo videtur quod  
 a principio omnia simul distincta creata sint. **Pre-**  
 terea. constat quod deus totum opus vniuocem diei in vno momē-  
 to produxit. ergo videtur ridiculum dicere quod in toto  
 die ab operando cessauerit vsque ad principium al-  
 terius diei: quasi ex opere lassatus. ergo videtur quod  
 non per successiones dierum creature distincte sint.

sed a principio creationis. **Preterea**. partes vni-  
 uersi dependent adinuicem: et precipue inferiores a  
 superioribus. sed eorum que dependent adinuicem  
 vnum non est sine altero. ergo videtur inconuenien-  
 ter dici primo fuerit aqua et terra: et postmodum  
 stelle facte sint. **Sed** contra. Augustinus dicit sibi  
 per genisim vndecimo: quod maior est huius scripture  
 auctoritas que habetur in principio Genesim que om-  
 nis humani ingenii perspicacitas. sed ibi scriptum  
 est per senarium dierum creaturas distinctas esse.

ergo videtur quod ita necessarium sit ponere. **Pre-**  
 terea. natura imitatur operationem creatoris. sed in  
 operatione naturali est processus de imperfecto ad  
 perfectum. ergo videtur quod etiam in operatione  
 creatoris. et ita videtur quod non omnia simul distin-  
 cta sint in ipso creationis principio. **Respondendo**  
 dicendo: quod que ad finem pertinent dupliciter di-  
 stinguuntur. quedam enim sunt per se de substantia  
 fidei: vt deum esse trinum et vnum: et huiusmodi: in  
 quibus nulli licet aliter opinari. Unde apostolus ad  
 galathas primo dicit: quod si angelus dei aliter euan-  
 gelizauerit sibi ipse duocnerat anathema sit. Que  
 dam vero per accidens tantum in quantum scilicet  
 in scriptura traduntur quam fides supponit: spiritu  
 sancto dictante promulgatam esse: que quidem igno-  
 rari sine periculo possunt ab his que scripturas scire  
 non tenentur: sicut multa historialia: et in his etiam  
 sancti diuersa senserunt scripturam diuinam diuersi  
 mode exponentes. Sic ergo circa mundi principium  
 aliquid est quod ad substantiam fidei pertinet. s. mun-  
 dum incepisse creatur. et hoc omnes sancti commu-  
 niter dicunt: quo autem modo et ordine factus sit non  
 pertinet ad fidem nisi per accidens: in quantum in  
 scriptura traditur: cuius veritate diuersa expositioe  
 sancti saluantes diuersa tradiderunt. Augustinus  
 enim vult in ipso creationis principio quod res p-  
 species suas distinctas fuisse in natura p- pa vt elementa

corpora celestia. & substantias spirituales. Alia vero in rationibus seminalibus tantum. vt animalia. plantas. & homines. que omnia postmodum in naturis propriis producta sunt in illo opere quo post se narum illorum dierum deus naturam prius conditam administrat. de quo opere. Jo. quinto dicit pater meus vsq; modo operatur: & ego operor: nec in distinctione rerum attendendum esse ordinem temporis: sed nature & doctrine. nature sicut sonus precedit cantum natura: sed non tempore. & ita que naturaliter priora sunt prius facta memorantur. sicut terra prius q̄ animalia. & aqua prius q̄ pisces. & sic de alijs. doctrine vero ordine sicut patet in docentibus geometriam. quibus enim partes figure sine ordine temporis figuram constituunt tamen geometria docet constitutionem fieri protrahendo lineam post lineam. & hoc fuit exemplum Platonis vt dicitur in principio celi & mundi. Ita etiam & Moyses rudem populum de creatione mundi instruens per partes diuisit que simul facta sunt. Gregorius vero et alii sancti ponunt ordinem temporis in distinctione rerum seruatum. & hec quidem positio est communior: & magis consona verbis littere quantum ad superficies: sed prior est rationabilior. & magis ab irrisione infidelium sacram scripturam defendens: quod valde obseruandum docet Augustinus super Genesim libro primo: vt sic scripture exponantur q̄ ab infidelibus non irrideatur. & hec opinio plus mihi placet. tamen vtramq; sustinendo ad omnia argumenta respondendum est. **C** Ad primum ergo dicendum est q̄ secundum Gregorium dicuntur omnia simul creata per substantiam materie & non per species forme vel etiam in sui similitudine. sicut anima rationalis que angelis similis est non ex materia propaganda. **C** Ad secundum dicendum q̄ corporalia omnia comunicant in materia siue sit vna siue plures & quia materia non precedit compositionem ideo vt ordo temporis ordini nature responderet: prius facta est materia corporalis. & deinde per formas distincta non autem corporalis natura ex spiritali producit. vel sicut ex materia vel sicut ex efficiente. et ideo non est similis ratio. **C** Ad tertium dicendum q̄ sicut creatura non habet esse et se ita nec perfectio. & id ad vtrumq; ostendendum voluit: vt creatura prius non esset & postmodum esset. & similiter prius esset imperfecta & postmodum perfecta. **C** Ad quartum dicendum q̄ in creatione non tantum debet ostendi potentie virtus: sed etiam sapientie ordo vt que prius natura sunt prius etiam instituantur. **C** Ad quintum dicendum q̄ ad ostendendum diuersam distinctionum naturam voluit deus vt vnicuique rerum distinctioni dies vnus responderet: & non ex aliqua necessitate vel lassitudine agentis. **C** Ad sextum dicendum q̄ non est eadem natura rei iam perfecte & prout est in suo fieri. Et ideo quibus natura mundi compleri hoc erigat vt omnes partes essentielles vniuersi sint simul potuit tamen aliter esse ab ipsa mundi factio. sicut in homine perfecto non potest cor esse sine alijs partibus. & tamen in formatione embryonis cor ante omnia membra generatur. **C** Ad septimum dicendum q̄ auctoritati scripture in nullo derogatur dum diuersimode exponitur salua tamen fide. quia maior veritate eam spiritus sanctus secudauit q̄ aliquis homo adinuenire possit. **C** Ad octauum dicendum q̄ hoc est ex imperfectione creatu-

re q̄ ex imperfecto ad perfectionem operando venit. que proculdubio vltimam perfectionem daret quantumcuq; posset. seruata tamen operis conditione. & ideo non oportet q̄ in hoc diuinus opus operationi creature sit simile.

**T**ertium sic proceditur. videtur q̄ secundum expositionem Augustini dierum distinctio non saluetur. Dies enim nominat quoddam tempus: sed in rerum formatione secundum Augustinum. non fuit successio temporis. ergo nec seruata est distinctio dierum. **C** Preterea cum dies ponat illuminationem quandam oportet q̄ dies intelligantur. vel secundum illuminationes lucis corporalis vel intellectualis: sed non secundum lucem corporalem: q̄ hoc non facit dies nisi pluribus revolutionibus que successione temporum complentur. nec iterum secundum lucem intellectualem: q̄ lux intellectualis creata non influit per modum irradiationis ad creationem rerum: sed ratio diei requirit irradiationem aliquam. ergo videtur q̄ dies illi non puenienter assignentur. **C** Preterea in illuminatione spirituali non est inuenire diuersas partes: sed diei assignantur diuerse partes. s. mane & vespere. ergo vt non possint intelligi dies illi secundum illuminationem lucis spiritualis. Si dicatur q̄ mane huius diei secundum cognitionem rerum in verbis. vespere autem secundum cognitionem rerum in propria natura contra. q̄. in illo dicitur res cognosci a quo similitudo rei accipitur. sed angeli non habent rerum cognitionem per similitudines a rebus acceptas sed per species a verbo in eorum mentes in fluxas. ergo tantum in verbo cognoscunt res creatas: & non in propria natura. & sic habent tantum mane & non vespere. **C** Preterea vbiq; est res ibi potest cognosci. sed res creata habet triplex esse. s. in verbo & in mente angeli & in propria natura. quod significat secundum Augustinum super genesim. i. p. h. quod dicit fiat. Quantum ad esse rei in verbo factum est. quantum ad esse rei in mente angeli fecit quantum ad esse rei in propria natura. huius diei debet tres partes assignari. **C** Preterea sicut quilibet dies vespere & mane. ita & meridiem. s. sicut assignat cognitio matutina & vespertina & meridiana. **C** Preterea omnes dies debent esse vniiformes. sed prime diei non assignatur mane: q̄ mane quod post vespere ponit non potest esse. mane a qua incipit primus dies sed in quo terminatur. Septima autem dies ponitur habere mane ad quod terminatur. Serte dies & non vespere. ergo nec alius diebus mane simul & vespere assignari debent. **C** Preterea de vespere in mane non transitur nisi per noctem. sed de nocte nulla fit mentio. ergo in sufficientur traditur dierum ordo. **R**espondeo dicitur q̄ secundum Augustinum illi sex dies sunt vnus dies sex rerum distinctionibus secundum quas numerat simul positus. sicut est vnus verbum est quo oia facta sunt. s. dei filius quibus frequenter legat. dixit deus. & sicut illa opa salua sunt in oibus sequentibus q̄ ex eis propagantur operatione nature. ita etiam illis sex dies manent in successione tota temporis. quomodo autem hoc sit videndum est. Natura angelica intellectualis est: & lux est & si prope lux est ordo eius illustratio dies dicatur. Angelica autem natura in principio conditionis rerum cognitionem earum accepit. et sic quodammodo lux intellectus eius rebus creatis presentabatur in quantum cognoscebantur. vnde ipsa cognitio rerum dies dicitur. et secundum diuersa genera cognitorum: & ordinem distinguuntur: et ordinantur dies: vt in primo die intelligatur

formatio spiritualis creature per conuersionem ad verbum. In secundo die formatio corporalis creature quantum ad superiorem partem que firmamentum dicitur. In tertia quantum ad inferiores partes. scilicet terre aque et aeris vicini. In quarta superior pars. scilicet firmamentum ornatur. In quinta inferior quantum ad aere et aquas. In sexta quantum ad terram. Cum autem deus sit lux plena: et tenebre in eo non sint. ut in Job. i. cognitio ipsius dei in se est plena lux. sed quia creatura ex hoc quod ex nihilo est: tenebras possibilitatis et imperfectiois habet. ideo cognitio qua creatura cognoscitur tenebris admixta est. potest autem cognosci dupliciter. vel in verbo secundum quod erit ab arte diuina. et sic eius cognitio matutina dicitur: quia sicut mane est finis tenebrarum: et principium lucis. ita creatura a verbo est principium lucis sumit postquam prius non fuerat. cognoscitur etiam prout est in natura propria existens: et talis cognitio dicitur vespertina. propter hoc quod sicut vespere est terminus lucis et tendit in noctem. ita et creatura in se subsistens est terminus operationis ubi. quasi facta per verbum. et de se in tenebras defectus tendens. nisi verbo portaretur. et ideo hec cognitio dies dicitur: quia sicut in comparatione ad cognitionem verbi tenebrosa est. ita est lux in comparatione ad ignorantiam. que omnino tenebra est. sicut vita iustorum presens caliginosa dicitur respectu future glorie que tamen lux est in comparatione ad vitam peccatorum. et sic attenditur quedam circulatio inter mane et vespere secundum quod angelus seipsum cognoscens in propria natura hanc cognitionem retulit ad verbum. sicut ad finem in quo sequentis operis cognitionem sumpsit. sicut in principio. et sicut huiusmodi mane est finis diei precedentis. et principium sequentis: et hec quidem expositio subtilis et congrua est dummodo lux vel dies proprie in spiritualibus dicatur et si metaphorice. ut Augustinus vult super Genesim. iiii. aliter enim esset expositio mistica et non litteralis. Sed quia a pluribus negatur. ideo sustinentes cum Augustino quod omnia sunt simul creata et in species distincta. possumus dicere quod dies accipiuntur secundum illustrationem lucis corporalis. ita tamen quod ordo dierum attendatur. secundum ordinem eorum et distinctiones in que lux corporalis refulget. sicut enim omnium creaturarum naturalium cognitionem angeli acceperunt. ita etiam proprie in spiritualibus dicatur et si metaphorice. ut Dionysius dicit diuersimode in diuersis recepta secundum diuersitatem recipientium. et ideo sicut Augustinus distinguit sex dies secundum penetrationem lucis spiritualis que primo die facta est per rerum generibus. ita secundum presentationem lucis corporalis sex rerum generibus possunt eodem modo sex dies distingui sine distinctione temporis. Et quia periodus uniuscuius rei corporali secundum influentiam lucis presignitur quasi inter duos terminos. cum quelibet virtus corporalis finita sit. ideo illi termini mane et vespere dicuntur ultra quos virtus rei non extenditur. Ad primum ergo dicendum quod dies est pars temporis et lucis effectus distinctio. ergo primorum dierum non sumitur ex parte temporis sed ex parte lucis. secundum quod diuersa per lucem declarantur vel quantum ad cognitionem angelicam vel quantum ad influentiam lucis corporalis in diuersa. Ad secundum dicendum quod lux illa et corporalis et spiritualis potest intelligi. et si intelligatur corporalis dies distinguetur se-

cundum diuersa illuminata: et non secundum illuminationis tempus. Si autem intelligatur spiritualis non est per influentiam lucis ad res creandas: sed per fulgorem lucis ad res cognoscendas. Ad tertium dicendum quod partes diei secundum lucem spiritualem non sunt diuersa cognita. sed secundum diuersos modos cognitionis eiusdem rei. et sicut dies non sunt successui: quia angelus in verbo simul diuersa genera rerum intuetur. ita nec partes diei unius: quia si mul videt in verbo creaturas: et in propria natura. Ad quartum dicendum quod non dicitur cognitio vespertina que est rerum in propria natura. ex eo quod ab ipsis rebus species sumant per quas cognoscant. Sed quia per species quas a creatione receperunt res cognoscunt prout in propria natura subsistunt.

Ad quintum dicendum quod species rerum primus habet esse in arte diuina que est verbum quod esse significatur cum dicitur. dixit deus fiat. id est verbum genuit in quo erat ut fieret. Secundum habet esse in intelligentia angelica quod significatur in hoc quod dicitur: factum est per influentiam verbi. tertius esse habent in rebus quod significatur in hoc quod dicitur fecit. et ideo ista triplex distinctio non ponitur in productione lucis spiritualis nec in formatione hominis quia etiam intellectualis ponitur. et sic etiam angelus triplicem de rebus cognitionem habet: scilicet prout in verbo sunt. prout sunt in mente eius. et prout sunt in propria natura: quibus autem nunquam cognoscit res in propria natura nisi per species quas habet apud se. tamen differt cognitio qua cognoscit prout sunt in seipso et prout sunt in propria natura. potest enim intellectus conuerti ad speciem quam apud se habet dupliciter. Aut considerando ipsam secundum quod est ens quoddam intellectum. et sic cognoscit de ea quod est intellectuale vel vniuersale vel aliud huiusmodi. aut secundum quod est similitudo rei. et sic intellectus consideratio non sistit in specie. sed per speciem transit in rem cuius similitudo est. sicut oculus per speciem que est in pupilla videt lapidem et est simile de imagine lapidea que potest considerari secundum quod est res quedam vel similitudo rei. et ita patet quod due cognitiones dicte differunt. sed vtraque est vespertina. quia esse ipse intellectus angeli creatura est. et in tenebris defectus tendens quantum in se est. Ad sextum dicendum quod cognitio meridiana non potest esse cognitio creature. cui defectibilitatis tenebra admixta est. sed cognitio ipsius dei qui est plena lux. Et ideo in operibus creatoris meridies non nominatur. Ad septimum dicendum quod in prima die secundum Augustinum formatio narratur ipsius intellectualis nature. cuius cognitio esse eius in propria natura natura sequitur. et ideo sui ipsius cognitionem matutinam non habet: sed vespertinam. Similiter et septima dies pertinet ad quietem dei in se ipso ex omnibus operibus que propter se fecit. et hec quies nullo defectu clauditur et propter hoc in die illa vespere non nominatur. Ad octauum dicendum quod si Angelus cognitione creature accepta: tam in laude creatoris si referreret. in ipsa creatura subsistens non in eo fieret. hoc enim esset peruerse frui creatura. hoc autem non conuenit beatis angelis quod per lucem significantur. et ideo in illo dierum senario non commemoratur. vel potest dici secundum aliam viam quod mane et vespere ponuntur quia sunt principia diei et noctis. ibi autem ostenditur institutio principiorum ne ex

quibus omnia propagata sunt. 7 ideo ponuntur extrema relictis mediis.

¶ Quartum sic proceditur. videtur q prima materia informis erat. Illa enim materia comunis erat omnibus elementis. qz ex illa omnia facta sunt: sed elementa non conveniunt nisi in materia informi. ergo prima materia omnino informis erat. ¶ Preterea Augustinus dicit in libro confessionum ad deum loquens. docuit si domine famulam tuam q priusqz ista faceres nō aliquid erat nec species nec color: sc. nec tamen omnino nihil erat: qz informitas quedam erat. ergo prima materia omnino forma carebat. ¶ Preterea si illa materia formam aliquam habebat aut habebat formam corporis mixti. aut corporis simplicis. sed non corporis mixti. qz sic esset mixtum prius corporibus simplicibus quod esset consonum pōi anarago re. ergo oportet q haberet formam corporis simplicis. 7 sic redibit opinio antiquorum naturalium qui ponebant vnum elz omnium vel ignem vel aquas vel aerem. Si dicatur q non habebat aliquam haurum formam: sed aliam. contra. omne quod generatur: generatur ex suo contrario. sed ex ista prima materia exite sub forma corporali facta sunt. et ergo oportet q habuerit contrarietatem ad elementa que ex ea facta sunt. sed contrarietatem primorum corporum non potest extendi ultra quaternarium numerum: vt in secundo de generatione probatur. ergo oportuit materiam illaz esse sub forma alicuius quatuor elementorum: si fuit sub forma aliqua corporali. et ita vnum tantum esset elementum primuz: qd iprobat philosophus. oportuit ergo q materia illa omnino fuerit informis. ¶ Sed contra omne esse ē a forma. si ergo materia prima est ante rerum distinctionem: oportet q formas aliquas habuerit. ¶ Preterea sicut se habet corpus naturale ad diuersas figuras: ita se habet materia prima ad formas substantiales: sed impossibile est esse aliquod corpus absqz omni figura. ergo impossibile est esse materiaz absqz omni forma. ¶ Respondeo dō q materia prima dō dupliciter. vel ita q primum importet ordinem nature: vel ita q importet ordinem temporis. hz q importat ordinem nature materia prima est illud i quo vltimo stat resolutio corporum naturalium quod oēs esse absqz omni forma. qz omne subiectum quod habet formam est diuisibile in formam 7 subiectum forme. 7 ideo qz omnis cognitio est per formas: hec materia prima est scibilis: vt dicit pbs i primo phisicoz fm analogiā tñ prout dicimus illā ēē materiā primaz qd ita se hz ad oia corpora: sicut se habet lignum ad lectum. 7 qz materia prima sic accepta non habet aliquam formam partem essentie sue: nunquaz tñ diuiditur ab omni forma vt probat Auin. in sua methaphisica imo quando amittit vnam formam acquirat aliam fm q corruptio vnius est generatio alterius. 7 ideo materia prima sic accepta non potuit esse duratione ante corpora: ex ea formata. ¶ Alio modo dicitur materia prima secundum q primum i portat ordinem temporis illud. sc. quod duratione p cessit ordinatam dispositionem primum mundi qualis nunc cernitur fm eos qui ponunt mundum nō semper fuisse. nec a principio creationis omnia distincta fore. 7 sic. accipiendo primam materiam: oportet eam habere aliquam formam. Sed circa hoc antiqui philosophi diuersificati sunt. quidam enim posuerunt

eam esse totam sub vna forma: ponentes vnum elementorum omnium primam materiam esse vel aliquid inter ea. 7 ex isto omnia generari constitunt de sitate 7 raritate. ¶ Alii vero posuerunt eam sub pluribus formis: non tamen ordinatis adinuicem. sed quadam confusione per mixtis que creatoris operatione ad ordinem 7 distinctionem reducte sunt. 7 hoc tamen diuersimode posuerunt: vt philosophus narrat. quod ad presens non pertinet. 7 hec omnes positiones 7 philosopho sufficienter improbate sūt. Moderni autem in has duas vias diuiduntur. quidam enim ponunt materiam illam primam totam sub vna forma creatam: sed ne in antiquum errorem labi videantur: ponunt illam formam non esse vnu elementorum: sed aliquid se habet inuia ad eas. vt imperfectum ad perfectum. sicut forma embrionis se habet ad animal completum. sed hoc non potest similiter dici in elementis. quia secundum commentatorem in quinto methaphisice. prima habitas que est materia est ad formam elementi. vnde non inuenitur aliqua forma media inter materiam primam 7 formam elementi. sicut inueniuntur multa media inter materiam primam 7 formam animalis: quarū vna alteri succedit quousqz ad vltimam perfectione veniatur: intermediis multis generationibus 7 corruptionibus. vt Auicem. dicit. ¶ Et preterea cū tunc naturalia principia instituta fuerint oportet etiam nunc in naturali elementorum generatione ad vna aliam formam ante formam elementi quod est sensum. nisi forte dicatur fm positionem libri fontis vite: ēē vna primā formā. 7 sic in materia prima inductam fore formam corporalem comunem 7 postmodū formas speciales distinctas. Sed hanc positionem Auicem. improbat: quia omnis forma substantialis dat esse completum in genere sbe. quicqd autem aduenit postqz res est in actu est accidens. ē enim in subiecto quod dicitur ens in se completum. vnde oportet omnes alias formas naturales esse accidentia. 7 sic rediret antiquus error q generatio esset idem quod alteratio. vnde ipse vult q ab eadē forma per essentiam: ignis sit ignis 7 corpus 7 substantia. 7 ideo tenendo viam aliorum sanctorum qui ponunt successionem in operibus sex dierum: videtur mihi dicēdū q prima materia fuit creata sub pluribus formis substantialibus. 7 q omnes forme substantiales partium essentialium mundi in principio creationis producte sunt. 7 hoc sacra scriptura ostēdit que celus terras 7 aquas in principio commemorat. 7 hoc etiam magister dicere videtur ponens in illa informi materia hoc terreum elementum in medio consistere: et aquas rariores fuisse in modum nebule supra extensas. sed dico q virtutes actiue et passiue nondū in principio partibus mundi colate fuerant. secundum quas postmodū distingui et ordinari dicuntur. 7 hoc esse possibile patet si susline re volumus opinionem Auicem. qui ponit elementa in mixto remanere secundum formas substantiales quantum ad primum esse. transmutari autem quantum ad secundum. scilicet quantum ad qualitates actiuas 7 passiuas. est enim mixtio miscibilium alteratorum vno. vnde possibile est materiam esse sub forma substantiali sine hoc q habeat qualitates actiuas 7 passiuas in sui cōplemento. 7 sic cum esse primum naturaliter precedat esse secundum expressus est ordo nature i successionem tēporis. dū res sus

sunt inesse primo quod perficiantur inesse secundo.  
**C** Ad primum ergo dicendum quod illa materia prima que vna numero est in omnibus elementis ut per se esse eorum: est omnino in formis in sua essentia considerata, sed hoc non potuit esse duratiōe precedere, unde illa materia que duratiōe precessit corporalis fuit non vna per unitatem essentie, sed per similitudinem informitatis quantum ad formas secundas.  
**C** Ad secundum dicendum, quod cum Augustinus non ponat ordinem duratiōis sed nature tantum: secundum ipsum oportet dicere quod materia prima est omnino informis, quod non potest esse secundum aliam positionem sanctorum. **C** Ad tertium dicendum quod non habebat formam vnam sed plures non quidem formas corporum mixtorum: quia hec consequuntur virtutes actiuas et passiuas principiorum mundi: ex quibus essentialiter integratur: et per hoc patet responsio ad quartum.

**D** Quintum sic proceditur, videtur quod inconuenienter assignentur quatuor coeua, scilicet celum empiricum: angelica natura: materia quatuor elementorum: et tempus, locus enim consequitur generationem rerum sicut et tempus, sed de loco nulla fit mentio inter prima creata, ergo nec de tempore.  
**C** Preterea tempus est accidens quoddam, sed de alijs accidentibus non fit mentio: sed intelliguntur cum suis subiectis creata, ergo videtur quod nec de tempore debet fieri. **C** Preterea tempus est mensura motus primi mobilis: sed primum mobile, scilicet firmamentum factum est secundo die, ergo tempus in principio creationis non fuit. **C** Preterea superiorum et inferiorum corporum eadem est materia, sed in principio creationis instituta est omnium corporum materia, ergo videtur quod debeant esse quinque, scilicet celum empiricum: materia firmamenti: materia quatuor elementorum etc. **C** Preterea in quolibet sex dierum dicitur, dixit deus fiat: ut ostendat opus illius dici per verbum factum esse, cum ergo in formis materia per verbum facta sit, videtur quod in eius creatione debeat dici, dixit deus fiat celum et terra. **C** Preterea queritur, secundum quid numerus horum sumatur. **R**espondeo deo de hoc vltimum, primo quod per opus creationis instituta est tota creatura quantum ad esse suum in forme, unde que non possunt dici ad vnum informem principium quod est materia: faciunt numerum in operatiōe creationis. Substantia enim et accidens non reducuntur in vnam materiam: quia accidens pars materia non est, et ideo non pueniunt in materia ex qua, potest tamen dici aliquo modo accidens conuenire cum subiecto in materia in qua: secundum quod accidens est in subiecto, et ideo illud accidens quod est sicut est mensuratio denotans subiecto connumerat, scilicet tempus. Sicut subiecta spiritualis et corporalis non reducuntur in vnam materiam, cum spiritualia materia careant, et ita connumerat angelus. Sicut etiam corporum celestium et inferiorum non est vna materia, et ideo numeratur celum et materia quatuor elementorum, et sic omnia in creationis opere quatuor predicta connumerari. **C** Ad primum ergo de loco est superficies corporis locantis, et ideo creatio loci cum creatiōe corporalis nature intelligitur. **C** Ad secundum deo quod accidentia quodam denominat illud in quo sunt, sicut Albedo, et talia intelliguntur creata in creatione suorum subiectorum, si sunt de illis que esse primum consequuntur, ut figura et quantitas et huiusmodi, quedam autem denominat et illud in quo non sunt ut in subiecto sic locus, modo, non deus est locus corporis continentis in quo est ut in subiecto: sed

corporis preterea, et tempus est numerus diuisiōis motuum, et si primo eius in quo est ut in subiecto, scilicet motus primi mobilis per quem omnes alii numerantur ut in, et metha, dicitur, sed tamen alia est ratio de tempore et de loco: quia locus est idem per essentiam quod superficies corporis locantis, tempus autem non est idem numero cum alio quo accidente in subiecto fundato. **C** Et preterea loco totum complementum suum habet in re: sed tempus ratio alio modo completur ex actione anime numerantis, vnde magis habet rationem extrinseci quam locus, et ideo potius numeratur primo creatis quam locus vel aliud aliquod accidens. **E**t precipue hoc factum puto ad remouendum antiquum errorem philosophorum qui tempus posterunt eternum preter personam ut in, viii, philosophorum dicitur.  
**C** Ad tertium deo quod motus celi incepit secunda die, sed non omnia simul creata sunt, unde non potest intelligi de tempore quod est numerus motus primi mobilis, sed oportet quod vel per tempus significetur eum ut quidam dicunt vel tempus large sumatur pronumero cuiuscumque successiōis: ut similiter tempus primo creatum dicitur quod mensurat ipsam creationem per quam primo a non esse inesse res prodierunt. **C** Ad quartum dicendum quod firmamentum secundum quosdam est de natura inferiorum corporum, et sic materia eius intelligitur in materia quatuor elementorum, et sic solum celum empiricum erat alterius nature et quinta essentia: sed si dicamus firmamentum esse quintam essentiam tunc per celum intelligitur empiricum celum: et celum christallinum et celum sidereum: sed quantum ad naturam in formem horum duorum, scilicet celi christallini et sideris potest creatio eorum intelligi in creatione quatuor elementorum, celum enim empiricum statim in sua creatione vltimum complementum habuit. **C** Ad quintum dicendum quod verbum proprie loquendo importat rationem forme exemplaris ad creaturas eo quod verbum est ars ut Augustinus dicit, et ideo in senario dierum ubi formatio creature narratur conuenienter mentio de verbo fit, ubi autem narratur productio informis, materie filius ostenditur, ea ut principium, et non ut verbum, unde diuersimode vtrobique loci trinitatis caritas ostenditur. In creatione siquidem informis materie designatur pater nomine dei qui creauit, filius nomine principii, spiritus sanctus nomine proprio, cuius dicitur spiritus domini. In formatione vero rerum significatur pater ut dicens: filius ut verbum: spiritus sanctus ut benignitas qua approbatur quod factum erat eodem namque amore quo deus voluit ut creatura fieret ei placuit ut maneat. **C** Qua nomine terre etc. Sciendum quod secundum Augustinum, qui non ponit in distinctione rerum ordinem temporis oportet quod materia prima intelligatur omnino in formis ut dictum est: et sic vocabitur nomine aque vel terre propter similitudinem tantum, ut dicatur terra propter carentiam forme, terra enim inter omnia est minus habet de spiritu cum sit magis et grossum, aqua vero propter receptibilitatem formam: quia humidum est bene receptibile: et terminabile, sed abissus dicitur ex hoc quod est turpis per accidens ut in primo philosophorum dicitur. Abissus, non dicitur ab aqua: quod est sine terra: bisso: quod est genus lini candidissimi, id est sine candore, et hoc accidit materie ratione priuationis, vel dicitur abissus, quia sine basi de aliquo magna profunditate et proprie aquarum secundum Augustinum, et similiter materia prima abissus dicitur: in quantum priuat forma, per quam esse substanticum recipit. Sed secundum alios sanctos possumus dicere quod ad litteram erat

sub forma substantiali terre vel aque. Tertia autem erat inanis et vacua. Si intelligitur per terram materia informis. sic oportet exponi receptibilitatem materie quodammodo esse similis receptibilitati loci in quantum in una materia manente succedunt sibi diuerse forme. sicut in uno loco diuersa corpora. propter quod plures locum: et materiam: idem esse dicitur. ut in quarto philosophorum dicitur. et ideo ea que sunt loci. similitudinariè materia dicitur. ut materia dicatur inanis et vacua sine carentiam forme. sed vacua in quantum forma implet capacitatem materie inanis in quantum forma est finis in quem tendit appetitus materie. Si autem terra sumatur pro elemento adhuc informi sic ad litteram dicitur vacua et inanis: propter carentiam corporum mixtorum quorum ipsa est locus et ad quem quasi ad finem ordinatur. Sine aeris obscura qualitate etc. Sciendum quod omnis priuatio quantum ad id quod significatur per nomen est non ens: sed tamen oportet quod aliquid presupponatur. quis enim priuatio est negatio in subiecto ut in quarto metaphysice dicitur: presupponitur subiectum et habitus ipsius ad receptionem forme que priuatur. et ideo cum tenebra opponatur luci per modum priuationis potest tripliciter sumi. aut pro ipso subiecto priuato quod est aer obscurus. et sic consistat tenebras aliquid esse et creaturas esse. Secundo modo potest sumi pro ipsa virtute aeris per quam est receptivus lucis. que est a diaphaneitate secundum quod non est perfecta per lucem. et sic tenebra potest dici obscura qualitas aeris. que aliquid creatum est. Tertio modo sumitur proprie pro eo quod significatur per nomen. et sic priuatio est non ens et hoc modo per se loquendo non potest dici creatura a deo sed solum per accidens in quantum fecit naturam opacam et cuius oppositione ad corpus luminosum tenebra relinquitur. sicut dicitur tenebras in domo facere qui claudit fenestram. Primo in verbo omnia disponendo etc. videtur hoc esse falsum: quia nihil quod sit in verbo est factum et ita in verbo deus nihil operatur. Ad quod dicendum. quod secundum quosdam alimus improprie locutus est. et est exponendum operatur in verbo. id est genuit verbum quod est ars omnium operandorum per ipsum. Hoc autem ideo dicunt quia non faciunt differentiam inter operari et facere. cum multum differant. quia facere proprie est actus rei transiens in exteriori materia. unde philosophus dicit in sexto ethicorum artificialia esse factibilia. et sic deus non fecit aliquid ab eterno. Sed operatio dicitur quilibet actus rei etiam si exteriori non transeat. sicut intelligere est operatio intellectus. et potest esse sine motu. unde philosophus in vii. ethicorum dicit quod deus una simplici operatione gaudet et per hunc modum deus ab eterno in verbo operatur. sicut artifex excogitando formas artificillium.

**Distinctio Decimaquarta.**

**Que prima fuerit distinctionis operatio.**

**Prima autem distinctio**

**operatio fuit formatio lucis: sicut ostendit scripturar: que commemorata rerum**

informitate earum dispositiones a luce ichoavit subdens. Dixit deus: fiat lux: et facta est lux. et diuisit lucem a tenebris. appellauitque lucem diem et tenebras noctem. et factus est vespere et mane dies unus. Logice mundi ornatu natus a luce cepit. vbi cetera que creanda erant viderentur.

**Qualis fuerit lux: illa spiritualis: an corporalis.**

**Queritur qualis illa lux fuerit corporalis. an spiritualis. id respondeamus quod a sanctis traditum legitur.**

**Dicit enim Aug. quia lux illa corporalis vel spiritualis intelligi potest. Si spiritualis accipitur: angelica natura intelligitur: que prius informis fuit: sed postea formata est cum ad creatorem suum conuersa: ei charitate adhesit. cuius informitatis creatio superius significata est. vbi dictum est. In principio creauit deus celum et terram. Sic vero eiusdem formatio ostenditur cum ait. Fiat lux. et facta est lux. Nec ergo angelica natura prius tenebre et postea lux fuit. quia prius habitus informitatis et imperfectionis: deinde formationis perfectionis. et ita diuisit deus lucem a tenebris. Nam ut ait Aug. super genesim. Huius creature informitas imperfectio fuit antequam formaretur in amore conditoris. Formata vero est quam uersa est ad incorruptibile lumen verbi. Si vero corpus fuit lux illa: quod vtius probabile est: corpus lucidum fuisse intelligitur: velut lucida nubes: quod non de nihilo sed de preceperati materia formaliter factum est: ut lux esset: et vi lucida haberet. Cum quod dies prima exorta est quia ante lucem: nec dies fuit: nec nox. id est tempus fuerit**

**Quod lux illa facta est vbi sol apparet que inter aquas lucere poterat.**

**Facit queritur vbi facta est lux illa cum abissus omnem terre altitudinem tegetet: dici potest in illis partibus facta. quia nunc illustrat solis diurna lux. Nec mirum lucem in aqua posse lucere. cum est nautarum operatio sepius illustrantem. qui in profundum meri missi ex ore oleo aquas sibi illustrant. que multo rariores fuerunt in principio quam modo sunt. quia nodum congregate fuerant in uno loco. facta ergo lux illa vices et locum solis tenebat. que motu suo circumagitata noctem diemque discernebat. Vbi ergo prius lucem apparuisse verisimile est. vbi sol quotidia no cursu circumuectus apparet. ut eodem tramite lux circumcurrens. ac primo ad occasum descendens. vespere faceret. Deinde reuocata ad ortum: auroram. id est mane illustraret et ita diuisit deus lucem et tenebras. et appellauit. l. d. et t. n.**



Quod dies diuersis modo dis accipitur.

**H**ic notandum est quod dies diuersis modo dis accipitur in scriptura. Dicitur enim dies lux illa que illo triduo tenebras illuminabat. et dicitur dies illuminatio ipsa aeris. Dicitur etiam dies spatium. xviii. horarum. qualiter accipitur cum ait. Factum est vespere et mane dies vnus. Quod ita distinguendum est. Factum est vespere prius: et postea mane. et ita fuit dies vnus expletus. xviii. horarum. dies. scilicet naturalis qui habuit vespere: sed non mane. Mane enim dicitur finis precedentis et initium sequentis diei: quod est aurora: que nec plenam lucem: nec omnino tenebras habet. Mane ergo primus dies non habuit quia nec dies precesserat qui sequentis diei initio terminaretur. et eo precipue quia luce apparente mox super terram plenus atque preclarus dies extitit: qui non ab aurora sed a plena luce inchoauit: et mane sequentis diei consumatus est. Unde Beda super Genesim. Dicebat ut dies a luce inciperet et in mane sequenti diei tederet: ut ope dei a luce inchoasset et in lucem completa esse figuraretur. Reliqui autem dies mane habuerunt et vespere: quorum quisque a suo mane incipiens usque ad alterius diei mane extendebatur.

De naturali ordine computationis sex dierum: et de illo qui per misterium introductus est.

**H**ic est naturalis ordo distinctionis dierum: ut distinguantur atque computentur dies a mane usque ad mane. Postea vero in mysterio factum est. ut dies computentur a vespere in vespere: et adiungatur dies precedenti nocti in computatione: cum iuxta naturalem ordinem precedens dies sequenti nocti adiungi debeat. quia homo a luce per peccatum corruit in tenebras ignorantie et peccatorum. Deinde per christum a tenebris ad lucem rediit. Unde apostolus. Eramus aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Primus itaque dies non ab aurora: sed a plena luce incipiens. Et post paulatim vespere occidenti luce excipiens: mane sequentis diei completus est. Unde Beda. occidenti luce paulatim et post spatium diurne longitudinis et inferiores partes subeunte: factus est vespere sicut nunc visitato cursu solis fieri solet. Factum est autem mane eadem super terram redeunte: et alium diem inchoante: et dies expletus est vnus. xviii. horarum. fuitque nox illo triduo omnino tenebrosa: que post creata sidera aliqua luce claruit.

Cur sol factus est si lux illa sufficiebat.

**S**ollet autem queri quare factus est sol: si lux illa faciente diei sufficiebat. Ad quod dici potest: quoniam lux illa forte superiores partes illustrabat: et ad illuminationem inferiorum solem fieri oportebat. Vel potius ideo quod facto sole diei fulgor auctus est. Ampliori enim multo luce radiavit dies postea quam ante. Si vero queritur quid de luce illa factum sit cum modo non appareat. Potest dici autem de ea corpus solis formatum: aut in ea parte celi esse in qua sol est. non quod ipsa sit sol: sed sic ei unita ut discerni non valeat.

Quomodo accipiendus sit illud: dixit deus: an sono vocis id deus dixerit: an aliter.

**P**osterea inuestigandum est quod accipiendum sit quod ait. Dixit deus. vtrum temporaliter vel sono vocis illud dixit: an alio modo? Aug. super Genesim tradit nec temporaliter nec sono vocis deum fuisse locutum: quia si temporaliter et mutabiliter. et si corporaliter dicat sonuisse vox dei: nec lingua erat qua loqueretur: nec erat quem opportheret audire et intelligere. Bene ergo vox dei ad naturam verbi per quod omnia facta sunt: refertur. Dixit ergo deus. fiat etc. non temporaliter non sono vocis: sed in verbo sibi coeterno. id est verbum genuit non temporaliter in quo erat et disposuit ab eterno ut fieret in tempore: et in eo factum est.

Quomodo accipiendus est quod dicitur pater operari in filio: vel per filium: vel in spiritu sancto.

**H**ic queri solet quomodo accipiendus sit quod dicitur pater operari in filio: vel per filium: vel in spiritu sancto. Nec enim scriptura frequenter nobis proponit: ut illud. Omnia in sapientia fecisti domine in filio. Et in principio. id est in filio creauit deus celum et terram. Et illud per quem fecit et secula. Super illum quoque psalmi locum. Verbo domini celi firmati sunt etc. dicit Aug. quod pater operatur per verbum suum et spiritum sanctum quomodo ergo hoc accipiendum est? Putauerunt quidam heretici quod pater velut auctor et artifex filio et spiritu sancto in rerum operatione quasi instrumento vteretur: ex predictis verbis errandi occasionem sumentes quod velut blasphemum atque sane doctrine aduersum abiicit pia fides. Non est itaque intelligendum ideo scripturam frequenter commemorare patrem operari in filio vel per filium tanquam filius non posset facere: si ei non posset



rexisset pater dexterā: vel tanq̄ aliqd̄ instrū  
fuerit patris operantis: sed potius illis ver-  
bis patrem intelligi voluit cum filio & cū spi-  
ritu sancto operari: & sine eis nihil facere.

Contra hanc expositionem surgit he-  
reticus.

Ed dicit hereticus hac ratiōe possit  
s dixisse filium operari per patres vel  
in patre: & spiritum sanctum cū vtro-  
q; vel per vtrūq; quia filius cū patre & spūs  
sanctus cum vtroq; operatur. Qui breuiter  
respondetur: ideo illud dictum esse: & n̄ istud  
vt in patre monstraretur auctoritas. Ad. n.  
pater a filio sed filius a patre operatur: & spūs  
sanctus ab vtroq;. Ideoq; filius etiam p spi-  
ritum sanctum legitur operari: quia cū spū  
sancto operatur hoc ipsum a filio habenti vt  
operetur.

Alia predictorum expositio.

Orest & aliter illud accipi vt dicatur  
p pater in filio vel per filium operari:  
quia eum genuit omnium opificem:  
sicut dicitur per eum iudicare: q; genuit iudi-  
cem. Ita & per spiritum sanctum dicitur ope-  
rari siue pater siue filius: quia ab vtroq; pro-  
cedit spiritus sanctus factor omnium. Unde  
Ioannes Crisostomus in expositione epi-  
stole ad hebreos sic ait non vt hereticus ina-  
niter suspicatur tanq̄ aliquod instrumentum  
patris extiterit filius. neq; per eum pater di-  
citur. fecisse tanq̄ ipse facere non possit: sed si-  
cut dicitur pater iudicare per filium: quia iu-  
dicem genuit: sic etiam dicitur operari per  
filium quia eum constat opificem genuisse. si  
enim causa eius pater est s̄m q; pater est: mul-  
to amplius eorum causa est que per filiū fac-  
ta sunt. hec de ope prime diei dicta sunt.

Quinta autem distinctionis operatio &c.

Dicto de opere creationis hic psequit̄  
p distinctionis opus. Et diuiditur in pres-  
tres. In p̄ma determinat de opere pri-  
me diei. In secunda de opere se. xiiii.  
di. ibi. sequitur dixit deus fiat firmamentum &c. In  
tertia de opere tertie diei. ibi sequitur dixit deus cō-  
gregentur aque &c. Prima diuiditur in duas. In p̄-  
ma determinat primum opus distinctionis per lucis  
productionem. In secunda exponit quedā dubia q̄  
possent esse in hiis que contra hoc opus dicuntur. &  
circa opera sequentia. ibi. Preterea vestigandum  
&c. Circa primum tria facit primo determinat lu-  
cis productionem. Secundo eius conditiones. ibi  
Sed queritur qualis illa lux fuerit &c. Tertio lucis  
effectum &c. ibi. Dic notandum est q; dies &c. Se-  
cunda in duas. In prima ostendit conditiones lucis  
quantum ad eius naturam vel genus. In secunda  
quantum ad eius locum. ibi. Si autem queritur ubi

facta est &c. Tertia pars in qua determinat effectus  
lucis qui est dies diuiditur in tres. In prima distin-  
guit diem quantum ad variam acceptionem. In se-  
cunda quantum ad ordinem partium. ibi. Hic ē na-  
turalis ordo &c. In tertia quantum ad causam effici-  
entem. ibi. Solet etiam queri &c. Preterea inue-  
stigandum &c. Hic exponit quomodo intelligendus  
sit quod dicitur. Dixit deus. Et primo ponit expo-  
sitionem. Secundo mouet dubitationem consequen-  
tem. ibi. Hic queri solet &c. Circa quod tria facit.  
Primo mouet questionem. Secundo quorundam  
errorem ponit. ibi. putauerunt quidam heretici &c.  
Tertio determinat s̄m veritatem. ibi. Non ē itaq; i-  
telligendum &c. vbi duas ponit solutiones. Quarta  
secunda incipit. ibi. potest & aliter &c. Circa p̄mū  
duo facit. Primo ponit Responsum. Secundo  
excludit hereticorum obuiationē. ibi. Sed dicit he-  
reticus &c. Hic querunt. v. Primo de opere distin-  
ctionis per differentiā ab aliis operibus. Secundo  
vtrum lux proprie in spiritualibus inueniatur. Ter-  
tio vtrum lux corporalis sit s̄ba aut accidens. Quar-  
to de lucis productione. Quinto quomodo pater di-  
citur per filium operari.

Primum sic proceditur. videtur q; post  
a opus creationis distinctionis opus necessa-  
rium non fuerit. distinctio enim non est ni-  
si p̄ius confusorum & cōmixtorum. si ergo  
post creationem facta est rerū distinctio oportet res  
p̄ius mixtas fore creatas. & sic redibit opinio anar-  
gore & anaximandri q; res fiant per extractionē ex  
vno confuso & mixto. Preterea creatio termina-  
tur ad esse ens enim vt dicitur in libro de causis est  
per creationem: sed materia s̄m esse distincta est q̄  
uis s̄m essentiam sit vna. ergo videtur q; post crea-  
tionem distinctione opus non sit. Preterea eorū  
est distinctio quorum potest esse cōmixtio & confu-  
sio s̄m locum: sed hec non possunt uenire nisi cōmu-  
nicantibus i materia. si ergo superioribus & inferiori-  
bus corporibus materia cōmunis non sit videtur q;  
superiorum ab inferioribus nulla sit facienda distin-  
ctio. Preterea quodlibet corpus est distinctū ab  
aliis corporibus. Quia ergo describatur in textu distin-  
ctio celi crystallini & celi s̄derei videtur q; inconue-  
niēter subtrahatur distinctio celi empirei. Pretere-  
rea supra dictū ē in littera q; sex diebus deus creatu-  
ras p spēs distinxit. ergo videt q; totū opus sex die-  
rū ad distinctionē pertineat. & ita ornatus v̄i a distinc-  
tionis ope nō differre. Respondeo dō q; natura in  
operibus. vi. diez taliter instituta est vt nature p̄-  
cipia tunc p̄dita in se subsisterēt: & ex eis alia p̄pa-  
gari possent per mutuā actionē & passionē. & iō oportu-  
tuit eis tunc esse cōferri & virtutes actiuas & passi-  
uas quas Aug. vocat rōnes feminales quib; ex eis  
effectus omnes producerentur. quātū ergo ad eē ip-  
sorum principiorum sumitur opus creatōnis per qd  
s̄ba elementorum mundi in esse producta est. Sed  
virtutum actiuarum & passiuarum quedam sunt mo-  
uentes ad determinatas species vt virtus que est  
in semine leonis & equi: qdā vero sunt cōes mouen-  
tes ad oēm speciem vt calidum frigidū & huiusmo-  
di per opus. ergo distinctionis attributa sunt rebus  
creatis virtutes actiue & passiue cōes mouentes ad  
omnem speciem. Sed per opus ornatus collate sunt  
rebus virtutes mouentes ad determinatas species.  
sed distinctio non potest nisi tripliciter variari. Quia  
b

enim motus alteratōis s̄m quem fit generatio ⁊ corruptio reducatur in vnum primum alterans non alteratum scilicet celum oꝛ enīz in principiis essentialibus mundi esse tria. Primum quod est alterans nō alteratum vt celum: s̄m quod est alterans alteratū vt media elā que sunt ignis aqua ⁊ aer. Tertius qđ est vltimū ⁊ minimū habēs de virtute alterandi. s. terra. Primo ergo oportuit distingui primum ab vltimo: ⁊ h factum est per lucis productionē que quid formaliter est in celo: ⁊ participat in mediis elementis s̄m plus ⁊ minus: Sed vltimū elementum. s. terra caret luce vel minimum de ipsa habet. Secundo oportuit esse distinctionem primi a medio: ⁊ h factū est secunda die quando diuise sunt aque inferiores a superioribus facto firmamento. Tertio ē diuisio mediū ab vltimo: ⁊ h factum est tertia die quando congregate sunt aque in vnu locum ⁊ apparuit arida. Ad primum ergo dicendū qđ distinctio prius mūdi non est intelligenda per extractionem materiales ab aliquo mātō: sed formaliter per h qđ diuersis rebus diuerse virtutes collate sunt. Ad secundum dicendum qđ per opus creationis principia mūdi distincta sunt quātū ad esse primum quod est p formas substantiales. Sed oportuit aduenire opus distinctionis vt distinguerētur etiam quātū ad agere ⁊ pati s̄m diuersas virtutes rebus collatas. Ad tertium dicendum qđ in istis distinctionibus est quedam diuersitas: qz enīz corpora superiora non sunt eiusdē materie cum inferioribus ⁊ per p̄s s̄m locū confundi non possunt ideo prima distinctio que ē p̄mi elementi ab vltimo: ⁊ secūda que est mediū ab vltimo: est tantum s̄m collationem diuersarum virtutum ad agendum ⁊ paciendum. Sed tertia que est mediū elementi ab vltimo que cōmisceri possunt et s̄m locum confundi: est s̄m vtrūqz in quantū elementis collate sunt qualitates que sunt principia alterationis vt calor ⁊ frigus ⁊ huiusmodi. Et illa q̄ sunt principia motus localis vt grauitas ⁊ leuitas. ⁊ iō in tertio die facta est mentio de loco. Cum dicitur congregentur aque in vnum locum ⁊ non in aliis p̄cedentibus. Ad quartum dicendum qđ celus empyreum vt supra dictum est: non habet influentiam super inferiora corpora. ⁊ ideo inter opera distinctionis cōmemorari non debuit per quam rebus virtutes actiue date sunt: sed celum empyreum ordinatū est ad gloriam beatorum. ⁊ ideo in principio creationis sue totum complementum suum habuit. Ad quintum dicendum qđ opus distinctionis supra acceptum est cōmuniter prout dicitur distinctione s̄m quā cuiqz virtutis differentiam: ⁊ sic in se includit etiam ornatum: alio autem modo ab ornatu differt vt dictum est. Et hec differentia potest sumi ex modo loquendi ipsius scripture que in operibus trium dierū quandam diuisionem insinuat.

Secundum sic proceditur. videtur qđ lux proprie in spiritualibus inueniat. Primo p̄ id quod dicit. Jo. i. erat lux vera ⁊c. Quod de deo intelligitur. qui maxime spiritualis est. ergo videtur qđ lux proprie in spiritualibus substantiis inueniatur. Preterea Augustinus. dicit. iiii. sup. Genesim: si christus sic dicitur lux quomodo dicitur lapis sed illud proprie: h vtrūqz figuratiue: non autem christus proprie diceretur lux nisi lux proprie in spiritualibus inueniretur. ergo ⁊c. Preterea inter alias

creaturas spiritualis substantia nobilior ē quasi deo proximior: sed non est probabile scripturam diuinā nobilissime creature creationem subiciuisse. Lux ergo de creatione angelorū mentionem non faciat videtur qđ ad litteram ⁊ proprie per lucis productionē creatio nature angelice fit intelligenda. Preterea luci conuenit maxime actiuum esse. Unde luci attribuitur diffusiuū esse sed actio conuenit verius spiritualibus q̄ corporalibus. ergo ⁊ lux.

Preterea actus proprius lucis est manifestare: sed manifestatio magis proprie est in spiritualibus vbi est nobilior cognitio. ergo videtur qđ ⁊ lux verius in eis inueniatur. Sed contra est qđ dicit Ambro. qui inter ea que transumptiue de deo dicuntur ponit splendorē qui contingit ex multiplicatione luminis. ergo videtur qđ lux in spiritualibus nō nisi metaphorice inueniatur. Preterea Dionysius dicit in quarto capitulo de diuinis nominibus: qđ deus dicitur lumen ex hoc qđ similitudo eius maxime resultat in radio solari quantum ad causalitatem. Sed omne nomen quod dicit de deo p̄ similitudinem a creatura corporali sumptam conuenit sibi metaphorice ergo ⁊c. Respondeo dō qđ in hoc videtur esse quedam diuersitas inter sanctos. Augustinus enim videtur velle qđ lux in spiritualibus verius inueniat q̄ in corporalibus. Sed Amb. ⁊ Dionysius vident velle qđ in spiritualibus non nisi metaphorice inueniatur. Et hoc quidem videtur magis verum: qz nihil per se sensibile spiritualibus cōuenit nisi metaphorice: qz quicquid cōe possit inueniri analogice i spiritualibus ⁊ corporalibus. nō tamen aliquid per se sensibile determinatum: vt p̄ in ente ⁊ calore. ens enim non est per se sensibile: qz vtrūqz cōe est calor: aut quod per se sensibile est i spiritualibus proprie non inuenitur. Unde cum lux sit qualitas per se visibilis: ⁊ species quedam determinata in sensibilibus non potest in spiritualibus inueniri nisi vel equiuoce vel metaphorice. Sciendū tamen qđ transferuntur corporalia in spūalia p̄ quandam similitudinem que qđ est similitudo proportio habitatis: ⁊ hanc similitudinem oportet reducere in aliquam cōitatem vnuocationis vel analogie: et sic est in proposito dicitur enim lux in spiritualibus illud quod ita se habet ad manifestationem intellectuam sicut se habet lux corporalis ad manifestationem sensitiuam. Manifestatio autem verius est in spiritualibus. Et quantum ad hoc verum est dictū August. qđ lux verius est in spiritualibus q̄ in corporalibus non s̄m propriam rationem lucis: sed s̄m rōnē manifestationis prout dicitur in prima cañ. Jo. qđ omne ad manifestatur lumen est. per quem modum omne quod manifestū ē clarū dicitur ⁊ omne occultum obscurum. Ad primum ergo dicendum qđ deus dicitur lux vera quātū ad veritatem eius a qđ sumitur similitudo: ⁊ non quātū ad veram naturā lucis per quem etiam modū dicitur veris natura Jo. ⁊c. Ad secūdū dicendū qđ August. attendit quantum ad rōnem manifestationis magis q̄ ad nomē lucis. Vel dō qđ ea que ibi dicit vt ipse ibidem protestatur non asserendo sed inquirendo dicit. Ad tertium dicendum qđ s̄m Dionysius scriptura diuina proponit nobis spiritualia sub similitudine rerum corporalium. ⁊ ideo non deuit vt creationem angelorū expresse describeret: sed dedit eam intelligere ex pro-

ductione corporalis lucis. Ad quartum dicendum qd ad propriam naturam lucis non pertinet quelibet actio: sed talis que est in corporalibus: et similiter non quelibet manifestatio: sed que est ad sensum visus, unde patet 18<sup>o</sup> ad quintum.

De tertium sic proceditur. videtur qd lux non sit accidens. Primo per auctoritates Aug. qui dicit in li. de li. ar. qd lux in corporibus tenet primum locum et multa huiusmodi in libris suis dicit: sed nullum corpus est accidens ergo etc.

Preterea quecumque coniunguntur et separantur ab invicem manentia eadem numero non sunt accidentia: quia accidens de subiecto in subiectum non transit nec duo accidentia eiusdem speciei distincta in eodem subiecto esse possunt: sed duorum luminarium lumina coniunguntur et separantur ab invicem ut dicit Dionysius in 11. capitulo de divinis nominibus. ergo lux non est accidens. Preterea quicquid predicatur de genere et de specie: sed secundum philosophum lux est species ignis. Lum ergo ignis sit corpus: et substantia videtur qd si milititer et lux. Preterea nihil movetur nisi corpus ut in septimo philosophorum probatur. sed radii moventur. descendentes de sole ad nos. ergo sunt corpus.

Preterea nihil reverberatur ad corpus nisi corpus: quia accidenti corpus non obstitit: Sed radii solares reverberantur ad corpus solidum ergo etc.

Preterea corporum est ut ex eorum confractione et compressione calor sequatur: sed ex interfectione radiorum solis et multiplicatione sequitur calor. ergo etc. Item nihil agit ultra speciem suam: quia effectus non est altior agente: sed per lumen solis producantur forme substantiales in inferioribus: ut patet ex dyo in quarto capitulo de divinis nominibus ubi dicit qd lumen solare corporum visibilibus generationi confert: et ad vitam ipsam movet. Lum ergo forma substantialis sit ultra naturam accidentis in perfectione et dignitate videtur qd lumen accidens esse non possit. Preterea si accidens est: oportet qd ad aliquod accidentis genus reducatur. nec potest ad aliud reduci quam ad genus qualitatis cuius sibi nulla species competere videtur nisi tertia.

Si ergo in tertia specie qualitatis non sit: videtur qd non sit accidens. qd autem non sit in tertia specie qualitatis sic probatur. In illa enim specie est passio vel passibilis qualitas. sed cuilibet passibili qualitati est aliquid contrarium. cum ergo luci nihil contrarie opponatur: sed solum privative scilicet tenebra: videtur qd lux non sit in tertia specie qualitatis.

Preterea omnis qualitas passibilis introducitur successive in materiam: quia secundum eam contingit alterationis motus qui successivus est: illuminatio aut sit subito. ergo lumen non est huiusmodi qualitas.

Preterea qualitates passibiles impressae in subiecto ab aliquo agente remanent per aliquod tempus: etiam agente remoto: ut patet in aqua calefacta: sed lumen factum in aere statim esse desinit ad absentiam solis illuminantis. ergo etc. Sed contra. est qd dicit Damascenus lucem esse qualitatem ignis: qualitas autem est accidens. ergo et lux. Item Avicenna dicit qd lux est qualitas corporis: incidit in quantum huiusmodi: et qd lumen est qualitas quam mutat corpus dyaphanum a corpore lucido. ergo videtur qd tam lumen quam lux sit accidens. Respondeo

qd ista quatuor differunt. lux: lumen: radius. et splendor. Lux enim dicitur secundum qd est in aliquo corpore lucido in actu a quo alia illuminantur ut in sole. Lumen autem dicitur secundum qd est receptum in corpore dyaphano illuminato. Radius autem dicitur illuminatio secundum directam lineam ad corpus lucidum. Et ideo ubique est radius est lumen sed non convertitur. Contingit enim lumen esse in domo ex reflexione radiorum solis quibus non ex directa oppositione propter aliquod corpus interiacens. Splendor autem est ex reflexione radii ad aliquod corpus tersum et politum. sicut ad aquam et ad argentum vel ad aliquod huiusmodi: ex qua reflexione etiam radii prohibentur. Hiis ergo visis sciendum est qd circa naturam lucis et luminis est multiplex opinio. Quidam enim dixerunt qd lux est corpus quod est ipsa substantia solis ex quo fluunt quedam corpora et illa corpora dicuntur lumen vel radius. Hec autem positio multipliciter a philosophis improbata est. Primo quia sequeretur qd illuminatio esset motus localis corporum a sole fluentium: cum autem motus localis non possit esse subito sequeretur illuminationem fieri successive que successio non posset sensum latere secundum maximum spatium ab oriente: scilicet in occidentem: et a sole ad nos. Secundo quia sequeretur duo corpora esse simul in eodem loco: cum totum spatium quod illuminatur sit plenum aere quibus hoc pro inconuenienti quidam eorum non habeant. omnino sensum negligentes. Alii vero dicunt lumen recipi in poros aeris. Sed hoc ridiculum est oportet enim obtenebrato aere poros suos remanere et aerem non totum illuminari. et multa huiusmodi. Tertio quia illa corpora aut deciduntur de substantia solis: et sic oportet eum concedere quotidie minorari et quandoque consumi: nisi forte dicatur cibari vaporibus ex aqua et terra accedentibus ut sic deperdita restarentur: quod est omnino fabulosum. Aut oportet qd continue illa corpora de nouo fiant: et hoc vel ex materia preiacente: et sic fient corruptis quibusdam aliis. et cum in celo sit illuminatio sequeretur aliqua corpora ibi corrupti ut alia generentur: et multa alia absurda: Aut qd fiant per creationem noue materie et nature: nec poterit esse tunc illuminatio nisi per miraculum a deo. Sequeretur etiam cum corpora creata in nihilum non reducantur qd quantitas mundi semper augmentaretur nouis corporibus quotidie creatis: et huiusmodi multa absurda. Preterea contra Avicennam multas rationes ponit in sexto de naturalibus. unde hec positio tanquam absurda: et etiam extranea relinquenda est non enim potest sustineri nisi aliis principiis naturalis philosophie inuentis. Alii autem dicunt qd lumen quod est receptum in corpore dyaphano est accidens quia post esse completum aduenit et recedit rebus manentibus: sed in corpore lucido lux est substantia: vel ipsum corpus lucidum secundum quosdam. vel forma substantialis eius secundum alios: hinc iterum stare non potest. Illuminatio enim est actio in aliud: quia lucidum illuminat. unde si lumen in hoc aere est accidens oportet qd principium illuminationis in corpore lucido sit accidens. sicut etiam commen. probat qd calor non est forma substantialis ignis quia in corporibus calefactis est accidens.

¶ Preterea nulla substantia est per se sensibilis: quod quod est: obiectum intellectus. Unde oportet quod lux que per se videtur non sit forma substantialis. Et si dicatur quod illud quod videtur non est lux: sed fulgor quidam dicendum quod illud quod nos appellamus lucem est illud quod per se videtur: et si forma substantialis solis dicatur lux non erit nisi equivoce quia accidens et substantia non invocantur in aliquo: et sic nihil prohibet etiam lapidem vocari lucem aut tenebras: quia etiam secundum philosophum in quarto methaphisice non est inconueniens quod eodem nomine apud nos significetur homo: et apud alios non homo. Alij dixerunt quod lux nihil addit supra colorem sed ipsa euidencia coloris vocatur lux vel lumen: et hanc positionem Avicenna multipliciter improbat accipiendo omnes modos quibus intelligi potest. Sensibiliter tamen apparet esse falsum in noctilucis quorum color in nocte occultatur quando lux apparet et quando color videtur in die lux non sentitur: sed verum est quod per lucem videtur color: quia facit colorem esse visibilem in actu. Alij dicunt quod lux non habet esse firmum et ratum in natura: sed est tantum intentio. sicut enim dicitur quod species coloris per aerem ad pupillam delata in aere non habet esse naturale sed spirituale. vnde et per eandem partem aeris species albedinis et nigredinis deferuntur. ita etiam intentio corporis lucidi in aere relicta est lumen. Et hec opinio valde probabilis est. Primo quod cum lumen det esse spirituale colori multo fortius videtur quod ipsum spirituale esse habeat. Secundo quia nulla qualitas habens esse naturale immediate superposita organo visus potest videri: lumen autem videtur contingens pupillam. vnde videtur quod esse spirituale habeat. sed hoc non videtur verum quod quod verum: quia per illud quod habet esse intentionis tantum non sequitur transmutatio nisi secundum operationem anime ut in videndo et audiendo per illuminationem autem videmus sensibilibus naturales transmutationes fieri per caliditates et radios solis consequentem. vnde non potest esse quod habeat esse intentionis tantum. Et ideo dicunt alij quibus consentiendum videtur mihi quod lux est forma accidentalis habens esse ratum et firmum in natura: et quod sicut calor est qualitas actiua ignis: ita lux est qualitas actiua ipsius solis et in alijs est secundum quod magis cum sole communicant qui totius luminis est fons. Unde Avicenna dicit quod nulla actio est a corporibus superioribus in inferiora nisi mediante calore. vnde lux et lumen differunt: sicut calor in subiecto per se calido et in calefacto. Et quia celum est primum alterans inde sequitur quod omnis alteratio que est in inferioribus perficiatur: per virtutem luminis sine sit alteratio secundum esse naturale siue secundum sensum: et hoc habet lux quod omnibus corporibus generationem conferat ut dicit Dionysius. ex hoc etiam est quod coloribus esse spirituale conferat: secundum quod esse: recipiuntur in medio et in organo. vnde et ipsum lumen virtutem spirituales habet. et inde est quod etiam secundum Augustinum lumen est medium in omni sensu: sed in visu primo et immediate qualitates enim visibiles sunt priores ceteris prout secundum esse formale sunt inuente in corporibus inferioribus secundum quod conueniunt cum

corpore celesti: ut patet in secundo de anima et in secundo de generatione: sed aliorum sensuum mediis alijs qualitatibus. Ad primum ergo dicendum quod sicut tenebra sumitur quandoque pro aere obscurato ut supra dictum est ita etiam lux pro corpore lucido sumitur: et sic potest intelligi quod Augustinus lucem alijs corporibus commutat per modum loquendi quo etiam commenta. in secundo de anima calorem naturalem corpus esse probat. nihilominus Augustinus non intendit hoc asserere quasi fidei conueniens: sed sicut vtens dicitur que philosophiam addiscens audierat. Et ideo ille auctoritates parum cogunt. Ad secundum dicendum quod non intelligitur coniunctio et separatio luminum nisi secundum intensionem et remissionem luminis multiplicatis vel subtractis luminaribus quorum radii confusi esse dicuntur propter luminarium distinctionem. Ad tertium dicendum quod illa diuisio ignis sic intelligenda est ut per lucem intelligatur ignis secundum quod in propria materia est: ut sic perpetue sumatur: per alia vero secundum quod est in materia aliena per carbonem quidem secundum quod est in sicco terresti: per flammam autem secundum quod est in humido aere: et sic ipsemet se exponit in libro de anima libus: sed tamen auctoritates Aristotelis que exemplis inductis sumuntur nihil valent: quia ipsemet refutatur in principio de generatione quod in eis non querit subiectum sed modum: nam inducit ea non ad asserendum: sed quia erant suo tempore apud quosdam probabilia. Ad quartum dicendum secundum Avicennam quod cum dicitur radius moueri vel descendere non proprie dicitur sed transumptiue ex eo scilicet quod alteratio illuminationis incipit ab eo quod supra nos est per quem etiam modum possumus dicere calorem ascendere vel descendere.

Ad quintum dicendum quod radius non dicitur reuerberari ad corpus solidum sicut repulsus per motum localem sicut pila quedam: sed in quantum obstitit sua densitate illuminationi per quem etiam modum alie qualitates reflectuntur. Ad sextum dicendum quod ex interfectione radioz non sequitur calor: sicut ex confractione corporum: sed quia ex concurrentibus multis radijs: ad vnum punctum oportet multiplicari lumen et ex hoc multiplicatur calor: in quantum lumen ex hoc quod est qualitas primi alterantis habet quod ad alterationem iuret: et precipue secundum illam qualitatem que est simpliciter et maxime actiua: scilicet calor ac per hoc virtuti primi alterantis maxime conformis. Ad septimum dicendum quod forma substantialis educitur in actus per virtutem celi. et ideo oportet quod lumen quod per celum in inferiora agit generationem rebus conferat: et ad formam substantialem moueat in quantum agit in virtute ipsius celi sicut etiam calor ignis mouet ad formam substantialem ignis secundum quod agit in virtute forme substantialis aqua fluit.

Ad octauum dicendum quod lux: et etiam lumen in genere qualitatis est: ut dicit Avicenna. et quia passiones in sensu inferi oportet quod sit in tertia specie nec tamen oportet quod contrarium habeat eo quod est qualitas illius corporis quod a contrariis natura remouit ut sit vniuersaliter mouens et alterans.

Ad nonum dicendum quod successio que est in alte-

ratione aliarum qualitatuz contingit ex hoc q̄ in patiente est qualitas contraria que resistit actioni alterantis quam oportet successive expelli. Sed cuz lux non habeat contrarium, sicut nec forma substantialis dyaphanam ad presentiam illuminantis statim lumen recipit: sicut materia facta necessitas per alterationem precedentem recipit formam substantialem. Et ideo sicut generatio est terminus alterationis: ita illuminatio motus localis quo illuminans sit presens illuminato vt dicit cōmen. in sexto phisicorum. **C** Ad decimum dicendum q̄ sicut dicit Dionysius in quarto capitulo de diuinis nominibus lumen solis recipitur in diuersis corporibus diuersimodo de secundum diuersam capacitatem eorum, et ideo aliqua sunt que illuminantur in superficie tantum vt corpora opaca: Aliqua vero sunt que illuminantur etiam in profundo sicut dyaphana que tamen lucez non retinent: quia imperfecte lumen recipiunt. Vnde de oportet q̄ lumen in eis cesset absente illuminante: Alia vero sunt que perfectius lumen recipiunt et lumen tenent vt carbonculus et huiusmodi.

**D** quartum sic proceditur, videtur q̄ inconuenienter lucis productio recitetur. **L**um enim deus lux sit non decet eum vt a tenebris opera sua inchoet: s̄ ante lucē tenebre fuerunt, ergo videtur q̄ lux debeat esse de primo creatis non ad opus distinctionis: s̄ ad opus creationis pertinens. **P**reterea lux inuenitur in puribus corporibus nec omnium corporum est lux vna, ergo videtur q̄ inconuenienter vnus tantum lucis productio describatur in illo tantum loco existētis vbi nunc est sol vt in littera dicitur. **P**reterea dies et nox non fuerunt nisi secundum accessum et recessum luminarium: sed hoc non potest esse nisi per motum circularem lux deferatur, cum ergo firmamentum quod circulariter mouetur secunda die sit factum videtur q̄ inconuenienter in prima die secundum lucem tunc creatam fuisse dies: et nox commemoratur. **P**reterea omne quod fit ex aliquo: fit ex incontinenti id est contrario vt ex primo phisicorum patet: sed soli non est aliquid contrarium, ergo non potest esse q̄ ex luce tunc creata sol factus fuerit. **P**reterea vt in secundo methaurozum habetur nubes et vaporibus congregatur q̄ ex terra et aquis resoluti superius ascendunt: sed corpora superiora non communicant in materia cum inferioribus vt supra dictum est, ergo lux ex qua sol quasi ex materia postmodum factus dicitur nubes esse nō potuit. **S**ed in contrariuz sunt que in littera dicunt. **R**espondeo dicendo q̄ sicut dictus est lux est qualitas actiua corporis celestis, sicut calor est qualitas actiua ignis. Calor autem habet quandam actionez communem in quantum est calor: quia secundum q̄ in diuersis rebus inuenitur determinatur sua actio ad determinatos effectus sicut calor qui ē in homine operatur ad conuersionem cibi in carnem humanā et in planta ad substantiam plante: ita etiam lux quibus habeat actionem consequentem naturam lucis in quantum huiusmodi determinat tamē sua actio secundum q̄ in diuersis recipitur ad diuersos effectus, vnde alium effectum habet radius saturni quā

louis, secundum hoc ergo dico q̄ ipsa lux secundum virtutem communem pertinet ad opus distinctionis sicut et calor: sed ideo inter opera distinctionis primo ponitur: quia primi corporis qualitas actiua est. Sed postea determinatio ad diuersos effectus secundum diuersas virtutes corporibus celestibus collatas pertinet ad opus ornatus. Et id dicit Dionysius in quarto capitulo de diuinis nominibus q̄ lumen solare est illud lumen quod Moyses in primis tribus diebus nostri temporis narrat quibus tunc in formie esset: quia scilicet terminatio virtutis nō aderat. **A**d primum ergo dicendum q̄ circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt q̄ opus distinctionis statim cum opere creationis inceptit, et ideo statim lux creata est cum primo creatis. Et sic patet q̄ non a tenebris opus dei inchoauit. Et hoc quidem oportet dicere secundum expositionem Augustini quibus etiam Augustinus velit q̄ productio informis materie intelligatur ante omnem diem non tempore sed natura. Alii vero dicunt q̄ prius tempore fuit opus creationis: et postea per aliquod intervalum temporis formata est lux: tunc dies primo inceptit, vnde dicunt opus creationis ante omnem diem fuisse. Et hoc quidem magis consonat littere Genesis secundum suum sensum planum. Nam enim postea creatione tenebras superfaciem abyssi commemorat: et postmodum de lucis productione dicit: nec tamen est inconueniens tenebras precedentes non in genere priuationis ponere: quia priuatio esse non potuit anteq̄ natura habitus oppositi scilicet lucis corporibus indida esset, sicut nec catus ante nonum diem cecus vel priuatus visu dicitur, vnde per tenebras precedentes lucem imperfectio corporalis nature ostenditur, quam quidem ex deo non habet a quo habet omnino id quod perfectionis est: decens est autem vt ab imperfectione ad perfectum diuina opera adducerentur: vt sic ab ipso omnis perfectio esse ostenderetur, vnde dicit Augustinus in secundo super Genesis, q̄ si aliquid imperfectum deus fecisse dicatur quod postmodum ipse perfecit nihil reprehensionis habet ista sententia. **A**d secundum dicendum q̄ in lucis productione intelligitur proprietates luciditatis et dyaphaneitatis que ad lucis genus reducitur omnibus corporibus lucidis et dyaphanis collata fuisse: sed tamen secundum Dionysium in quarto capitulo de diuinis nominibus sol est principium et fons luminis illuminans superiora et inferiora corpora: et ideo per lucem illam ipse intelligit lumen solis tunc informis, et magister etiam dicit in littera q̄ ex ea formatum est corpus solis. **A**d tertium dicendum q̄ circa hoc est duplex opinio. Damascenus enim dicit q̄ in illo die fiebat dies et nox per contractionem luminis et emissionem, sicut etiam suos radios retrahit in terra egypti cum alibi lux esset vt dicitur exo. decimo. Et similiter in passione domini quando tenebre facte sunt super terram vt habetur Matthei vigesimo septimo. Sed hoc non potest esse quia illuminare est actio a corpore lucente proueniens secundum necessitatem nature: et ideo oportet q̄ semper illuminet corpora sibi directe opposita nisi forte poneretur habere aliqua cooperacula, sicut sunt pal-

pebre oculorum; quibus se tegeter: quod est ridiculus dicere. Aut nisi ponatur hoc virtute diuina fieri et quasi miraculose. et hoc non conuenit ponere in prima institutione nature vt Augustinus dicit. Et preterea exemplum de passione christi non est conueniens quia obscuritas illa non fuit facta per contractionem radioꝝ solis: sed per interpositionem corporis lunaris vt Dionysius in epistola ad polycarpum dicit sicut etiam fit in eclipsi solis quous tunc tempus non esset eclipsis. vnde miraculosa fuit. Et ideo alij dicunt vt in littera dicitur q̄ dies et nox fiebant per motum circulaꝝ illius lucis quo accedebat et recedebat nec est inconueniens substantias spherarum que lucem reuoluerent a principio creationis fuisse quibus postmodum alique virtutes collate sunt in oporibus distinctionis et ornatus. Aut si substantie spherarum non erant suis figuris determinate ipsum corpus lucidum naturaliter circulariter mouebatur euz esset de natura quinte essentie: et ita suo motu circulum describebat sicut lapis suo motu lineam rectam fecit rectius etiam q̄ ars.

Ad quartum dicendum q̄ substantia corporis solaris a principio creationis in sua forma substantia- li fuit. vnde ipsum corpus lucidum substantia solis fuit. sed dicitur ex eo sol quarta die factus per additionem noue virtutis sicut dicitur ex homine non musico fieri homo musicus.

Ad quintum dicendum q̄ non fuit nubes secundum veritatem substantie. sed secundum similitudinem proprietatis: quia sicut nubes lucida recipit lumen a sole in minori claritate q̄ sit in ipso fonte: ita etiam substantia solis habuit primo lumen imperfectum quod postmodum quarta die consumatum e.

Ad quintum sic proceditur. videtur q̄ pater non faciat omnia per filium. Illud enim per quod fit aliquid immediatius se habet ad effectum q̄ faciens per ipsum: sed filius non est immediatus principium rerum q̄ pater cum ambo eque immediate operentur. ergo pater per filium non operatur. Preterea: per: denotat habitudinem cause: sed filius respectu nullius quod est in patre causa vel principium dici potest. ergo filius non est per quem pater operatur.

Preterea secundum Damascenum. ex quoq̄ dicitur dei est opus eius: sed non potest dici q̄ pater sit sapiens per filium vel intelligens. ergo videtur q̄ nec per filium operetur cum idem sit deo esse quod operari. Preterea: per: notat causam mediam filius autem est causa prima. ergo videtur q̄ non conuenienter dicatur pater per filium operari.

Sed contra est quod dicitur ad hebre. i. quem constituit De. vni. per quem fecit et secula.

Preterea quilibet artifex per suam artem operatur. sed secundum Augustinum filius est ars patris plena rationum viuentium. ergo pater per filium operatur. Respondeo dicendo q̄ operari per aliquem dicitur dupliciter. Uno modo operari per virtutem alicuius sicut dicitur baluus operari per regem scilicet per potestatem regis sibi commissam que immediatior est operi q̄ virtus eius: et

hoc modo nec pater per filium nec filius per patrem dicitur operari: quia vna et indiuisibili virtute ambo operantur. Alio modo dicitur aliquis operari per aliquem. sicut per operantem. Et hoc modo rex per baluus operari dicitur. et huius distinctionis ratio est quia cum operatio sit medium inter operantem et operatum causalitas importate per prepositionem: per: potest referri ad operationem secundum quod erit ab operante: et sic dicitur aliquis operari per illum qui est causa et iste operetur et est ille cuius virtute operatur. vel potest referri ad operationem secundum quod terminatur ad operatum: et sic dicitur aliquis operari per illud quod est ab operante ordinatum ad operatum vt causa. vnde designatur auctoritas in operante respectu eius per quem operatur in quo est causalitas respectu operari. sed hoc contingit dupliciter. Uno modo quando illud quod ordinatur ab operante: vt causa operari est causa eius secundum virtutem aliam a virtute operantis quam tamen ab ipso recipit et hoc oportet esse instrumentum operantis in quantum est motum ab operante vel per imperium sicut seruus vel motu corporali sicut res inanimate vt securis. Unde philosophus dicit in octauo ethicoꝝ. q̄ seruus est sicut organum animatum et organa sunt sicut serui inanimati: et hoc modo pater per filium non operatur. sicut heretici intelligebant. Alio modo quando eadem virtute operatur quam tamen ab operante recipit et sic dicimus patres per filium operari: quia est causa ipsorum operatorum vna et indiuisibili virtute cum patre quam tamen a patre nascendo recipit.

Ad primum ergo dicendum q̄ quous deus operetur effectus nature per causas naturales ipse tamen immediate in omnibus effectibus nature operatur vnde multo fortius immediate operatur in hiis que per filium facit cuius est eadem numero virtus que est et patris. Ad secundum dicendum q̄ causalitas prepositionis non refertur ad operantem sed ad operatum vt dictum est. Ad tertium dicendum q̄ cum dicitur pater intelligit non connotatur aliquid respectu cuius filius possit esse principium et ideo non potest dici q̄ pater per filium intelligat vel scit sicut dicitur in illis que effectum in creatura im portant. Ad quartum dicendum q̄ primum dicitur quo non est aliquid prius. illa autem auctoritas patris respectu filij in quantum filius a patre habet et esse et operari ratione cuius pater per filium operatur non facit patrem filio maiorem vel priorem esse. vnde non sequitur q̄ filius non sit prima causa ex hoc q̄ pater per filium operatur. Ad hoc notandum est q̄ dies et. Hic ponit acceptiones diei. vna est secundum quod dicimus diem naturalem qui habet. xiiii. horas et sic sumitur quod habetur Gene. i. factum est vespere et mane dies vnus. Alio modo secundum quod dicitur artificialis: scilicet tempus quo sol nostrum emisperium illuminat. et hoc modo sumitur cum dicitur q̄ tenebras appellauit noctem et lucem diem.

Non ab auroꝝ sed a plena luce et. Videtur hoc esse falsum quia a plena luce que est in meridie vsq̄ in mane alterius diei non sunt viginti quatuor hore: et ita primus dies non habuisset horas sicut in littera dicitur.

Ad quod dicendum: q̄ in primo die dicitur dies non habuisse aurozam: non quia lux illa que suo motu diem faciebat in orientem creata non fuerit. Sed quia prime illi illuminationi tenebre committere non erant: sicut modo est: eo q̄ auroza nunc est finis noctis et principium diei: quod tunc non contingit. Prodest etiam illud accipi et. Hec expositio differt a predicta in hoc q̄ predicta sumebatur secundum operationem quam filius a patre habet. hec vero sumitur ex parte operantis secundum q̄ filius qui est operans a patre est. Si enim causa eius pater est et. Hic communiter et impropre Chrysostomus loquitur. Non enim proprie in diuinis personis causa recipitur sed nomine principii videtur ad signandum originem personarum: et de hoc in primo libro dictum est.

De opere secunde diei qua factum est firmamentum.

Distinctio decima quinta.

### Trit quoq; deus

fiat firmamentum in medio aquarum: et diuidat aquas ab aquis. Diuisitq; aquas que erant sub firmamento ab his que erant super firmamentum.

Sciendum est q̄ illi celi hic describitur creatio sicut ait Beda super Genesim: in quo fixa sunt sidera: cui supposite sunt aque in aere et in terra: et supposite alie: de quibus dicitur. Qui tegis aquis superiora eius. In medio ergo firmamentum est: id est sidereum celum: quod de aquis factum esse credi potest. Crispinus enim lapis cui magna est firmitas et perspicuitas: de aquis factus est. Si quem vero mouet quomodo aque natura fluide et in imlabiles super celum possit consistere: de deo scriptum est meminere: qui ligat aquas in nubibus suis. Qui enim infra celum ligat aquas ad tempus vaporibus nubium retentas: post etiam super celi spheram non vaporali tenuitate: sed glaciali soliditate aquas suspendere ne labantur. Quare autem et ad quod condite sint: ipse nouit qui condidit. Ecce ostensum est his verbis q̄ celum factum sit. scilicet illud in quo fixa sunt sidera: id est quod excedit aerem: et de qua materia. scilicet de aquis: et quales sint aque que super illud celum sunt. scilicet vt glacie solidate sint.

Alii putant celum illud esse ignee nature: quibus consentit Augustinus.

Alidam vero celum quod excedit aeris spacium: ignee nature dicunt: asserentes super aerem purum ignem

esse: qui dicitur esse celum: de quo igne sidera et luminaria facta esse coniectant: quibus Augustinus consentire videtur. Utrum vero nomine firmamenti celus quod excedit aerem: an ipse aer hic intelligatur: idem Augustinus querit nec absoluit. Magis tamen approbare videtur celum illud hic accipi: quod spacia aeris hic excedit. aquas vero que super illud celum sunt dicit vaporaliter trahi: et leuissimus suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus ex alatione terre aquas vaporaliter trahit: et per subriles minutias suspendit: et post compulsius conglobatas pluuias re fundit. Si ergo potest aqua sicut videmus ad tantas minutias peruenire: vt feratur vaporaliter super aerem aquis naturaliter leuiorem: cur non credemus etiam super illud leuius celum minutioribus guttis et leuioribus immanare vaporibus. Sed quoquo modo ibi sint ibi esse non dubitamus.

Quales sint aque: et que sit figura firmamenti.

Veri etiam solet cuius figure sit celus. Sed spiritus sanctus quis auctores nostri sciuerint per eos dicere noluit: nisi quod prosit saluti.

Queritur etiam si ster: an moueatur celum. si mouetur inquit: quomodo est firmamentum: si stat: quomodo fixa sidera in eo circum eunt: sed firmamentum dici potest: non propter stationem: sed propter firmitatem vel terminum aquarum intransgressibilem. si autem stat: nihil impedit moueri et circuire sidera.

Quare tacuit scriptura de opere secunde diei: quod in aliis dixit.

Est hec queri solet. quare hic non est dictum sicut in aliorum dierum operibus. Audit deus q̄ esset bonum. sacramentus aliquid hic commendatur. Ideo enim fortassis non est dictum quod tamen sicut in aliis factum est. quia binarius principium est alteritatis et signum diuisionis.

De opere tertie diei quando aque congregate sunt in vnum.

Equitur dixit deus. Congregentur aque in vnum locum: et appareat arida. Tertii diei opus est congregatio aquarum in vnum locum. Congregate enim sunt omnes aque celo inferiores in vna matrice: vt lux que p̄terito. biduo aquas data luce illustrauerat: in puro aere clarior reful-

geat & appareat terra que cooperta latebat :  
& que aquis limosa erat fieret arida & germi-  
nibus apta. Eodem enim die protulit terra  
herbam virentem: lignumq; faciens fructus.  
Si autem queratur vbi congregate sunt a-  
que que totum tegerant spacium vsq; ad ce-  
lum: potuit fieri vt terra subfidēs cōcavas p-  
tes preberet vbi fluctuantes aquas recipet.  
potest etiam credi primarias aquas rariores  
fuisse: que sicut nebule tegerent terras. sed cō-  
gregatione esse spissatas: & ideo facile in vnu  
posse redigi locus.

**Quomodo omnes aque sunt in vnum  
locum congregate: cum multa sint maria et  
flumina.**

**U**nq; constet esse multa maria & flu-  
mina: in vnum tamen locum dicit a-  
quas congregatas propter continua-  
tionem omnium aquarum que in terris sūt.  
Quia cuncta flumina & maria magno mari  
iunguntur. Ideoque cum dixerit aquas con-  
gregatas in vnum locum: deinde dicit plura  
liter congregationesq; aquarū propter mul-  
tos sinus earū: quibus omnibus ex ma-  
gno mari principium est.

**I**rit quoq; deus: fiat firmamentum &c.  
Determinato primo opere distinctionis  
quo lux formata est. Hic determinat d  
opere secunde distinctionis: quod secu-  
de diei competit: in quo firmamentum  
esse factum describitur. Diuiditur autem hec pars i  
partes duas. In prima ostendit distinctionem secun-  
do die factam. In secunda mouet quasdam questio-  
nes. ibi. Queri etiam solet cuius figure &c. **C**irca  
primum duo facit. Primo determinat op<sup>o</sup> prime di-  
stinctionis secundum positionem quorundam dicen-  
tium firmamentum ex aquis factum esse. Secundo  
secundum expositionem eorum qui dicunt firmamen-  
tum esse de natura ignis ibi. Quidam vero celus &c.  
Queri etiam solet &c. Hic mouet tres questiones.  
Primam de figura celi. Secundam de motu ei<sup>o</sup>. ibi.  
Queritur autem si stet &c. Tertiam quare pretermi-  
tatur huius diei benedictio ibi. Post hoc queri solet  
&c. Sequitur. Dixit deus &c. Hic ponitur opus ter-  
tie distinctionis: ad quod tertia dies deputatur. Et  
circa hoc duo facit. Primo describit opus tertie diei.  
Secundo mouet quasdam questiones circa hoc  
ibi. Si autem queritur &c. Ubi primo queritur de cō-  
gregatione aquarū. Secundo de vnitae & plurali-  
te earū. ibi. Nunq; multa constat esse maria &c. Hic  
queruntur quinq;. Primo vtrum supra firmamen-  
tus sint aliquae aque. Secundo cuius nature sit firma-  
mentus. Tertio a quo moueatur. Quarto de nume-  
ro celorū. Quinto de opere diei tertie.

**P**rimus sic proceditur. videtur qd aque  
super celos sint: quia vt dicit Augustinus  
maior est sacre scripture auctoritas q̄ om-  
nis hūani ingenii perspicacitas. sed scrip-  
tura in pluribus locis aquas super celos eē p̄memo-  
rat. ergo videtur qd nulla ratione negandum sit.  
**P**reterea. homo dicitur minor mundus: quia in  
eo est similitudo totius vniuersi: sed in corpore hūa-  
no cerebrum in quo est frigiditas secundus philoso-  
phus est positum supra cor: quod est fons totius cali-  
ditatis. ergo videtur qd in vniuerso aqua sit supra  
ignem collocata & supra solem. **P**reterea secundū  
philosophū in secundo celi mundi: corpora celestia  
per velocitatez sui motus in inferioribus calorez ge-  
nerant. sed saturnus inter alios planetas velocissi-  
me mouetur motu diurno: quia partes spherę quā-  
to plus distat a centro: tanto velocius mouetur. ergo  
oportebit fm hoc qd saturnus sit calidissimū effectus  
cuius contrarium ab astrologis dicitur. oportet ergo  
ibi esse aquas: per quarum propinquitatem calor sa-  
turni minuat. **P**reterea. omne continuum diu-  
sibile est in infinitum. sed aqua aliquo modo diuisa p-  
rarefactionem ad aliquod spacium aeris ascendit vt  
quando vapores eleuantur. ergo tantum poterit di-  
uidi: qd supra celum ascendet. & ita videtur aquas su-  
per celum esse. **S**ed contra. corpori eiusdem spe-  
ciei debetur vnus locus naturalis secundum nume-  
rum. vnde in tertio physicorū dicitur qd ad eundē  
locum mouentur pars terre & tota terra. sed omnis a-  
qua omni aque est eadem secundus speciem: vt phi-  
losophus dicit. Cum ergo naturalis locus huius a-  
que sit sub aere & super terram: quod motus ei<sup>o</sup> posse  
videtur qd supra celum locus naturalis aque eē  
non possit. **P**reterea. secundum philosophū in  
in quarto physicorū. corpus continens se habet ad  
corpus contentum: sicut totum ad partem: & sicut for-  
ma ad materiam: quia continens inuenitur habere  
plus de specie q̄ contentū. vnde in secundo de ge-  
neratione dicitur: qd species in terminis est. sed aqua  
habz minus de specie q̄ aer & ignis: qd eius grossiti-  
es ostendit. ergo videtur qd nullo modo aqua natu-  
raliter possit esse super ignem & aerem. **R**espon-  
deo dicendo: qd circa hoc varia dicta sunt. Ambro-  
enim in libro de spiritu sancto videtur dicere qd per  
aquas que supra celos sunt: spiritus sanctus intelli-  
gitur. sed hoc magis ad analogicam expositionem per-  
tinet q̄ ad litteralem: sine ad spiritum sanctum siue  
ad angelos referatur. Alii vero dicūt aquas de na-  
tura huius elementi: quod apud nos est super celos  
virtute diuina contineri. Sed hoc remouet Augu-  
stinus: quia in operibus. vi. dierum quibus natu-  
ra instituta est. non queritur quid deus facere possit  
sua virtute: sed quid rerum natura patiatur. Augu-  
stinus etiam inquirendo tangit alium modum: vt sci-  
licet firmamentum dicatur aer iste super quez aque  
per vapores ascendunt: sed hoc nō videtur sacre scri-  
pture conuenire: que in firmamento celi stellas posi-  
tas dicit: nisi forte firmamentum equiuoce sumatur:  
sicut Raby moyses dicit: qui etiam hanc expositi-  
onem innuit. Sed tamen melius possumus dicere qd  
intelligatur de firmamento: quod est celum sydereū:  
supra quod sunt aque: non quidem de natura huius  
aque que apud nos est. sed de natura quinte essentie  
habentes similitudinē cū hac aqua rōne e<sup>o</sup> noni aque  
scripturae attribuit occulta p̄ sensibilia vocabilia manū



festans. Nec autem similitudo non potest attendi nisi secundum lucidum & diaphanum in quibus inferiora corpora conueniunt cum celestibus: ut in secundo de anima dicitur. Et ideo sicut celum empireum dicitur quod est simile igni in hoc quod est lucidum totum, ita etiam celum crystallinum vel aqueum dicitur in quantum conuenit cum aqua in hoc quod est diaphanum: sine hoc quod sit aliqua pars eius lucens: sicut est in celo sydereo: cuius quedam partes lucet: scilicet stelle. Et aliqua pars est diaphana. huic etiam videtur consonare quod supra dixerat magister: quod per aquas intelligitur prima materia: de cuius subtiliori parte facte sunt aque que super celos sunt: ut sic non cogantur ponere aquas elementum supra celos esse. hoc autem celum aqueum est nona sphaera: ad quam primo reducunt astrologi motum orbis signorum communem omnibus stellis qui est de occidente in orientem: & iterum sphaeram decimam ad quam reducunt motum diurnum: qui est de oriente in occidentem. Ad primum ergo dicendum: quod in hoc nihil auctoritati scripturæ derogatur si diuersimode exponitur: dummodo hoc firmiter teneatur: quod sacra scriptura nihil falsum contineat. constat tamen in scriptura sacra multa metaphorice tradita: que secundum planam superficiem se intelligi non valent. Ad secundum dicendum: quod non oportet esse eundem situm partium in universo qui est in homine: quia in universo ordinantur corpora super nos: secundum quod minus sunt materialia. sed in homine secundum quod expedit ad conseruationem vite & ad conuenientem executionem anime. & propter hoc illud quod est principium vite in homine: scilicet cor: est in medio positum: ut ab omni lesione conseruetur: & vitam proportionabiliter in omnes partes corporis diffundat. sed celum quod propter suam impassibilitatem est conseruans non conseruatum a corpore alio: est in extremo positum: quasi continens: cuius tamen motus est ut vita quedam natura existentibus omnibus: ut in octauo physicorum dicitur ad similitudinem motus cordis in animalibus: ut dicitur Raby moyses. Ad tertium dicendum: quod saturnus habet infrigidare ex propria natura & virtute consequente speciem suam. unde non oportet quod ad eius infrigidationem aque super celos ponantur: quia si ibi essent ipsum non infrigidarent: cum sit de natura quinte essentie: non susceptibilis per egrine impressionis. quod iterum si esset possibile magis infrigidarent stellas octauæ sphaere: velut sibi propinquiores: quarum tamen quedam inueniuntur esse calidissimi effectus. Ad quartum dicendum quod corpora naturalia in infinitum diuidi non possunt: quia omnium natura consistentium: ut in secundo de anima dicitur est terminus magnitudinis: nec tantum in augmento: sed etiam in diminutione. & ideo etiam est inuenire minimam carnem & minimam aquam: ut in primo physicorum dicitur. & ideo in qualibet specie oportet esse terminum quandam rarefactionis ultra quam species non saluatur. Unde vltima raritas ad quam potest perueniri: est secundum quod materia stat sub forma ignis: ut dicit commentator in quarto physicorum. Unde potest aqua tantum rarefieri: quod iam non esset aqua: nec vapor: sed aer vel ignis. Preterea. cum ignis sit maxime actiuus non posset pertransire regionem ignis vapor: ille quin consumaretur: & adhuc minus possibile esset ut substantiam or-

bium penetraret: qui secundum omnes sunt inditibiles: nisi mathematicè diuidi dicantur.

Ad secundum sic proceditur videtur quod firmamentum sit de natura inferiorum corporum. Dicit enim Basilius in exameron. quod est de natura ignis. In littera etiam dicitur: quod est de aqua in modum crystalli congelata: que duo constat esse de natura inferiorum corporum. ergo & firmamentum. Preterea ignis est nobilissimum corporum inter elementa. sed non est probabile ut nobilissimum corpus in operibus creationis pretermittetur. cui ergo scriptura specialem mentionem de igne non faciat: videtur quod nomine firmamenti intelligatur. Preterea. omne agens agit simile sed corpora superiora in inferioribus habent effectum caliditatis & humiditatis. ergo videtur quod qualitibus afficiantur: & ita videtur esse de natura inferiorum corporum. Preterea. proprium ignis est secundum philosophum esse specie subtilissimum corporum. sed nihil corporum est celo subtilius & nobilius. ergo videtur quod celum sit ignis: & sic idem quod prius. Sed contra. Dionysius dicit in quarto capitulo de diuinis nominibus: quod celi & stelle habent substantiam ingenerabilem & inuariabilem. sed inferiora corpora sunt generabilia & variabilia. ergo firmamentum non est de natura inferiorum corporum. Preterea. cum natura sit principium motus & quietis: oportet quod per motum iudicium de natura corporis accipiamus. sed motus circularis naturalis celo est: quia est primus motus. motus autem violentus non potest esse primus nulli autem inferiorum corporum naturalis est motus circularis. ergo oportet quod celum non sit de natura inferiorum corporum nec habens contrarium: sicut nec motus eius. Respondeo dicendo. quod circa hanc questionem fuit philosophorum diuersa positio. Omnes enim ante Aristotelem posuerunt celum esse de natura quatuor elementorum. Aristoteles autem primus hanc viam improbavit: & posuit celum esse quintam essentiam sine gravitate & leuitate: & alie contrariis: ut patet in primo celi & mundi. & propter efficaciam rationum eius: posteriores philosophi consenserunt sibi: unde nunc omnes opinionem eius sequuntur. Similiter etiam expositores sacre scripture in hoc diuersificati sunt secundum quod diuersorum philosophorum sectatores fuerunt a quibus in philosophicis eruditi sunt. Basilius enim & Augustinus & plures sanctorum sequuntur in philosophicis que ad fidem non spectant opiniones platonis: & ideo ponunt celum de natura quatuor elementorum. Dionysius autem fere vbi que sequitur Aristotelem: ut patet diligenter inspicenti libros eius. unde ipse separat corpora celestia ab aliis corporibus. & ideo hanc positionem sequens dico: quod celum non est de natura quatuor elementorum. sed est quintum corpus. Ad primum ergo dicendum: quod alii sancti hoc tradiderunt non quasi asserentes: sed sicut videntes his que in philosophia didicerant. unde non sunt maioris auctoritatis: quam dicta philosophorum: quos sequuntur nisi in hoc quod sunt ab omni infidelitatis suspitione separati. unde potest dici quod sumunt ignem & aquas secundum similitudinem lucis & diaphanitatis. Ad secundum dicendum quod Raby moyses dicit quod ignis intelligitur per tenebras: que in principio creationis commemorantur: ut sic numerus

et ordo elementorum designetur: dum super terram aqua super aquam spiritus. i. aer super spiritum qui est facies abissi tenebre describuntur: eo quod ignis in sua sphaera non lucet: ut a philosophis probatum est. Sed quia haec expositio videtur nimis extranea. Ideo potest melius dici quod ibi non tanguntur nisi creature que habent manifestam apparentiam et utilitatem apud nos omnes. et propter hoc etiam de aere non fecit mentionem: quia aer esse corpus a vulgo non percipitur. Unde quidam vacuum plenum aere dixerunt. Similiter et ignis elementum sed quod in sphaera sua est non sensu: sed ratione deprehenditur. et ideo horum creatio rudi populo explicite non proponitur. sed per aquas omnia tria intelliguntur: quasi medium corpus iter celum et terram. Et dicendum secundum Augustinum: quod aer quantum ad superiorem partem propter tranquillitatem: cum celo computatur: quod est ignis secundum eius positionem. et ideo nos possumus dicere de igne et quo non ponimus celum de natura quatuor elementorum. Ad tertium dicendum: quod quando materia est proportionata ad recipiendam actionem secundum virtutem agentis: tunc agens facit sibi simile in specie. et dicitur agens uniuersum. quando autem materia non est proportionata ad recipiendas actiones secundum virtutem agentis: seruatur quidem aliqua similitudo effectus ad agentem secundum quod dicit Dionysius in secundo capitulo de diuini nominis quod habent causata: causarum suarum contingentes imagines. et tamen non oportet eodem modo inueniri aliquid in causa quo est in effectu: sed eminentiori. et ita etiam calor aliquo modo est in sole non quidem denominans ipsum ut dicatur calidus formaliter sed effectiue secundum virtutes calefaciendi que in eo est. Ad quartum dicendum: quod subtilitas et raritas non inuenitur uniuersum in corporibus celestibus et inferioribus: ut dicit commenta. in libro de substantia orbis. unde ignis dicitur esse subtilissimum corporum secundum illas acceptiones qua subtilitas in inferioribus corporibus inuenitur: tamen auctoritates ex exemplis sumptae parum cogunt.

Tertium sic proceditur. videtur quod motus celi non sit ab anima vel intelligentia. Motus enim celi est motus naturalis: ut in principio celi et mundi dicit philosophus. sed motus naturalis est cuius principium est forma corporis naturalis. ergo videtur quod motus celi sit a forma naturali eius: et non ab aliquo mouente per apprehensionem. Preterea. omnis motus ab anima est cum labore et pena: ut in secundo de celo. et nunquam dicitur: sed motus celi non est huiusmodi: quia non posset esse continuus et uniuersum ergo non mouetur ab anima. Preterea. anima intellectiua non coniungitur corpori: nisi mediante sensu et nutritiuo: ut patet ex comparatione partium anime ad species figurarum in secundo de anima. sed corpora celestia non possunt habere animam sensitiuam vel nutritiuam: quia non habent corpus completionatum quale exigitur ut sit instrumentum operationum anime vegetatiue et sensitiue. ergo videtur quod nec ab anima intellectiua moueri possit. Preterea. omne corpus motum ab anima habet dextrum et sinistrum et alias differentias positionis. sed corpus celeste cum sit totum uniuersum non habet huiusmodi diuersitates in partibus. ergo videtur quod non possit esse motus ab anima. Sed contra est: quia probatur in .viii. phys

corum: quod omne quod mouetur localiter oportet reduci in primum quod ex se mouetur. sed ex se motum non potest esse: ut probatur ibidem: nisi illud cuius una pars est mouens et altera mota. et omnis talis motus est motus virtutis apprehendens. ergo omnis motus celi esse ab aliqua virtute apprehendente. Preterea. omnis motus naturalis est corporis existentis extra ubi sum. hoc autem est impossibile in celo ponere. ergo motus celi est ab aliqua apprehensione. Respondeo dicendo: quod circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim dicunt: quod sicut motus aliorum corporum simplicium est ex naturis eorum corporalibus: ita et motus corporis celestis. Istud autem non videtur esse verum: quia omnis motus est ab aliquo motore. In motu autem corporum simplicium: quibus forma naturalis sit principium motus: non tamen est motor. Sed essentialis motor est generans quod dedit formam. et accidentaliter est remouens prohibens. ut probatur in octauo physicorum. que nullo modo competunt corpori celesti. Et preterea motus naturalis est adynam partem tantum et perficitur quiete naturali: et est corporis existentis extra ubi naturale: quod omnia etiam a corpore celesti aliena sunt. Et ideo alii dicunt quod oportet motus corporis celestis esse ab aliquo intellectu et voluntate. sed immediate ab ipso deo: hoc etiam ordini diuine sapientie non congruit cuius effectus ad vltima per media deueniunt: ut Dionysius dicit. Et ideo Gregorius dicit in quarto dialogorum: quod corporalis creatura per spiritualement administratur. et ideo probabile est: quod aliquis intellectus creatus sit motor proximus celi. Sciendum tamen quod philosophi posuerunt diuersos motores diuersis motibus et mobilitibus. unde secundum eorum numerum probauerunt numerum intelligentiarum mouentium uniuersum: tamen ubi assignauerunt duos motores: unum coniunctum quem dixerunt animam orbis. et alterum separatum quem dixerunt intelligentiam: cuius positionis ratio fuit: quod intelligentia secundum eos habet formas uniuersales que non conueniunt: ut immediate dirigant in reuolutionibus diuersis motus celi: et in his que per motum celi educuntur. et ideo oportet habere motorem in quo sint forme particulares dirigentes in motu: et hunc dicunt esse animam orbis. Hec autem positio partim est heretica et partim catholice suscipi potest. Ipsi enim ponunt quod res secundum ordinem creantur a deo: ita quod a causa prima que deus est: creatur immediate intelligentia a qua iterum erit anima orbis et ab illa producatur substantia ipsius orbis. et pro tanto potest dici motor proximus forma eius vel anima quia dat sibi esse sicut causa sibi proportionata. Hoc autem fides nostra non patitur: que solum deum rerum creatorem ponit: ut supra dictum est. Et ideo angelos qui mouent orbis: proxime possumus motores dicere non formas vel animas: quia orbis recipiunt ab eis motum tantum: non autem esse. In hoc autem suscipi potest ut dicamus superiores angelos qui habent formas magis uniuersales esse motores separatos et remotos: angelos autem inferiores qui habent formas magis particulares: ut prius dictum est esse motores proximos. Unde etiam Thimocenna dicit: quod intelligentie apud philosophos sunt: qui in lege vocantur superiores angeli: ut cherubi et seraphin. sic vero orbium dominus inferiores: quod dominus angeli misterii

**C** Ad primus ergo dicendū: sicut comen. dicit in primo celi & mun. q̄ mot⁹ celi dicitur naturalis. nō quia principium eius actuum sit aliqua forma naturalis. Sed q̄ ipsum corpus celeste est talis nature: vt tale motum natum sit suscipere ab aliquo intellectu? et non habens naturam repugnantem huic motui voluntario: sicut est in nobis. Natura enim non tantum dicitur de forma: sed etiā de materia. **C** Ad secundus dicendū: q̄ p̄hs loquitur p̄ra illos qui ponebant celum de natura inferiorū corporū: tunc enim motus ille esset ab anima contra naturam corporis moti. & ideo oporteret laborem & penas esse in mouendo. Sed si ponatur motus ille ab intellectu secundus conditiones corporis moti: non est ibi violentia nec labor. **C** Ad tertius dicendū: sicut dicit commentator i lib. de substantia orbis: q̄ corpus celeste non est generabile nec est corruptibile: sicut corpus nostrum. & ideo non indiget aliqua forma vegetante ipsum. Similiter etiā: motor eius non acquirit cognitionem a rebus. sed habet scientia: quasi actiuas. & ideo nō indiget anima sensitua. & ideo etiā s̄ philosophos nō dicitur vnioe anima celi & hominis. **C** Ad quartus dicendū: q̄ secundus philosophus in secundo ce. & mun. in corpore celi est assignare differentias positionum: ita q̄ dextrus eius dicitur oriens vnde incipit motus: & sinistrum occidens. & superius polus meridionalis: & inferius polus septentrionalis: & anteriorius superius emisferium: & posteriorius inferius. tamen iste partes vt idem comen. dicit diuersimode assignatur in corpore celesti & in corporibus nostris q̄ntū ad duo. Primo quia in nobis iste partes figura & virtute diuersificantur: non autem in corpore celesti: cum vndiq̄ sit sphericus. Secundo: quia in nobis determinata pars est dextra: que nūq̄ sit sinistra. In corpore autem celi illa pars orbis que nūc est dextra p̄ modum sit sinistra: quia pars que nūc est in oriente postmodum est in occidente. quod contingit ex hoc: q̄ virtus erequens motus in nobis est actus corporis cuiusdam: affixa organis. s. musculis & nervis: q̄ nō contingit in corpore celesti.

**Q**uartum sic proceditur. videtur q̄ inconuenienter arabano numer⁹ celorum assignet.

**R**espondetur enim septem celos. s. empireum: cri & crystallinum: sydereum: igneus: olympium: ethereum: & aerium. Est enim celum sancte trinitatis in quod lucifer ascendere voluit vt supra dictum est. hec autē ab omnibus enumeratis differt. ergo insufficienter videntur celi enumerari. **P**roterea. sicut in sphaera aeris & ignis differt conuerum & concauum: ita etiā in sphaera celi empirei & crystallini. sed p̄nes conuerum & concauum ignis & aeris sumitur duplex celus vt infra dicitur. ergo similiter in celo empireo debet duplex celum assignari. **P**roterea. preter celū sydereū in quo sunt sydera fixa: sunt etiam orbis septem planetarum: qui etiam celi nomē fortiuntur. cū q̄ q̄ d̄ est mētione faciat: vt insufficienter celos assignari.

**P**roterea. sicut aer & ignis communicant cum celo in luce & diaphaneitate: ita etiā & aq̄. sed ratione huius conuenientie aer & ignis celum dicitur. ergo videtur q̄ oportuissimè similiter aquas elementū inter celos computari. **S**ed p̄ra. videtur q̄ nō sint tot celi: sed solum tres: per hoc quod legis prime corint. xii. Paulus vsque ad tertium celum raptus.

**R**espondetur dicendo: q̄ celum celum nominari: aut solū ab aliqua celesti proprietate: aut filia proprietate

te & natura. Natura enim corporis celestis est vt separatu sit a corruptione & a contrariis. proprietates autē ei⁹ precipue attenduntur in altitudine situs & claritatis participatione. Si ergo noiemus celū a natura & proprietate celesti sic est triplex celus: quorū vnū est informe & immobile. s. empireū. Sed vniforme & mobile. s. celū crystallinū. Tertiu difforme in partibus & mobile. s. sydereū. Si autē dicatur celū a proprietatibus celestibus tñ: sic erit multiplex celū. Sunt. n. duo elementa que simul claritate lucis participant & altitudinem sit⁹. s. aer & ignis: in quorum vtroque distinguitur pars superior q̄ntū ad conuerum sphaere ipsius: & pars inferior: q̄ntū ad concauum. pars ergo superior sphaere ignis dicitur celū igneus: eo q̄ ignis ibi purissim⁹ est. propriam naturam seruans. pars autem inferior eius celum olympium dicitur a quodam monte qui nominatur olympus in macedonia qui vltra nubes in altus dicitur porrigi. superior vero pars aeris dicitur celum ethereum propter inflammationem illius partis ex propinquitate ignis. quia vt i primo celi & mundi dicitur nomen etheris designat corp⁹ velle locis motus cito inflamabile vel inflamans. inferior vero pars aeris dicitur celus aerium in qua est aer seruans proprietatem aeris nobis noti: & in vsus nostrum venientis. **C** Ad primum ergo dicendū: q̄ celus sancte trinitatis nominatur methaphorice ipsa celsitudine diuine maiestatis ex transumptua similitudine qualis potest esse corporalium & spiritualium s̄m p̄oportabilitatē. & ideo non oportuit vt in eandē diuisionem cum celis corporalibus veniret. **C** Ad secundum dicendū: q̄ corpus illud quod natura celum dicitur: non est alterabile ea contractū alterius corporis. & ideo eandem naturam retinet in qualibus sui extremitate. & ideo in talibus corporibus non dicitur singulariter duplex celum s̄m superiorem & inferiorem partem: sicut in aere & igne: cuius extremitates ex alteratione corporum contingentium diuersis proprietatibus disponuntur. **C** Ad tertium dicendū: q̄ sub celo sydereo includuntur celi. vii. planetarum: qui omnes in hoc conueniunt cum sphaera stellarum fixarum q̄ habent difformitatem in partibus ex eo q̄ aliqua pars est lucida vt stella: & altera pars diaphana: vt sunt alie partes orbis. **C** Ad quartum dicendū: q̄ quis aqua participet diaphonitatem: non tamen participat altitudinem situs: cum in pluribus sit graue q̄ leue. est enim graue in loco ignis & aeris. leue vero in loco terre tñ. ignis vero est leuis simpliciter aer autem in pluribus leuis q̄ grauis. vt dicitur in quarto celi & mundi. & ideo elementum aque non consequitur nomen celi. **C** Ad quintum dicendū: q̄ p̄ triplex celum intelligitur s̄m glo. triplex genus visionis: vel etiam triplex hierarchia. vel potest dici: q̄ tertiu dicitur empireum vt tñ triplex celum sumatur q̄ naturam celestem habet: vt dictus est. s. empireū crystallinum: sydereum.

**Q**uintum sic proceditur. videtur q̄ inconuenienter oportet tertie diei describatur.

**R**espondetur enim tertia die facta est distinctio elementū ab vltio: s̄ sub medio elemento includitur ignis aer & aqua: vt dictum est. cum ergo ignis & aer sint nobiliora q̄ aqua: videtur q̄ inconuenienter eorum mentiones pretermisit. **P**roterea cuiuslibet corpori debetur locus naturalis s̄m existentiam sue forme. Unde comen. dicit in octauo phisico: q̄ quanto ignis accipit despecie in generatione

tantum habet de vbi: sed aqua etiam ante tertium diem formam naturalem habuerat: quod patet ex scriptura: que ipsius aque in principio mentionem facit. ergo a principio creationis in suum locum tendebat ergo non videtur 3<sup>o</sup> diei op<sup>o</sup> congregatio aquarum in unum locum. ¶ Preterea. in elementis est talis ordo quod subtili<sup>o</sup> se habet ad min<sup>o</sup> subtile: sicut continens ad contentum. unde ignis continet aerem: et aer aquam sed aqua etiam est subtilior terra. ergo aqua debet totam terram continere: et non in unam partem eius congregari. ¶ Preterea. a loco in quem mouetur corpus naturaliter: non potest moueri nisi violenter: ut in secundo ce. et mun. habetur. Si ergo aqua naturaliter congregatur in unam partem terre: videtur quod alias partes defluere non possent: nisi violenter. Nullus autem motus violentus est perpetuus: ut in primo ce. et mun. dicitur. Cum ergo ex mari: quod dicitur locus congregationis aquarum: inefficenter aqua ad reliquas partes terre deriuetur: quod ipsa perennis fluuioz ostendit: videtur quod non naturaliter aqua in unum locum congregentur: et ita inconuenienter talis congregatio in institutione nature commemoratur. ¶ Preterea. in loco naturali unumquodque elementum est purum et simplex. sed aqua in mari non videtur esse purum elementum: quod ipsa falsedo ostendit: cum aqua de natura sua sit insipida. ergo videtur quod non naturaliter in locum unum. scilicet in mare aque congregentur. et sic idem quod prius. ¶ Preterea. plantae videntur ad ornatum terre pertinere. sed ad ornatum deputantur tres ultimi dies. ergo in opere tertie diei de productione plantarum mentio facienda non erat. ¶ Preterea. herbe quedam vel plantae non videntur in tertia die esse productae. sed post peccatum hominis. ut habet Gene. tertio. Spias et tribulos germinabit tibi. ergo videtur quod inconuenienter in tertia die dicatur terram herbam virentem protulisse: cum hoc non sit vniuersaliter verum. ¶ Preterea. sicut plantae generantur in terra: ita et corpora mineralia. ergo videtur quod insufficienter rerum productionem determinet scriptura: cum in hac die de mineralibus mentio non fiat. ¶ Respondeo dicendo: quod op<sup>o</sup> distinctionis attendit secundum hoc quod corporibus que sunt elementa mundi: conferuntur virtutes vniuersaliter ad naturales effectus: mouentes: cuiusmodi sunt qualitates actiue et passive elementorum. et ideo huiusmodi qualitates in inferioribus elementis tertia die collate intelliguntur: quibus adinuicem et proprietate et situ separantur: eo quod inter qualitates elementares etiam grauitas et leuitas continentur: que sunt principia motus elementorum ad propria loca: etiam quietis naturalis eorum in eisdem: sicut caliditas et frigiditas sunt principia alterationis. et ideo ex collatione talis virtutis dicuntur aque tertia die in unum locum congregate.

¶ Ad primam ergo dicitur: quod ignis et aer sunt elementa magis latentia: eo quod non ita sensu percipiuntur: sicut aqua. et ideo legislator rudi populo legem proponens ex manifestis que tetigit: occulta intelligenda reliquit.

¶ Ad dicitur: ut prius dicitur est: quod aer quantum ad superiorum partem comprehenditur notitie celi: quantum vero ad inferiorum nomine aque. propter similitudinem humiditatis quas cum aqua habet: cuius vaporibus resolutis quodammodo aer inspissatur. ¶ Ad secundum dicendum: quod sicut calor et frigus non sunt forme substantiales elementorum: ita nec grauitas et leuitas: quia non possent esse aliis corporibus accidentales. unde

sicut forma substantialis non est principium alterationis: nisi mediante calore vel frigore. ita nec est principium motus vel quietis localis: nisi mediante grauitate et leuitate. et ideo quibus aqua formas substantiales ex opere creationis habuerit: non tamen ex his proprium locum congregabatur. sed per op<sup>o</sup> sue distinctionis intelliguntur hec opera ordinata secundum tempus. sive secundum materiam terram. Verbum autem commentatoris intelligendum est de corporibus secundum quod sunt in sui complemento quantum ad primum et ad secundum esse. ¶ Ad tertium dicitur: quod quanto aliquod elementum est subtilius: tanto est maius in quantitate. et ideo aer est maior quam aqua: et aqua quam terra. et ideo aer complectitur ista duo vndique complens sphericam figuram a quo deficit aqua que quidem terram cingit. si rotam operiens ipsam: complens quidem circulum: sed deficiens a completionem sphaere. et habet etiam requirit necessitatem finis: ut in terra possit esse habitatio animalium respirantium et generatio plantarum. terra vero quasi minima in centro concluditur. ¶ Ad quartum dicendum: quod corpora inferiora preter motus proprios sequuntur quodammodo motum superiorum. et quanto est perfectius corpus inferius: tanto magis consequitur de motu superioris: quod patet ex hoc quod in corporibus celestibus orbis inferiorum preter motum proprium retinet motum superioris orbis quo defertur: ita etiam est in elementis: quod ex motu corporum celestium aliquid consequuntur de motu circulari preter motus proprios naturales: quod euidentissime apparet in reflexu maris qui sequitur motum lune. non tamen hoc fit per motum violentum: quia dicitur comen. in quarto ce. et mun. quod motus quibus elementa sequuntur impressiones corporum celestium: non sunt violenti: cum sit habet naturalem ordinem corporum: quod inferiora impressiones superiorum sequantur: et tanto plus quanto perfectius fuerit in natura corpus inferius. et per hunc modum ex impressione celi mouentur elementa admixtionem aqua subingreditur terram ut sit apta ad generationem mineralium et animalium et plantarum: et ex inde in locum proprium naturali motu reuertitur: ut dicitur eccle. primo: ad locum unde exeunt flumina reuertuntur etc. ¶ Ad quintum dicitur: quod omnia elementa in loco vbi contingunt se alterantur a sua natura: ut sit quidam motus commixtionis in terra. et exinde in mari ea saturantur falsedo ex admixtione vaporis terrestris simul cum aduisione radii solaris: et hoc precipue prope terram et in superficie. In profundo enim pelagi inuenitur aqua dulcis: ut patet ex verbis philosophi dicentis in libro de animalibus quod quidam piscis qui dicitur malarie inuenitur valde magnus in locis pelagiosis: in quibus abundant aque dulces. ¶ Ad sextum dicendum quod de productione plantarum videtur esse diuersitas inter Augustinum et alios sanctos. Augustinus enim videtur vel le: quod cum dicitur producat terra herbas virentes etc. Non intelligitur tunc plantas esse productas in propria natura: sed tunc terre datam esse virtutem generatiuam ad producendum plantas opere propagationis. aliis autem videtur: quod tunc etiam plantae productae sunt. utroque autem modo conuenienter productio plantarum ad opus distinctionis pertinet: quod ad earum pullulationem sufficit virtus celestis loco patris. et virtus terre loco matris: ut philosophus dicit. Et sic principia communia actiua que ad opus distinctionis pertinent sufficiunt ad generationem plantarum: non autem

ad pductionē animalium ad que requiritur virtus formatiua in semine existens. vel quod quilibet res pertinet ad ornatum illius loci in quo mouet: et non in quo quiescit. Plante autem radicibus infixe terre adherent. et ideo ad ornatum eius non pertinent: sed cum ipsa computatur: sicut dicit Augustinus super Genesim. ii. **C** Ad septimum dōm: quod plante nocine simul etiam cum aliis producere sunt: non tamen homini ante peccatum nocine fuissent diuina prouidentia ipsam protegente. sed post peccatum in nocumentum hominis esse ceperunt. vnde signanter dicitur germinabit tibi. **C** Ad octauum dōm: quod generatio mineralium est occulta in visceribus terre. et ideo non oportuit de his populo facere mentionem: sed de his solum quod manifesta sunt. **P**reterea. mineralia non participant aliquem gradum dignitatis in entibus supra elementa cum vita careant: propter quod non oportuit de his specialiter fieri mentionem. Quod de aquis factus esse credi potest et. Hoc intelligendum est quantum ad proprietatem perspicuitatis: et non quantum ad naturam corporis elementaris: sed hoc etiam credi potest: quod contra fidem non est. Sed spiritus sanctus quibus et. Mandatum quod hic auctores nostros nominant eos qui litteras canonicas ediderunt. scilicet apostolos et prophetas: qui hec scribere non curauerunt. sed ab aliis sanctis asseritur et philosophis probatur celum esse spherice figure: quod etiam rationibus naturalibus et etiam mathematicis demonstratur. Quae autem sistet et. hoc etiam apud philosophos est duplex opinio. Aristoteles. n. vult tamen orbem moueri: et non stellas habere. scilicet per hole. vlt stellas proprium motum per motum orbis. Quibus autem utroque modo motus localis celestibus orbibus ascribat. motus tamen varians aliquid in eius substantia ab eo excluditur: ex cuius priuatione firmamentum vocatur. Post hec queri solet et. Preter hanc rationem mysticam que in littera tangitur: aliam litteralem magister in historiis assignat: quam etiam et Rabby moyses tangit. quia scilicet in secunda die medium elementum a supremo distinguebatur. et ita non erat per secula distinctio medii elementi: nisi etiam ab infimo distingueretur. sic patet opus secunde diei in tertia die consummatum esse. et ideo benedictio tertie diei ad utrumque refertur.

**De opere quarte diei quando facta sunt luminaria.**

**Di** decimaquinta.

**Equit** dixit deus Fiat luminaria in firmamento celi:

et diuidant diem ac noctem. In prece-  
denti triduo disposita est vniuersitas huius mundi in machinam partibus suis distributa. Formata. n. luce prima die que vniuersa illustraret duo sequentes dies attributi sunt supreme et infime parti mundi: firmamento. scilicet et aeri et terre et aque. **P**ra secunda die firmamentum desuper expansum est. Tertia vero aquarum molibus intra receptacula sua collectis terra est reuelata atque aer serenatus. Quatuor igitur mundi elementa illis diebus suis locis distincta sunt et ordinata. Tribus autem sequentibus diebus ornata sunt illa quatuor ele-

menta. Quarto enim ornatus est firmamentum sole et luna et stellis. Quinta aer in volatilibus et aqua in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terre iumenta et reptibilia et bestias: post que omnia factus est homo de terra et in terra. non tamen ad terram: nec propter terram: sed ad celum et propter celum.

Ante alia de ornatu celi agit sicut prius factus est.

**V**ia ergo celum ceteris elementis specie prestat priusquam aliis factum est. ideo ante alia ornatum in quarto die quo sunt sidera. Que ideo facta sunt ut per ea illustraretur inferior pars ne esset habitabilis tenebrosa. Infirmis hominum pium est: ut circueunte sole potirent homines diei noctisque vicissitudine pro dormiendi vigilandi necessitatem et etiam ideo ne nox indecora remaneret. sed luna ac sideribus consolarentur homines quibus in nocte operandi necessitas incumberet: et quod quaedam animalia sunt que luce ferre non possunt. **N**on autem sub die et sint insignia et tempora et dies et annos: quomodo accipiendum sit queri solet. Ita enim dictum videtur: quasi quarto die cepissent tempora: cum tamen prius triduum sine tempore non fuerit. **I**tem tempora que sunt per sidera non spacia morarum sed vicissitudinem aeris qualitatis debemus accipere: quia talia motibus siderum fiunt sicut dies et anni quos vilitate nouimus. Sunt enim insignia serenitatis et tempestatis et in tempore: quod per ea distinguimus quatuor tempora anni. scilicet ver. estate. autumnum. et hyemem. **V**el sunt in signa et tempora. id est in distinctione horarum temporis. quod per insigne fieret ordo temporum nullis notabat iudicis. vel meridiana hora vel qualibus hora. hec quarta die facta sunt.

**De opere quinte die quando creauit deus ex aquis volatilia et natatilia.**

**F**uit etiam deus. Producat aque reptibile aere uiuentis: et volatille super terram et. **P**rius quante diei est formatio piscium et autem: quibus duo elementa ornantur. et de eadem materia. id est de aquis pisces et aues creauit. Volatilia leuans in aera: et natatilia remittens gurgiti.

**De opere sexte diei quando creata sunt animalia et reptibilia terre.**

**E**gitur dixit deus. Producat terra animalia uiuentia: iumenta et reptibilia et bestias terre secundum species suas et. **S**exte diei opus describitur cum terra suis animalibus ornari dicitur.

**U**trum post peccatum venenosa animalia noxia facta fuerint an propter peccatum nocere ceperint prius facta innoxia.

Veri solet de venenosis animalibus et  
 q et perniciosis vtrum post peccatum ho-  
 mini s ad vindictam creata sint: an po-  
 tius creata innocua peccatoribus nocere ce-  
 perint. Sane dici potest q creata nihil homi-  
 ni nocuissent si non peccassent. Puniendo-  
 rum namque viciorum et terrendorum: vel proban-  
 de et perficiende virtutis causa nocere ceperunt.  
 Fuerunt ergo creata innocua: sed per pecca-  
 tum facta sunt noxia.

Utrum minuta animalia tunc creata fuerit.

Quibusdam etiam minutis aiantibus  
 d questio est: vtrum in primis conditi-  
 onibus creata sint: an ex rebus corru-  
 ptis postea orta sint. Pleraque enim de humi-  
 dorum corporum viciis vel exaltationibus:  
 siue de cadaueribus gignuntur. Quedam etiam  
 de corruptione lignorum et herbarum et fru-  
 ctuum: et deus auctor omnium est. Potest  
 autem dici q ea que de corporibus animali-  
 um maxime mortuorum nascuntur cum anima-  
 libus creata non fuerint: nisi potentialiter et ma-  
 terialiter. Ea vero que extra vel aquis nascuntur  
 vel ex herbis que terra germinante orta sunt:  
 tunc creata fuisse non incongrue dici potest.

Quare post omnia factus est homo.

In omnibus autem creatis atque dispo-  
 o sitis nouissime factus est homo tanquam  
 dominus et possessor: qui et omnibus  
 preferendus erat. Unde sequitur. Vidit deus  
 q esset bouum et ait. Faciamus. b. et c. Sed an-  
 tequam de hominis creatione tractemus: quod  
 supra breuiter tetigimus: plenius versantes:  
 clarius faciamus. In hac enim rerum distinctio-  
 ne catholici tractatores discesserunt: vt supra di-  
 ximus inueniunt. Aliis dicentibus res crea-  
 tas atque distinctas secundum species suas per in-  
 terualla. vi. dierum. Quorum sententie quod li-  
 tera genesis magis inferuire videtur atque ca-  
 tholica ecclesia magis approbat. ideo hactenus  
 studiose docuimus quomodo ex illa com-  
 muni materia prius informiter facta: postea  
 rerum corporalium genera per sex dierum vo-  
 lumina distinctis sunt formata. Aliis autem vi-  
 detur q non per intervalla temporum facta sint  
 sed simul ita formata ad esse prodierint. Quod  
 Augustinus super genesim pluribus modis  
 nititur ostendere: dicens elementa quatuor ita  
 formata: sicut modo apparent ab initio exi-  
 stisse: et celum syderibus ornatum fuisse. Que-  
 dam vero non formaliter sed materialiter tunc facta  
 fuisse: que post per temporis accessum formaliter  
 distincta sunt: vt herbe: arbores: et forte ani-  
 malia. Omnia ergo in ipso temporis initio

facta esse dicunt. sed quedam formaliter et scilicet  
 species quas habere cernimus: vt maiores in-  
 di partes. quedam vero materialiter tantum. sed vt di-  
 cunt Moyses loquens rudi et carnali populo  
 locutionis modum temperavit de deo lo-  
 quens: a simili hominis qui per moras tempo-  
 rum opera sua perficit: cum ipse omnia ope-  
 ra sua fecerit. Unde Augustinus: Ideoque in-  
 quit moyses diuinitatem refert deum illa opera  
 fecisse: quod non potuit simul ab homine dici: quod  
 a deo simul potuit fieri. Item potuit diuide-  
 re scriptura loquendi temporibus: quod de-  
 us operandi temporibus non diuisit. Illi qui  
 his auctoritatibus et aliis huiusmodi inheren-  
 tes dicunt quatuor elementa atque celi lumi-  
 naria ita formata simul esse et habuisse illos sex  
 dies: quos scriptura memorat sex rerum ge-  
 nera. id distinctiones appellant: que simul fa-  
 cte sunt: partim formaliter partim causaliter.

Quomodo intelligendum est deum requi-  
 euisse ab omni opere suo.

Am de septime die requie aliqd nos  
 i eloqui oportet. Scriptum est quia com-  
 pleuit deus die septimo opus suum  
 et requieuit die septimo ab vniuerso ope quod  
 pararat. Requieuisse dicitur deus septimo  
 die non quasi operando lassus: sed ab vniuer-  
 so opere requieuit: quia nouam creaturam fa-  
 cere cessauit. Requiescere enim cessare dicitur.  
 Unde in apocalypsi. Non habebant requiem  
 dicentia. Sanctus: sanctus: sanctus. i. dice-  
 re non cessabat. Requieuisse igitur deus di-  
 citur quia cessauit a faciendis generibus cre-  
 ature: quia ultra noua non condidit. Usque  
 nunc tamen vt veritas in euangelio ait. Ope-  
 ratur pater cum filio: scilicet administrationem  
 eorundem generum que tunc instituta sunt.  
 Creatoris enim virtus causa subsistendi est  
 omni creature. Quod ergo dicitur pater me-  
 us vsque modo operatur: et ego operor illud.  
 vniuersae creature continuam administratio-  
 nem ostendit. Die ergo septimo requieuit:  
 vt nouam creaturam non faceret ulterius: cu-  
 ius materia vel similitudo non precesserit. sed  
 vsque nunc operatur. vt quod condidit conti-  
 nere et gubernare non cesset.

Qualiter accipiendum sit q deus dicitur  
 compleuisse opus suum septimo die cum tunc  
 requieuit ab omni opere suo.

Et queritur quomodo septimo die  
 f dicitur deus compleuisse opus suum  
 cum ab omni opere illo die requie-  
 uerit: nec aliquod genus nouum rerum fecerit.  
 Alia translatio habet. Consumauit deus die

septimo op era sua: que nihil questionis affert. quia manifesta sunt que in eo facta sunt & eo die omnium consumatio perfecta est: sicut scriptura ostendit cum ait. *Vidit deus cuncta que fecerat: & erant valde bona.* Omnia quidem naturaliter bona erant: nihilque sui natura viciu habentia. Et sunt bona que condidit deus etiam singula simul vero vniuersa valde bona: quia ex omnibus consistit vniuersitatis ammirabilis pulchritudo in qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum & loco suo positum eminenti commendat bona vt magis pleceant & laudabiliora sint dum comparantur malis. *Sexta ergo die facta est omnium operum consumatio.* Ideo premissa oritur questio: scilicet quomodo dicatur deus die septimo opus suum compleisse: quod hebraica veritas habet. in quo tamen nihil nouum creasse dicit: nisi forte dicatur die septimo compleisse opus suum. quia ipsum benedixit & sanctificauit: sicut subsicit scriptura. *Benedixit die septimo & sanctificauit illum.* Opus enim est benedictio & sanctificatio: sicut Salomon aliquid operis fecit cum templus dedicauit.

*Que sit sanctificatio & benedictio septimi diei.*

Nullum autem diem sanctificasse et benedixisse legitur: quia mystica pre ceteris benedictione & sanctificatione eum donauit. Unde in lege dicitur. *Memorato sanctificare diem sabbati.* Et inde est quod numerando dies vsque ad septimum procedimus: & dicimus septem esse dies quorum repetitio omne tempus agit: non quin alius sit ab illis dies octauus & nonus. & sic de ceteris: sed quia in septem diebus rerum genera distincta sunt. Et in septimo licet non fuerit nouum genus rerum institutum. tamen fuit in eo quasi quidam nouus status sanctificationis operum: & requietionis opificis. Potest etiam sic exponi illud. *Compleuit die septimo opus suum.* id est. completum & consumatum vidit.

*Equitur dicit deus fiant luminaria &c.*

Post opus creationis & distinctiois hic incipit magister prosequi opus ornatum. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de operibus trium vltimorum dierum qui ad ornatum deputantur. In secunda determinat de quiete septime diei. In qua totius operis consumatio ostenditur. ibi. Jam de septime diei requie &c. Prima in duas. In prima prosequitur opus ornatu secundum finem aliquorum sanctorum. In secunda pro-

sequitur sententiam Augustini de operibus sex dierum. ibi. Sed antequam de hominis creatione &c. Prima in tres secundum tres dies quibus opus ornatu perficitur. In prima enim determinat de opere quarte diei. In secunda de opere quarte. ibi. Dicit deus: producat aqua &c. In tertia de opere septe diei. ibi. Sequitur dicit deus: producat terra &c. Circa primam duo facit. Primo distinguit opera ornatu ab inuicem & ab operibus distinctionis. Secundo prosequitur specialiter operem quarte diei. ibi. quod ergo celum &c. Tertio mouet quandam dubitationem & soluit. ibi. Quod autem subditur & sint in signa &c. Sequitur dicit deus &c. Hic describitur opus septe diei. Et circa hoc tria facit. Primo ponit opus quod septe die factum est. Secundo mouet circa hoc duas questiones: vnam de animalibus nociuis ibi. Queri solet de venenosis &c. Aliam de animalibus ex putrefactione generantis. ibi. de quibusdam etiam minutis &c. Tertio assignat rationem ordinis eius: quod vltimo factum est ad opera precedentia. ibi. Omnibus autem creatis &c. Jam de septime die rege &c. Hic magister prosequitur ea que ad septimum diem pertinent. & circa hoc tria facit. Primo ostendit quomodo intelligatur auctoris requies. Secundo quomodo intelligatur operis consumatio. ibi. Sed queris quomodo septima die &c. Tertio ostendit quomodo intelligatur ipsius diei sanctificatio. ibi. Illum autem diem sanctificasse &c. Hic iria querunt. Primo de productione stellarum que ad quartum diem pertinet. Secundo de productione animalium que pertinet ad quintum & sextum. Tertio de quiete opificis que pertinet ad septimum. Circa primum queruntur tria. Primo de ipsa productione stellarum. Secundo de effectu earum in inferiora corpora. Tertio de effectu earum in ea que sunt ex libero arbitrio.

Primum sic proceditur. videtur quod stellarum productio incompetenter describitur. *Et a. n. que sunt priora secundum naturam per prius ab ordinatissimo auctore prodire. sed sol & alie stelle naturaliter preecedunt inferiora corpora: sicut mouens preecedit motum & agens passum. ergo inconuenienter describitur productio solis & aliarum stellarum post distinctionem inferiorum elementorum.* Preterea. secundum philosophum in secundo celi & mundi. Stelle sunt partes orbium immobiles in orbibus permanentes per eorum motum delate. Sed plante dicuntur ad ornatum non pertinere: quod terre affixe sunt: ergo videtur quod nec etiam stelle. Preterea. sicut probant astrologi multe stelle sunt maiores luna. Sed cum dicitur esse duo magna luminaria discretim intelligitur excedens magnitudo. ergo videtur quod inconuenienter h de luna dicatur. Preterea. luminare vsque dici quod est vas luminis sed illud corpus dicitur vas luminis quod a se lumehz: quod lune non oportet. quia a sole illuminari eclipsis lune & augmentatio & diminutio ostendit. ergo videtur inconuenienter luna luminare dici. Preterea. vnumquodque luminare tempore illi preesse videtur in quo appareat. sed luna quandoque est in die apparet. ergo non debet dici solum nocti preesse. Preterea. nobilius nunquam est propter vilius se: sed non nisi absurde dici potest minuta animalia: que lucem solis ferre non possunt: luna & sideribus digniora esse. ergo videtur inconuenienter in littera dici. ideo factam esse lunam & sidera vt lucerent propter talia animalia. Respondeo dicendo: quod sicut

supra dictum est: preter principia communia actiua in tota natura eriguntur determinate virtutes mouentes ad determinatas species: et huiusmodi virtutes populus ornatus rebus indite sunt. Sicut autem actio virtutum inferiorum communiter agentium reducitur in virtutem celestem actiuam vniuersaliter: ita etiam virtutes que sunt in inferioribus mouentes ad determinatas species reducuntur in aliquas virtutes celestes determinatas. et huiusmodi virtutes determinate consistunt precipue in stellis que secundum diversos aspectus et coniunctiones impromunt ad determinatas species vt dicit commentator in vndecimo methaphysice. vnde virtutes inferiores sicut instrumenta virtutum superiorum: vt dicit commentator in octauo physico: et ideo vt ordo ornatus distinctionis ordini responderet primo ponitur ornatus supremi elementi secundum productionem luminariam in quibus determinate virtutes consistunt. secundo ornatus medii elementi per formationem piscium et animalium. tertio ornatus infimi elementi in productione animalium terrestrium.

Ad primum ergo dicendum: quod si dicitur fiant luminaria in firmamento celi: non intelligitur quod huiusmodi corpora luminaria secundum esse suum specificum ex preiacenti materia facta sint. sed eorum substantia prius existente tunc primo virtutes determinate eis collate sunt: ex quo vltimum complementum sui acquirere. De autem determinate virtutes corporum celestium non respondent communibus virtutibus que sunt in elementis: sed propriis que sunt in determinatis rebus: vt sicut lucis productio elementorum distinctionem precesserat: ita luminarium institutio precederet naturalium specierum diuersitatem. Ad secundum dicendum: quod ad productionem plantarum sufficientem communes virtutes elementorum que ex diuersa commixtione elementorum diuersimode speciem sortiuntur: quod in animalibus perfectis accidere non potest: quibus quidam philosophi hoc posuerunt. et hoc est causa quare plante ad opus distinctionis pertinent. Unde non oportet quod stelle pertrineant ad opus distinctionis: in quibus sunt virtutes mouentes ad determinatas species. Vel potest dici: quod stelle et si non mouentur in celo per se mouentur tamen cum orbibus suis. plante vero nec per se nec cum aliis mouentur. Ad tertium dicitur quod sol dicitur magnum luminare et propter quantitatem et propter virtutem. Luna vero dicitur magnum: non tam propter quantitatem veram quam propter quantitates apparentes et propter excessum claritatis respectu aliarum stellarum et propter proximitatem eius ad nos et propter evidentiam effectus que habet in rebus humidis. Ad quartum dicendum: quod sicut philosophi probant: et etiam Dionysius asserit in quarto capitulo de diuinis nominibus. a sole illuminantur omnia corpora et superiora et inferiora: et non tantum luna. nec tamen hoc impedit quin alia corpora luminaria dicantur: quia cum lumen solis vt Dionysius dicit recipiuntur diuersimode in diuersis corporibus secundum eorum proportionem: quedam corpora recipiunt lumen predictus: vt lucentia et radios emittentia: sicut luna et stelle et talia possunt luminaria et vasa luminis dici: quedam autem recipiunt non vt radios ex se emittentia. et hoc dupliciter: vel in profundo vt aer: vel in superficie vt corpora opaca: quorum neutrum luminare dicitur.

ci potest. Ad quintum dicitur quod quibus luna in die apparent: non tamen lumen eius in die dominatur propter preter sentiam maioris luminis: et ideo dicitur nocti preesse non diei. Ad sextum dicitur quod aliquid potest esse propter aliud dupliciter. aut quod ordinat ad ipsum sicut ad finem proprium et principalem: et sic inconueniens est dicere quod aliquid sit propter vilius se: vt luna et stelle propter noctuas et vesperitiliones: cum finis potior sit his que sunt ad finem. Alio modo potest dici aliquid esse propter aliud: cui ex ipso prouenit aliqua utilitas: eo modo quo potest rerum dici propter rusticum: ex cuius regimine prouenit ei par. et per hunc modum est intelligendum quod in littera dicitur. omnes enim utilitates que ex corporibus celestibus proueniunt in inferioribus sunt a deo prouise qui corpora illa instituit.

Secundum sic proceditur. videtur quod corpora celestia non habeant aliquem effectum in inferioribus corporibus. Primo per hoc quod in littera dicitur: quod facta sunt huiusmodi corpora vt sint in signa. Signa autem contra causas diuiduntur. ergo videtur quod non sint cause aliquorum que in inferioribus contingunt. Preterea. Damascenus dicit. Nos autem dicimus quod ipsa. scilicet corpora celestia non sunt causa generationis eorum que generantur neque corruptionis eorum que corrumpuntur. sed generatio et corruptio ad corpora alia pertinent. ergo videtur quod nec in corporalibus effectum habeant. Preterea. necessitas effectus procedit ex necessitate cause vt in quinto metaphysice philosophus dicit. Sed motus corporum celestium et dispositiones eorum sunt de rebus necessariis et inuariabilibus: vt etiam dicit Dionysius in epistola ad Policarpum. Si ergo ex corporibus celestibus causarentur alterationes et motus eorum in inferiorum oporteret quod in inferioribus omnia ex necessitate contingerent. Hoc autem apparet esse falsum. ergo etc. Preterea. omne agens agit sibi simile. sed corpora superiora non afficiuntur qualitatibus inferiorum corporum. scilicet calore et frigore: vt philosophus probat. ergo videtur quod non possint esse causa motuum et alterationum ad has formas. Si dicatur quod causant calorem per motum et per naturam lucis. Contra. vbi est eadem causa et idem effectus. Sed omnia corpora celestia communiter motus et lumen habent. ergo omnia haberent eundem effectum: quod est contra omnes qui ponunt casualitatem corporum celestium super inferiora cum quedam eorum dicantur effectiue calida vt sol: quedam vero frigida: vt saturnus et luna. Preterea. cum mouens et motum oporteat esse simul et agens et passum: vt probatur in septimo physico: non potest ab vno extremo prouenire actio in alterum nisi per impressionem factam in medio. sed inter stellas superiores et corpora inferiora sunt medii orbis planetarum. cum ergo illi orbis non recipiant impressionem caloris et frigoris: non videtur quod ad minus a superioribus stellis aliqua impressio in inferiora corpora fiat: nec etiam ab aliquo planetarum: nisi forte a luna. Sed contra est quod dicit Augustinus in libro de ciuitate dei. Non vltimaque absurde dici potest ad solas corporum differentias afflatus quedam sydereos peruenire. Dionysius etiam dicit in quarto capitulo de diuinis nominibus de radio solari tractans: generationem visibilium corporum perfert: et ad vi-



ram ipsam mouet & auget & nutrit & p̄ficat. h̄ etiā ipse sensus ostendit precipue quantum ad effectus solis & lune. **R**espondeo, d̄ q̄ circa h̄c q̄ōnez sunt multipler error. Quidam enī antiqui naturales non in relligentes aliquam substantiam preter corpora esse ea que sunt nobilissima in corporibus posuerunt esse nobilissima in entibus. vnde etiā scientiam naturalem primam scientiarū dicebant vt in. iiii. metha. d̄. et propter hoc corpora celestia deos appellabāt credentes etiam ea esse animata q̄ & ipsam animā corpus esse dicebāt vt in primo de anima p̄. & id sequebatur corpora celestia habere primam influentiam in inferiora corpora ex se & non ab alio: & hec fuit eā inducens ydolatriam. Sed h̄ positio ostenditur erronea non tantum per scripturas sanctas: sed etiam per rationes philosophorum qui subas intellectuales primas esse probauerunt quarum vnā esse primam omnium ostendunt. s. deum. Alia positio ē quod r̄undam philosophorum qui quidem concedunt non biscum corpora celestia non eē primas cās inferiorum sed ipsa esse ab alio habere & virtutem agendi. dicunt tamen q̄ esse corporum inferiorum procedit a deo mediantibus corporibus celestibus. vnde et materiam elementorum Auicenna dicit a substantia celi causari: & hoc vt ostendat omnia a deo secundū ordinem processisse. s. animas mediantibus intelligentiis & corporalia mediantibus spiritualibus & corruptibilia mediantibus incorruptibilibus. S; hec positio erronea est & contra fidem que ponit deum solū materię & omnium rerum creatorem esse vt supra dictum est. **A**liorum positio est q̄ omnino nullum effectus in corporibus habent. Sed hoc omnino est contra sensum & contra sanctorum auctoritates. Et ideo aliter dicendum est q̄ s̄m Auicennam duplex est agens. s. agens diuinus quod est dans eē & agens naturale quod est transmutans. Dico ergo q̄ primus modus actionis soli deo conuenit: sed secundus modus etiam aliis conuenire potest. & per modum istum d̄ est corpora celestia causare generationem et corruptionem in inferioribus in quantum motus eorum est causa omnium inferiorum mutationum. Sed cuius motus sit actus motoris & moti oꝝ q̄ i motu relinquat virtus motoris & vt mobilis vnde ex ipso mobili quod corpus est habet virtutes mouendi inferiora corpora ad dispositiones corporales: ex parte autē motoris qui est substantia spiritualis quecūq; sit illa habet virtutem mouendi ad formas substantiales s̄m quas est esse specificus q̄ diuinum esse dicitur. relinquatur autem virtus spiritualis sube in motu corporis celestis ad modū quo virtus motoris relinquatur in instrumento: & p̄ hunc modum omnes forme naturales descendunt a formis que sunt sine materia vt Boetius dicit in libro de tri. & cōmen. in. xi. metha. sicut forme artificiorum ab artifice. **A**d primum ergo dicendum q̄ cōtingit aliquando idem esse signum & cām: cām in quantum operatur ad effectum: signum in quantum sensibus representatum in cognitionem effectus ducit. Unde per hoc q̄ dicuntur signa non excluditur eorum causalitas quam tamen scriptura subicit ne ydolatriā aliqua occasio daretur ad quam tunc tēporis homines proni erant. **A**d secundum dicendum q̄ Dama. intendū negare a corporibus celestibus illam causalitatem que ydolatriam inducebat

vt patet ex predictis. **A**d tertium dicendum q̄ impressio alicuius agentis non recipitur in aliquo nisi per modum recipientis: & quia natura inferior est talis que impediri potest & deficere i minori parte. Ideo impressiones corporum celestium non recipiuntur in corporibus inferioribus secundum necessitatem vt semper: ita eueniat sed vt in pluribus. sicut expresse habetur a philosopho in fine de somno et vigilia. **A**d quartum dicendum q̄ similia sunt que in eadem forma communicant: sed contingit q̄ illam formam non vniuniformiter participant quedā quia quod est in vno deficienter: in altero est eminentius. & h̄ oportet inueniri secundum Dionysium in omnibus causis essentialibus. & ideo ipse dicit q̄ sol vniuniformiter pre acceptit in se omnia ea que diuisim per eius actionem in alijs causantur: & secundū hoc dico q̄ calor & frigus & huiusmodi inueniuntur i corporibus celestibus nobiliori modo q̄ in elementis non q̄ in istis qualitatibus afficiantur & denominantur: sed sicut in eis sicut in virtute actiua & talis similitudo sufficit ad actionem agentis non vniuoce. **A**d quantum dicendum q̄ lux quantum est de se semper est effectiua caloris etiam lux lune. Unde dicit philosophus in li. de animalibus q̄ noctes plenilunij sunt calidiores. sed preter naturam lucis que communis est omnibus corporibus celestibus que libet stella habet virtutem determinatam consequentem suam speciem ratione cuius lux eius & motus habet vel in frigidare vel humectare: & sic de alijs sicut etiam & preter motum communem qui est motus diurnus quilibet orbis habet motum proprium. **A**d sextum dicendum q̄ cuiuslibet agentis habetis situm actio prius recipitur in medio q̄ in termino non tamen oportet q̄ recipiatur in vtroq; eodem modo: sed secundum q̄ erigit dispositio vtriusq; sicut ponit exemplum cōmen. in octauo phisicorum de pisce qui retentus in rethi stupefacit manum preter hoc q̄ stupefaciat rethe que stupefactionis capax non est & tamen secundum aliquem modum rethe alteratur ex virtute piscis: ita etiam oportet q̄ virtutes superiorum stellarum prius recipiantur in medijs orbibus q̄ in inferiora corpora quibus non eodem effectus vtrobiq; habeant. **T**ertium sic proceditur. videtur q̄ corpora superiora habeant causalitatem etiam super motus li. ar. Dionysius enim in quarto capitulo de diuinis nominibus de corporibus celestibus tractans ea inquit que sunt in tempore determināt & numerant & ordinant & continent: sed opera que sunt ex li. ar. sunt in tempore. ergo determinantur. & ordinantur virtute corporum celestium. **P**reterea omne quod non est eodem modo se habens oportet reducere in causam semper eodem modo se habentem quia contingentiā procedunt ex necessarijs & disformia ab vniuniformibus: sed actus ex li. ar. dependentes maxime sunt variabiles ergo oportet eos reducere in motus celestes sicut in causas vniiformes. **P**reterea sicut se habet mouens & mobile: ad aliud mouens & mobile: ita se habet motus ad motum: sed motor corporis celestis est nobilior motore corporis humani & potens in ipsum imprimere & similiter corpus celeste in corpus humanum. ergo & motus celestis est aliquo modo causa operum humanorum que ex li. dependent ar.

de p̄ste

**P**reterea precognitio aliquorum futurorum non potest accipi nisi ex illis in quibus illa futura sunt ali quo modo sicut in causis siue per se cognoscantur cause ille siue per aliquos effectus qui dicuntur eorum signa et per consequens aliorum effectuum: sed precognitiones operum humanorum ex libertate ar. de pendentium accipiuntur ex motibus celestibus. sicut patet ex astrologis qui multa de hiis diuinando predicunt. ergo videtur q. corpora celestia habeant causalitates super ea que ex libertate ar. dependet.

**S**ed contra. sicut dicit philosophus in tertio de anima agens oportet esse prestantius patiente: sed corpus celeste est multo inferius in ordine entium q. anima rationalis. ergo non potest in ipsa agere ut causet aliquem effectum eius.

**P**reterea ut probat philosophus in tertio ethicorum in nobis est bonos vel malos esse sed boni vel mali efficitur per actus nostros. ergo in nobis est q. nos actus nostros faciamus. ergo non causantur ex aliqua virtute impressionis celestis.

**R**espondeo d. q. cu. propria rei operatio sequatur naturam ipsius: illud tantum causa operationis esse potest: quod aliquo modo naturam in esse producit. et ideo cum actus ex libertate ar. procedentes ex hoc q. voluntarij sunt et in potestate nostra actus humani proprie dicantur: non possunt in aliquam causam directe reduci que ipsius anime causa non sit: et ideo secundum diuersas positiones de causalitate rationalis anime consecute sunt diuerse opinioniones de operibus humanis.

**Q**uidam enim antiqui philosophi sensum et intellectum idem esse dixerunt in tantum q. sicut ex transmutatide corporis transmutatur sensus ita etiam amitteretur intellectus ut de Democrito philosophus narrat et cum omnes virtutes corporales ex corpore dependentes reducantur in virtutes primorum corporum sicut in causis: sequebatur q. corpora celestia directe causalitatem haberent super animam rationalem et per consequens supra operationes eius. vnde ponebant q. qualis vnusquisq. est secundum dispositionem quam ex natiuitate sortiebatur secundum impressionem superiorum corporum talis finis videbatur ei: et secundum hoc diuersificabant electiones hominum: quibusdam hoc quibusdam aliud eligentibus. hec autem positio reprobatata est a philosophis et quantum ad causam. quia probauerunt intellectum non esse virtutem corporalem nec actum eius proprium organo corporali expleri: tum etiam quantum ad id quod sequitur ostendentes bonam vel malam electionem in nostra potestate esse alias iniuste darentur pene vel premia. Similiter etiam damnata est a sanctis tanq. fidei contraria.

**A**lij vero philosophi ponentes intellectum a sensu differre in hoc q. ad corpus non dependet nec corporali organo suum actum explet dixerunt nullam virtutem corporalem causalitatem super intellectum humanum habere: sed omnino ab extrinseco esse: et ideo etiam electionem humanam non dependere ex corporibus celestibus nisi per accidens in quantum videlicet ex dispositione corporis quas impressio celestis relinquit aliquo modo anima inclinatur ad sequendum affectiones corporis per modum quo passiones corporales rationem inclinant: et quando q. deducunt. Sed tamen quia ponunt animas humanas creati a deo mediantibus intelligentijs po-

nunt q. motores orbium causent ipsos motus voluntatis preter ordinem motus ut Auiacen. dicit in fine metha. siue q. varietas operum voluntatis reducitur. sicut in causam in conceptiones vniformes motorum celestium: nec tamen ponunt q. tollatur libertas electionis cum impressio recipiatur per modum recipientis: Nec etiam positio falsa est et contra fidem que immediate animas humanas a deo creati ponit. vnde relinquitur q. electionis humane non sit causa per se loquendo neq. corpus celeste neq. anima eius vel intelligentia mouens ipsum: sed solus deus qui operatur omnia in omnibus.

**A**d p. mum ergo dicendum q. actus li. ar. non sunt temporales nisi per accidens in quantum. s. habent ordinem ad virtutes corporales a quibus ratio scientiam accipit et voluntas earum passionibus inclinatur.

**A**d secundum dicendum q. motus voluntatum reducitur in vniam causam vniformem: sed illa causa non est motus celestis aut aliqua virtus creata s. ipsa voluntas diuina aqua est omnis voluntas.

**A**d tertium dicendum q. actuum qui dependet ex li. ar. quidam in sola electione consistunt sicut inferiores actus et in hos non habent causalitatem celestia corpora nisi forte per modum dispositionis s. q. ex qualitate corporis inclinatur anima ad hanc vel ad illam electionem: et si etiam poneretur q. eent ex impressione superiorum motorum h. esset preter ordinem motus quod tamen falsum est nisi deum immediate celos mouere dicamus. Alij vero motus sunt per organa corporalia completi ut ambulare et huiusmodi: et sup. hos actus non est dubium motus corporum celestium causalitatem habere non quidem a parte illa qua sunt a voluntate impati: s. q. co. sistent in executione corporis cum omnis motus inferiorum reducatur in superiores motus sicut in cas.

**A**d quartum dicendum q. sicut dicitur est electio anime multum inclinatur ex completionem corporis. vnde etiam medici iudicant aliquem esse inuidum vel tristem vel lasciuum vel aliqd. huiusmodi quoz iudicia frequenter vera sunt eo q. ut in pluribus ratio passionibus succumbit et ab eis deducitur quibus non de necessitate eo q. ratio imperium super passiones habet. et per hunc etiam modum ex motibus corporum celestium aliqua possunt de operibus humanis presciri cum non sit dubium dispositiones corporis humani impressiones corporum celestium sequi quibus talibus predictionibus non sit tutum nimis intendere ut dicit Augustinus. ij. super Gene. cum plerq. astrologi de futuris vera prenuentiant non tam ex signis celestibus q. ex occulto demonis in y. s. inctu quem humane mentes interdum nescientes paciuntur: et sic cum huiusmodi diuinationibus quoddammodo sedus inicitur.

**E**nde queritur de productione animalium que ad quintam et vi. diem pertinet. et circa hoc queruntur duo. Primo de materia ipsorum. Secundo de locis que eis ornari dicuntur.

**P**rimo sic proceditur. videtur falsum esse quod dicitur quedam animalia ex ags quedam ex terris materiam suscepisse. Corpus enim cuiuslibet animalis oportet esse sensibile: sed nihil est sensitivum sine ca-

lore vt philosophus dicit in secūdo de anima. ergo in corporibus animalium precipue debet ignis dominari qui est fons caloris. ¶ Preterea inter omnia corpora inferiora sunt nobilissima corpora animalium quod patet ex h: q nobilissimam perfectionem sortiuntur. s. animam. cum ergo corpora rarioza. s. ignis et aer sint nobiliora quasi plus habentia de specie et minus de materia videtur q et ipsis precipue animalium corpora constare debeant.

¶ Pre. vt dicit philosophus i quarto methauroz quecuq; ex calido condensantur terre sunt magis que vero ex frigido aque: sed corpora omnium animalium condensantur ex calore digerēte et humorel in membra conuertente. ergo non videtur esse ali- quod animal in quo dominetur aqua. ¶ Preterea vnicuiq; corpori mirro debetur locus sūm elementū predominans in ipso vt dicitur in primo celi et mundi: sed locus auium est aer vt in littera dicitur. ergo videtur q non aqua: sed aer precipue in auiibus dominetur. ¶ Sed contra est quod in littera dicit q et aqua pisces et aues producantur: et terra autem alia animalia. ¶ Respondeo dō q elementum predominari in aliquo corpore potest intelligi duplici ter vel sūm genus vel quantum ad id quod est proprium illi corpore in genere illo. cum enim alicui generi deputatur aliqua complexio: hoc non est sūm aliquē indiuisibilem gradus: sed sūm latitudines quādam ita q est inuenire aliquos terminos vltra quos non saluatur complexio illius generis: sed inter illos terminos est multa diuersitas sūm q accedit ad vnū vel ad alterum. verbi gratia. complexio debita corpori humano est complexio temperatissima: et tamen sunt multi gradus temperamentis secundum quos qdam dicuntur melancholici quidam colerici: et sic de aliis sūm propinquitatem ad terminos complexionis humane speciei vel in calore vel in frigore. ita tamē q est aliquis gradus caloris vel frigoris que nō trāsit humana complexio. Dico ergo q si loquimur de elemento predominante in corpore animalis quantum ad complexionem consequentem ipsum genus oportet q elementa inferiora grossiora secundū quātitatem excedant elementa subtiliora que tamen excedunt secundū virtutem scilicet sūm calidum et humidum in quo vita consistit que sunt qualitates principales ignis et aeris. cum enim corpora animalium debeant esse aliis temperatiora et magis a cōtrariis remota vt per equalitatez complexionis nature corpori celesti assimilata perfectionem magis similem sortiuntur virtuti que mouet celos: oportet inferiora elementa que sunt minus actiua eo q habent pl<sup>9</sup> de materia et minus de forma secundum quantitatem excedere vt virtutis defectum suppleat quantitatis excessus: sed tamen cōplexio in qua saluatur natura animalis habet multas diuersitates et sūm q accedit ad vnū extremum vel ad alterum dicitur in altero dominari hoc vel illud elementum.

¶ Ad primum ergo dicendum q ignis dominatur sūm virtutem in corpore sensitivo eo q calor est instrumentum anime non tamen potest esse q ignis dominetur secundum quantitatem materie eo q cum sit maxime actiuus alia elementa consumeret. et ideo si dicitur animalis corpus ex igne materialiter formatum. ¶ Ad secundum dicendum q in quolibet genere tanto aliquid est nobilius quanto magis accedit ad nobilissimum in genere illo. et ideo simplici-

ter loquendo per respectum ad vltimam perfectionem equalis perfectionis in quo secundum quantitatem excedunt corpora grossiora est nobilius corpore ignis vel aeris: quia nihil est corpori celesti similius. sed nihil prohibet quantum ad aliquas virtutes corporales vt calorem: et frigus et huiusmodi subtiliora corpora nobiliora esse. ¶ Ad tertium dicendum q in corporibus omnium animalium simpliciter dominatur terra secundū quantitatem: eo q aqua est quasi continuans partes vt non cōminutionē s3 commixtionē faciant: sed illa animalia que plus habent de aqua aliis animalibus dicuntur ex aqua cōstare pensata eorum propria complexione secundū comparationem ad complexionem debitam generi cōmuni et secundum h ex aqua dicuntur esse pisces quantum ad id quod in ea grossius est Aues autem quantum ad id quod in ea subtilius est quod quidem in vapore resolutum est quasi medium inter aerem et aquam et propter hoc aues in aere eleuantur et pisces gurgiti remittuntur. ¶ Ad quartum dicendum q philosophus loquitur de loco naturali qui ē terminus motus naturalis: et in quo naturaliter quiescit corpus sic etiam aer non est locus auiū quia non in aere: sed in terra quiescunt sed est locus eorum secundum motum alem cuius principium non est gravitas et leuitas.

¶ Secundum sic proceditur. videtur q inconuenienter ornatus trium elementorum secundum tria genera animalium describatur. Ignis enim est principalior inter elementa: sed ei nullus ornatus assignatur. ergo videtur q insufficienter ornatus elementorum assignetur. ¶ Preterea locus naturalis est locus quietis sed aues non quiescunt in aere vt dicitur. ergo videtur q aer auiibus non ornatur. ¶ Preterea reptile est genus terrestriū animalis: sed diuersorum elementorum diuersus est ornatus. ergo videtur q inconuenienter in ornatu aque reptile commemoratur. ¶ Preterea nobiliori corpori debetur nobilior locus: sed animalia gressibilia sunt nobiliora auiibus vel piscibus: q sunt magis completa vt eorum generatio ostendit et membrorum dispositio. ergo cum aer et aqua sint nobiliora elementa q terra videtur q inconuenienter aues et pisces aeri et aque animalia nō gressibilia terre describantur. ¶ Preterea secundū philosophum in libro de animalibus quedam animalia sunt media inter terrestria et aquatica que vt obici morantur. horum autem mentio nulla facta est. ergo videtur in sufficienter elementorum ornatus describi per animalia. ¶ Preterea plus distat homo a gressibilibus q gressibile q volatile: q est in alio gradu entium scilicet rationalium cum omnia bruta in vno gradu entium: scilicet sensibilibus computentur: sed non eadē die producta sunt gressibilia et volatilia. ergo videtur q nec eadem die debuit homo cum aliis animalibus fieri. ¶ Preterea quoum est maior similitudo est etiam maior continuatio: sed vt dicit Auicenna corpus humanum est simillimum corporibus celestibus. ergo videtur q statim post ornatum celozū corpus hominis formari debuit ante alia animalia.

¶ Respondeo dicendo q animalia non dicuntur ornata elementorum nisi secundum q comparatur ad elementa vt locatum ad locum. Comparatio autem corporis ad locum suum est secundum motum et quietem: motus autem animalis est duplex

vnus consequens naturam corporis eius sicut virtutum elementis dominantis in ipso. Alius consequitur apprehensionem et appetitum et hic est motus proprius animalis in quantum est animal. et ideo ad illius elementi ornatum al' pertinere in quo motum animale habet proprius non ad quod mouetur motu nature naturae sui corporis huiusmodi enim motus non sequitur al' in quantum huiusmodi: sed sicut quod ponit ex grauius et leuius. et ideo animalia gressibilia ad ornatu terre pertinere dicitur quod in ea motum animale habet et pari ratione naturalia ad ornatu aque et volatilia ad ornatu aeris. Ad primum ergo dicitur quod quibus ali que res committuntur possunt ad tempus sine lesione in igne seruari: tamen nulla res est que tandem ab igne non consumatur si diu in eo permaneat ut Galienus dicit in libro de simplici medicina. et ideo non est possibile aliqd animal viuere in igne ut in libro de proprietatibus elementorum philosophus dicit nisi forte ad modicum tempus ut de salamandra dicitur. Ad secundum dicitur quod anima auis in motu animali mouetur contra naturam corporis. et ideo talis motus est cum labore et pena ut in secundo de animalibus. et ideo ovis quod quies qua huic labori succurritur sit in loco conuenienti nature corporis ex quo tamen non habetur: quod terra sit pro prius locus auis in quantum est al'. Ad tertium dicitur quod reptilium quedam genera sunt terrestria quedam aquatica. et ideo reptile cum utroque commemoratur. dicitur enim reptile quod se rapit. hoc autem contingit multipliciter. quoddam enim rapit se virtute costarum ut serpentes: quoddam vi quorundam anulorum ut aialia anulosa. quoddam vi oris ut quidam vermes qui ore terre affixo totum corpus post se trahunt: quoddam vero vi penularum quorundam se mouet ut pisces et vlt' omne animal videtur reptile dici cuius corpus non multum a terra eleuatur per instrumenta mortalia. Ad quartum dicitur quod nobilioribus animalibus debetur nobilitas locus per comparationem ad ipsa animalia: quibus autem aer sit nobilitas terra in natura sua tamen terra in quantum competit in dispositionibus aialium est nobilitas aqua vel aer: quod in ea nutrimenta aialium magis habundat et magis competit locus iste equalitati complexionis. Ad quintum dicendum quod aialia magis computantur cum illo extremorum cum quo magis conicant non enim inuenitur aliquod al' quod alterius naturam non magis sapiat. Ad sextum dicitur quod illud hominis quo ceteris aialibus ante ponitur non est aliquid corporale vel corporalis forma sed intellectus: sed quantum ad naturam corporis sui non est inconueniens quod magis conicant cum quibusdam aialibus quod quedam cum aliis sicut materiam. Alia enim deputantur diuersis diebus vel vni sicut materiam ex qua corpus producit: diuersis vero elementis in ornatu sicut diuersum motum qui etiam corporalibus organis completur. Ad septimum dicendum quod in via generationis quanto aliquid est perfectius et magis assimilatum agenti tanto tempore posterius est quod sit prius natura. et ideo quod homo perfectissimum animalium est vltimo inter animalia fieri debuit: et non immediate post corpora caelestia que cum inferioribus corporibus non ordinantur sicut viam generationis cum in materia non conicant cum eis.

Et inde dicitur de hiis que ad vii. diem pertinent et circa hoc queruntur tria. Primo de consumatione operum diuinorum. Secundo de quiete dei. Tertio de sanctificatione. vii. diei.

Primum sic proceditur. videtur quod deus non consumauerit. vii. die opus suum. perfectus. n. numerus consumationis operum diuinorum prout: sicut senarius numerus perfectus est et non septennarius. sicut die fertus et non septies deus opus suum consumauerit debuit. Ad id. consumatio operis attenditur: sicut hoc quod aliquid perfectio operi adicitur: sed nulla perfectio potest rei operari accrescere nisi ex actu operantis. cum ergo deus die septima quiesceret ut scriptura dicit non videtur illa die opus suum consumasse. Ad id. quod diu artifer ab ope suo non cessat opus suum non consumat: sed deus nunquam ab operatione sua cessat cum operatio sua sit essentia sua que eterna est. ergo deus die. vii. opus suum non consumauit. Ad id. Preterea sicut Avicenna omne agens quod non agit per motum non habet actionem in effectu solum quod diu fit sed quod diu in eo perdurat: cum non tantum sit causa fieri sed essendi: sed deus est causa agens rei non per motum cum non requirat materiam ex qua agat quam oporteret esse sicut motus. ergo videtur quod ipse quod diu mundus durat sua actio esse in mundo inuariat: et ita videtur quod. vii. die non cessauerit ab opere: et sic idem quod prius. Ad id. Preterea deus non tantum rerum factor est: sed etiam conseruator: sed non potest dici quod conseruet nisi per aliquam actionem in res. ergo videtur quod quod diu res in esse conseruantur. quod deus in res operetur ergo et cetera. Ad id. Preterea dies septimus creatura quedam est: sed omnis creatura est ex operatione diuina nec prius diem. vii. fecit quod esset quod esse successiuorum est in fieri. ergo videtur quod die septimo nouam creationem fecerit: et ita non ab omni opere cessauit. vnde ut prius. Ad id. Preterea ut dicit philosophus in. xviij. de animalibus frequenter apparent noue species animalium que prius nunquam apparebant: ut patet in illis que ex putrefactione generantur. ergo videtur quod nec etiam ab instituendis nouis speciebus deus die. vii. cessauerit. et sic idem quod prius. Ad id. Preterea quedam sunt in quibus sola diuina virtus operatur. sicut in creatione animarum in infusione gratie et miraculorum operatione ergo videtur quod tunc non cessauerit ab operatione et institutione nouarum creaturarum. ergo et cetera. Contra hoc est quod dicitur Gene. primo quod consumauit deus die. vii. et cetera. Ad id. Preterea in perfectione operis cuiuslibet diei. s. f. significatur. cum dicitur vidit deus quod esset bonum ut dicit Aug. in primo super Gene. sed septennarius numerus. s. f. attribuitur qui septiformis in munere dicitur. ergo conuenienter consumatio operis. vii. diei ascribitur. Ad id. Respondeo dicitur quod sicut magister dicit in littera in hoc disceptat nostra translatio ab alia quam. Aug. exponit. In nostra enim translatione consumatio operum ascribitur diei. vii. in alia vero diei. vi. utraque autem veritatem habere potest siue intelligatur septimus dies sequi alios vi. successione temporis ut alij sancti volunt siue ponant. vii. dies vnus dies ut Aug. vult septempleribus presentatus scilicet cognitio angelica. loquendo enim sicut Augustinum distinguenda est rei duplex perfectio. Una enim est perfectio totalitatis quam res habet ex hoc quod ex omnibus partibus suis essentialibus integrata est et talis perfectio mundi septe diei competit quia post septe primos dies nulla creatura mundo addita est que non aliquo modo in operibus. vi. diei esset ut patet. Alia vero perfectio rei est quam habet ex ratione finis que est vltima perfectio et talis perfectio mundi debet. vii. diei in qua deus ab oibus

operibus requieuit in se sicut in fine sed sequēdo alios sanctos distinguenda est iterū duplex perfectio vna est perfectio prima quam. s. res habet sicut esse suum: et huius perfectio mundi completa est. vi. die quia nulla pars mundi postmodum addita est que in primis sex diebus non precesserit aliquo modo. Alia est perfectio secunda que est operatio rei ut dicitur. ij. de anima et talis perfectio mundi fuit in. vij. die quia ex tunc cessante operatione qua deus naturam instituit incepit operatio propagationis in toto vniuerso sicut quod ex naturis iam conditis res alie producuntur quam operationem in rebus omnibus deus vsque nunc facit Jo. v. pater meus vsque modo operatur et ego operor.

Ad primum ergo dicendum quod senarius numerus ratione primum perfectus dicitur: quia ex omnibus partibus eius aliquoties aggregatis confurgit: et ideo perfectio senarius congruit illi perfectioni mundi que consistit in totalitate partium quantum ad esse primum et sicut partes aliquote senarii ordinatim: et continue sibi succedunt sine alterius numeri interpositione. s. vnum duo tria: ita etiam in productione primum vniuersi si ordo seruatus est ut post productionem prime partitū statim narraretur productio secunde partitū: et sic deinceps vsque ad sextum.

Ad secundum dicendum quod consummatio operum intelligitur sicut aliquid perfectionis ipsius rebus collatum quod est ipsa operatio per quam natura propagatur. Nec autem operatio est a deo et a virtute creature: et ideo et deus dicitur consummasse opus cuius virtute natura mota in operatione erit. nec tamen aliquid nouum in natura efficitur: quia operatio consequitur ex virtute nature prius rebus collata. Consummatio autem que est ex parte finis non est nisi aliquid additum in re.

Ad tertium dicendum quod deus non dicitur cessare ab operatione nisi ex parte effectus tantis. ipse enim non agit aliqua operatione media vel intrinseca vel extrinseca que non sit sua essentia: quia suum velle est suum facere et suum velle est suum esse nec tamen ab eterna operatione sequitur effectus nisi sicut determinatione voluntatis ut prius dictum est. vnde dicitur incipere operari vel ab operatione cessare ex parte effectus.

Ad quartum dicendum quod sicut influentia solis per irradiationem est semper quod diu aer illuminatur ut possit dici sol facit lumen in aere ita diuina bonitas semper esse rebus influit non aliud et aliud: sed vnum et idem. nec tamen res diu semper fieri vel creati vel institui apud nos: sed tunc cum primo esse acceperint. Et ideo dicitur quod cessat creare vel facere mundum.

Ad quintum dicendum quod conseruatio rerum in esse nihil aliud est quam influentia esse rei sicut quod dictum est. s. quod deus quod diu res est causat et efficit esse rei. nec tamen talis conseruatio repugnat predicte cessationi: quia esse rei consequitur principia essentialia sicut operatio virtutem.

Ad sextum dicendum quod dies ille septimus precesserat secundum similitudinem ad minus in primis sex diebus.

Et preterea esse rei causatur a principis naturalibus prius nature collatis: quia motus est causa temporis vel est idem dies cum precedentibus secundum Augustinum.

Ad septimum dicendum quod ille noue species producuntur ex virtute celesti que tenet locum virtutis formatiue in animalibus ex putrefactione generatis: et ideo iste species fuerunt producte in operibus sex dierum in suis principis: scilicet materia et in rationibus seminalibus sicut

etiam alia que per operationes nature producantur.

Ad octauum dicendum quod nihil facit deus in creatura quod aliquo modo in primis diebus non precesserit sed diuersimode. Quaedam enim fuerunt in operibus. vi. dierum ut in principis actiuis et materialibus et secundum similitudinem speciei ut ea que generantur ex sibi similibus in natura: quedam vero sicut in principis actiuis et materialibus: sicut non sicut similitudinem speciei. sicut quedam animalia ex putrefactione generata: quedam vero sicut ex principis disponentibus et non actiuis et secundum similitudinem speciei sicut anima rationalis: quedam vero ut in potentia obedientie tantum sicut ea que per miraculum fiunt.

Secundum sic proceditur. videtur quod inuenienter dicatur deus die septima requieuisse. Opposita enim nata sunt fieri circa idem. Sed quies opponitur motui. ergo cum deus non mouetur Ja. i. Apud quem non est transmutatio etc. videtur quod nec possit dici quiescere. Si dicatur quod quies dicitur de deo non sicut quod opponitur motui sicut sicut quod opponitur labori.

Contra secundum philosophum in. vij. et decimo ethicorum operatio cui non adiungitur motus est sicut se delectabilis et nullo modo laboriosa: quia labor in operatione causatur ex motu in naturalibus sed operatio dei est omnino sine motu quia immobilis manens dat cuncta moueri ut dicit Boetius. ergo nullus labor sibi accidit in hoc quod res creauit. ergo nec quies que opponitur labori sibi conuenit. Si dicatur quod deus dicitur requieuisse in quantum facit nos in se requiescere sicut dicitur cognoscere aliquem quando facit nos illud cognoscere ut Bene: xij. dicit abrahę nunc cognoui quod timeas deum.

Contra reges septime diei cum diuidit per operationes sex dierum sed in sex diebus dicitur deus fecisse quia ipsemet requieuit non solum fecit nos requiescere. Si dicatur quod deus quieuisse dicitur sicut voluntas quiescit in fine.

Contra. sicut quies corporis opponitur motui eius ita quies voluntatis opponitur motui eius ut vtrumque per similitudinem de voluntate dicatur: sed motus voluntatis non potest esse nisi secundum quod procedit de his que sunt ad finem in fine ipsius. cuius igitur talis motus deo non est communitat qui ex rebus aliis nec in sui cognitionem nec in sui amorem venit videtur quod nec quies voluntatis sibi conuenire possit.

Preterea ea que sunt eterna non conuenienter connumerantur inter ea que ex tempore inceperunt: sed quies voluntatis diuine in suo fine est eterna. ergo inconuenienter dies quietis diuine connumeratur diebus creationis rerum que ex tempore inceperunt.

Preterea finis diuine voluntatis non est aliud a deo. Si igitur intelligitur requieuisse propter voluntatem quiescentem in fine videtur inconuenienter dici in die. vij. requieuisse cum dies. vij. creatura sit.

Si dicatur quod non requieuit in die. vij. sicut in obiecto quietis sed sicut in tempore quietis.

Contra illud quod est eternum non est in tempore sed supra tempus: sicut quies diuine voluntatis est eterna igitur non est in. vij. die sicut in tempore.

Preterea sicut quies dei qua in se quiescit non habet finem ita non habet principium sed sicut vespere est finis diei ita mane est principium eius ergo dies. vij. si dicto modo ac

cipiatur quies non debet habere mane sicut nec ha-  
 bet vespere. ergo cum assignetur sibi mane non po-  
 test dici deus die. vii. modo predicto quiescisse. **C** **S**  
 contra deuto. xlii. dei perfecta sunt opera sed om-  
 nis artifer perfecto opere suo quiescit. ergo deo post  
 nature institutionem que fuit in sex diebus quies die  
 septima conuenit. **C** **P**reterea homo bene dispositus  
 dicitur ex operibus suis in deo requiescere quia  
 opera sua ad dei bonitatem refert. Cum ergo deus  
 omnia propter bonitatem suam operetur vt dicit Au-  
 gustinus et dictum est in prima d. i. li. videtur qd sibi  
 communicat ex hiis que fecit in se ipso requiescere.  
**C** **R**espondeo dō qd quies proprie loquendo mo-  
 tui opponitur: quia vero motus causat laborem in  
 operationibus nostris vt dicit philosophus inde cō-  
 secutum est vt quies labori opponatur: et ex hiis dua-  
 bus significationibus quietis transumpte sunt alie  
 due: quia enim nostris operationibus motus adiun-  
 gitur inde in vsu venit vt omnis operatio motus  
 dicatur quies in proprie. et secundum hoc omnis ces-  
 satio a quacūq; operatōe quies dicitur et hec signi-  
 ficatio transumitur a prima. Sed quia nihil laborat  
 nisi ex hoc qd a perfectione proprie nature distat vt  
 patet in motibus violentis inde est vt in illo res re-  
 quiescere dicatur in quo sufficientia inuenit. et secun-  
 dum hunc modum voluntas quiescit in ultimo fine  
 et hec significatio quietis transumitur a secunda.  
**C** **C**onstat ergo qd deo non potest quies attribui quā-  
 tum ad primam vel secundam significationem: sed  
 quantum ad tertiam vel quartam potest. Sed quan-  
 tum ad tertiam sciendum vt ex precedenti articulo  
 patet qd deus ab operatione cessare non dicitur quia  
 si ipsa operatio qua operatur deficiat cum sua ope-  
 ratio sit essentia eius: sed ratione effectus h dicitur  
 quia operatione eterna facit vt aliquis effectus te-  
 poraliter sit. Nec sic tamen ex parte effectus opera-  
 tio eius cessare dicitur die. vii. quasi nihil in rebus  
 fecerit postea vel saltem in die. vii. quia si operatio  
 eius in creatura vel ad momentum cessaret creatu-  
 ra esse defineret vt dicit Augustinus. iiii. super Be-  
 ne. sed sic dicitur ab opere cessasse. die. vii. qz a die  
 vii. et deinceps nouam creaturam non fecit que nō  
 aliquo modo in operibus sex dierum precesserit vt  
 supra dictum est. **C** **S**ed quantum ad quartum no-  
 tandum qd quies voluntatis diuine in fine potest ac-  
 cipi dupliciter vel absolute secundum qd in se ipso suf-  
 ficientiam inuenit et sic quies eterna est. **C** **A**lio mo-  
 do potest intelligi per relationem ad creaturam sicut  
 qd creatura deo placet non tamen ita vt ea indigeat  
 quasi in ea sufficientiam sue beatitudinis inueniens  
 sed eam ad seipsum ordinans in seipso sufficientiam  
 inuenit: et sic quiescere dicitur deus proprie a rebus  
 conditis quod non potest intelligi nisi rebus iam cō-  
 ditis quod est post senarium diem et ita quies dei se-  
 cundum duas ultimas acceptiones conuenienter  
 vii. diei ascribitur. **C** **A**d primum ergo et secundum  
 concedimus quia deo non attribuitur quies opposi-  
 ta motui vel labori. **C** **T**ertium similiter procedim⁹ qz  
 non solum illo modo dicitur deus quiescisse. vii. die  
 sed vt dictum est aliis modis. **C** **A**d quartum dice-  
 dum qd motus voluntatis diuine metaphorice di-  
 citur non ex hoc qd voluntas eius finem consequatur  
 per aliqua media sed quia ea que ab ipso sunt in  
 seipsum ordinat. **C** **A**d quintum dicendum qd quies

deus ab eterno in seipso quiescens non tamen quie-  
 uit a creaturis conditis in seipso sed solum quiescit  
 sic quando iam creature fuerant condite.  
**C** **A**d sextum dicendum qd dies septimus nullo mo-  
 do ponitur vt obiectum quietis. sed vel secundum  
 Augustinum deus dicitur in. vii. die quiescisse in  
 quantum quietem propriam qua in se ipso a rebus  
 conditis quiescit nature angelice monstrauit cuius  
 cognitionem diem appellat: vel secundum alios san-  
 ctos: dies septima significat tempus quoddam non  
 ita qd quies diuina tempore mensuretur: sed quia si-  
 mul cum tempore est. per quem modum verba tem-  
 poralia de deo dicuntur. vnde patet responsio. vii.  
**C** **A**d octauum dicendum qd quies quies dei prin-  
 cipium non habeat tamen quies creature a deo se-  
 cundum qd in eo stabilitur principium habet. sed non  
 finem: qz qualitercūq; creatura mutetur nunquā in nō  
 ens simpliciter cedit vt dicit Augustinus. iiii. super  
 Gene. Vel aliter dicendum qd etiam ipsa quies qua  
 deus quiescit quodammodo principium habet non  
 in quantum quiescit in se ipso absolute: sed in quan-  
 tum quiescit in se ipso a rebus conditis eis non  
 egendo quod tamen finem non habet quia eis nun-  
 quā egebit: et ideo dies. vii. habet mane sed non  
 vespere.  
**D** **T**ertium sic proceditur. videtur qd dies  
 septimus deus pre alijs sanctificare non  
 debuit. Operatio enim nobilior est ocio  
 vt dicitur decimo ethicorum vnde nec in  
 ocio: sed in operatione felicitas consistit sed. vi. die-  
 bus deus operatus est. vii. vero die ab opere cessa-  
 uit. ergo. vi. dies potius quā. vii. sanctificare debuit.  
**C** **P**reterea sanctificatio et benedictio congrue boni-  
 tati respondet sed bonum est comunicatum sui vt  
 dicit Dionysius. cum ergo deus in. vi. diebus boni-  
 tatem suam comunicauerit res in esse producendo  
 videtur qd eisdem. vi. diebus magis quā. vii. sancti-  
 ficatio competat. **C** **P**reterea vt dicit Raby moy.  
 Observatio sabbati in lege fuit instituta vt in fide po-  
 puli firmiter permaneret nouitas mundi ex qua sa-  
 cillima probatio sumitur ad ostendendum deum eē  
 et omnipotentiam eius et alia huiusmodi. **C** **S**ed  
 secundum apostolum i. cor. i. per ea que facta sunt in  
 inuisibilia dei deuenimus. ergo potius. vi. dies in q-  
 bus creature facte sunt: sanctificari deberetur quā di-  
 es. vii. **C** **P**reterea ei cui nihil decrescit in operā-  
 do aliquid exterius non est acceptior quies quā ope-  
 ratio sed deo nihil decrescit in faciendo creaturas  
 quia faciendo non laborat vt dictum est: neqz virtus  
 eius exhauritur. quin semper in infinita possit. nec i-  
 tellectus eius distrahitur quin semper in sui con-  
 templatione perfecte maneat. ergo non debuit ma-  
 gis sanctificare diē quietis quā dies in quibus ope-  
 ratus est. **C** **P**reterea magis indicat diuinam po-  
 tentiam operatio qua deus operatur instituendo na-  
 turas quā illa qua operatur in natura operante ad na-  
 ture propagationem: sed in primis. vi. diebus deus  
 operatus est: naturam instituendo nullo mediante.  
**I** **n**. vii. vero die et deinceps operatus est naturam  
 conseruando et mouendo moribus nature et prin-  
 cipiis. ergo senarius dierum magis manifestat diuinā  
 potentiam quā dies septimus: et ita magis sanctifica-  
 ri debuit. **C** **S**ed contra. sanctificatio et benedictio  
 bonitati debetur: sed bonum secundum philosophus

in tertio methaphisice dicitur et ratione finis: cum igitur perfectio rerum que est ex ordine ad finem debeat dici. vii. ille dies pre aliis sanctificari et benedici debuit. **C** Preterea vita contemplatiua ac tue preferatur. vnde luc. x. Optimam partem elegit sibi maria, per quam vita contemplatiua signatur: sed senarius dierum attribuitur actioni qua deus res producit: septenarius autem quieti diuine contemplationis qua seipso deus perfruitur. ergo sanctificatio et benedictio precipue diei septime debetur. **C** Respondeo ad q̄ septime diei duo attribuitur: scilicet consumatio operum et quies opificis quantum vero ad primum debetur diei septime benedictio quia secundum Gregorium benedictio dei significat collationem donorum eius et multiplicationem eorundem: multiplicatio autem creaturarum pre supponit duplicem perfectionem rerum illam: scilicet qua vniuersum perfectum est ex omnibus suis partibus essentialibus constans. Unde philosophus in quarto methaphisicorum dicit q̄ perfectum est vnu quodq; quando potest facere alterum quale ipsum est: et aliam: qua scilicet vniuersum perfectum est ex ordine ad finem quia multiplicatio creaturarum per generationem est ad hoc vt diuinum esse quantum possunt percipient vt in secundo de generatione dicitur. omnis etiam creature operatio naturalis ad finem ordinata est: et ideo benedictio diei septime debetur in qua post perfectionem primam vniuersi que sexto die completa est etiam in ordine ad finem vniuersum perfectum est. sed quantum ad secundum quod est quies opificis debetur diei septime sanctificatio. In sacra enim scriptura sanctificatio interdum dicitur et hoc q̄ aliquid ad cultum dei dedicatur: sic enim dicitur tabernaculum sanctificari et vasa eius et ministri: et ita etiam dies septimus sanctificatus est. i. ad cultum dei dedicatus est: vt sicut scilicet deus qui res condidit non in ipsis rebus conditis quasi in fine quiescit: sed a rebus conditis in se ipso in quo beatitudo sua consistit cum non sit beatus et hoc q̄ res fecerit: sed q̄ factis non eget in se ipso sufficientiam habens: ita etiam et nos non in operibus eius aut in operibus nostris discamus quiescere sicut in fine: sed ab operibus in ipso deo in quo beatitudo nostra consistit. propter hoc enim institutum est vt homo sex diebus laborans in operibus propriis septimo die quiesceret eius cultui vacans hec autem quies in deo christianis non ad tempus sed perpetue indicitur quibus indicitur sine intermissione orare. i. i. ref. v. et ideo illa temporalis observatio in lege noua cessat. **C** Ad primum ergo dicendum q̄ felicitas dei non consistit in operatione qua creaturas condidit sed in operatione qua seipso perfruitur creaturis non egens: et hec operatio ad quietem septime diei pertinet. **C** Ad secundum dicendum q̄ quous bonitas dei manifestetur in hoc q̄ esse comunicauit rebus per creationem: tamen perfectio bonitatis ostenditur in hoc q̄ rebus conditis deus non eget sed in seipso sufficientiam habet. **C** Ad tertium dicendum q̄ creature sunt sicut via per quam devenitur in cognitionem creatoris perfectio autem non consistit in via sed in termino vie. vnde non debuit sanctificari dies i quo creature sunt condite sed dies in quo sicut in finem quiescitur. **C** Ad quartum dicendum q̄ quous per operationem qua res in esse producit

nihil deo decreseat tamen h̄ potius apud eum est q̄ aliis non eget in seipso quiescens q̄ q̄ aliis facit: et ideo dies quietis magis benedicitur q̄ dies productionis creature. **C** Ad quintum dicendum q̄ deus eadem virtute qua esse rebus tribuit eas in esse proprio conseruat. vnde non magis ostendit diuinam potentiam productio creaturarum q̄ earum conseruatio. Iumenta et reptilia et bestias. Quid sit reptile dictum est. Iumenta vero dicuntur que adiutorium homini conferunt precipue vebendo ipsum vt equi vel asini et huiusmodi. Bestie dicuntur propter crudelitatem quasi vastite vt leones vt fit: et huiusmodi creata non fuerunt nisi potentialiter et materialiter vt intelligatur tam de potentia actiua q̄ de materiali. Quia non potuit simul ab homine dici et. videtur h̄ nihil esse quia licet non potuerit simul pronuntiare potuit tamen dicere ea que successiue narrabat simul esse facta. Sed dicendum q̄ dicitur non potuisse dicere non quia non simpliciter non potuit dicere simul esse facta: sed quia non potuit h̄ dicere secundum conuenientiam discipline vt facilius quod dicebatur a rudibus caperetur vt faciunt geometre in descriptionibus figurarum lineam post lineam protrahentes que tamen simul figuram constituunt. Alia translatio habet consumauit deus die septimo. vtraq; translatio veritatem continet si vt predictum est completio distinguatur.

## Distinctio.

## Decimasexta.

**De hominis creatioe: vbi considerandum est quare creatus sit homo: et qualiter sit institutus: que duo supra tractata sunt. et qualis factus et qualiter lapsus postremo quomodo sit reparatus: que discutienda sunt.**

**I**s excursus qd̄ supra de hominis creatione pmisimus: effectui mancipare atq; ordine explanare nunc suscipimus. Vbi hec consideranda videtur scilicet quare creatus sit homo.

et qualiter institutus: et qualis et quomodo factus deinde qualiter sit lapsus. postremo qualiter et per quem sit reparatus. Horum autem primo loco et secundo positam causam creationis humane: et modum institutionis superius pro modulo nostre facultatis tractauimus. Ideoque super est vt qualis vel quomodo factus sit. discutiamus. In genesi legitur. faciamus hominem ad imaginem. et si. no. In eo q̄ dicitur faciamus. vna operatio trium personarum ostendit. In hoc vero q̄ dicitur ad imaginem. et si. no. vna et equalis substantia trium personarum monstratur. Ex persona enim patris hoc dicitur ad filium et spiritum sanctum. non vt quidam putant angelis: quia dei et angeli non est vna et eadem imago et similitudo.

Quod imago et similitudo habet a diuersis accipitur varie. a quibusdam in creatura ab aliis creatura et increata vel essentia trinitatis: vel filius et. s. s.

Adago autem et similitudo in hoc loco vel increata intelligitur. i. trinitatis essentia: ad quam factus est homo vel creatura in qua factus est homo: et ipsa homini cōcreata. In creatam enim imaginem que deus est videtur intellexisse. Veda cum dicit non esse unam imaginem dei et angelorum: sed trium personarum: et id personis non angelis fit ibi sermo. Improprie tamen imago dicitur: quia imago relative ad illud dicitur cuius similitudinem gerit et ad quod representandum facta est. sic imago cesaris que ipsius similitudinem proferebat: ipsum quoque quodammodo representabat. Improprie autem imago dicitur id ad quod aliud fit. sicut exemplum proprie dicitur quod sumitur ex aliquo et exemplar ex quo sumitur aliquid. Ponitur tamen aliquando abusive alterum pro altero. Ita et minus proprie accipitur imago essentia trinitatis: si tamen ea nomine imaginis in hoc loco intelligitur.

Opinio eorum qui putauerunt filium per imaginem et similitudinem hic accipi.

Filius vero proprie imago patris dicitur: sicut supra in tractatu de trinitate diximus. An fuerit nonnulli qui ita distinxerunt: ut imaginem in hoc loco intelligerent filium: hominem vero non imaginem: sed ad imaginem factus dicerent quos refellit apostolus dicens. Vir quidem est imago et gloria dei. hec uamque imago. i. homo cum dicitur fieri ad imaginem: non quasi ad filium dicitur fieri. alioquin non diceret ad imaginem nostram: quod enim nostram diceret: cum filius solus patris imago sit? Fuerunt autem et alii perspicacius hec tractantes: qui per imaginem filium: et per similitudinem spiritum sanctum intelligerent: qui similitudo est patris et filii. et ideo pluraliter putauerunt dici nostram id referentes ad similitudinem tantum. ad imaginem vero subintelligendum esse meam. Dominum vero et imaginem esse: et ad imaginem et similitudinem factum esse tradiderunt: et imaginem imaginis esse et similitudinis.

Neque horum sententiam approbat: sed imaginem et similitudinem dei in homine querendam et considerandam docet: ut imago et similitudo creatura intelligatur.

Errantem hec distinctio sed reprobabiliter penitus non uideat: quia tamen de medio motum in auctoritatibus sanctorum non

manet congruentius in ipso homine imago et similitudo dei querenda est et consideranda. Factus est ergo homo ad imaginem dei et similitudinem hominem mentem qua irrationalibus antecellit. Sed ad imaginem hominem memoriā intelligentiā et dilectionem. Ad similitudinem hominem innocentiā et iustitias que in mente rationali naturaliter sunt. Alia imago consideratur in cognitione ueritatis: similitudo in amore uirtutis. Vel imago in aliis omnibus: similitudo in essentia quia immortalis et diuisibilis. Unde Augustinus in libro de quantitate anime. Anima facta est similis deo: quia immortalis et indissolubile fecit eam deus. Imago ergo pertinet ad formam similitudo ad naturam. Factus est ergo homo secundum animam ad imaginem et similitudinem dei. non patris vel filii vel spiritus sancti: sed totius trinitatis. Ita et hominem animam dicitur homo esse imago dei: quia imago dei in eo est. Sicut imago dicitur et tabula et pictura que in ea est. sed per picturam que in ea est simul et tabula imago appellatur. Ita per imaginem trinitatis est illud in quo est hec imago: nomine imaginis uocatur.

Quare homo dicitur imago et ad imagines: filius uero imago et non ad imaginem.

Uo circa homo et imago dicitur et ad imaginem est: filius autem imago: non ad imaginem. quia natus est: non creatus. equalis et in nullo dissimilis homo creatus est a deo: non genitus: non pater equalis: sed quadam similitudine accedens ei. Unde Augustinus in vii. li. de tri. In Beneficentia faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Faciamus et nostram pater dixit. Et nisi ex re latius. i. personis accipi non oportet: ut facere intelligantur pater et filius et spiritus sanctus scilicet et imaginem patris et filii et spiritus sancti: ut subsisteret homo imago dei. Sed quia non omnino equalis fiebat illa imago tanquam non ab illo nata: sed ab eo creata: ideo ita imago dicitur quod et ad imaginem quia non equatur paritate. sed accedit quadam similitudine. Filius autem est imago: sed non ad imaginem. quia equalis est patri. Dicitur est ergo homo ad imaginem propter imparitatem similitudinem. et ideo nostram ut imago trinitatis esse homo intelligatur non trinitati equalis sicut filius patri. Ecce ostensam est secundum quid homo sit similis deo scilicet secundum animam. Sed in corpore quandam proprietatem habet que hoc indicat: quia est erecta statura. secundum quam corpus anime rationali congruit quia in celum erectum est.



**I**s excursus 7c. Determinato de natura pure spūali. i. angelica: 7 d natura pure corporali. Hic tertio multipliciter psequitur de natura cōposita ex spūali 7 corporali. s. de homine. Diuiditur ergo pars ista in partes duas. In prima determinat d homine quantum ad primas sui institutionem. In secūda hūm ad eius casū. rri. di. ibi. Vidēs ergo diabolus 7c. Prima in duas. In pma determinat conditionis humane principiū. In scda ostendit hoīs conditū status. rii. di. ibi. Solent plura queri de pmi hominis statu 7c. Prima in duas. In pma ostendit formationem hominis sūm q̄ erit a sua causa: 7 in similitudine eius vt ostendat quodāmodo esse actio vniūca. In secūda determinat institutionem hominis sūm q̄ ex suis partibus constat. xvii. di. ibi. Hic de origine anime. Prima in tres. In prima ostendit hominem ad imaginem 7 similitudinem dei institutum. In secūda ponit horum expositionem ibi. Imago aut 7 similitudo 7c. In tertia ostendit sūm quam partem hominis esse ad imaginem sibi conueniat. ibi. factus est homo sūm animam. Secūda pars diuiditur in tres. In prima ponit suam expositionem. In secūda excludit alias quorūdam expositiones. ibi. filius vero imago patris dicitur. In tertia supplet quoddam ad suam expositionem quod in aliis expōnibus tāgebatur. s. in quo imago 7 similitudo differant. ibi. Veruntamen hec distinctio. factus est homo 7c. Hic ostendit sūm quam partem in homine sit imago assignanda. Et primo ostendit q̄ sūm animam. Secūdo ostendit q̄ huiusmodi inditum etiam in corpore ostenditur. ibi. Sed in corpore q̄dam hz 7c. Circa primum duo facit. Primo ponit hominem esse ad imaginem trinitatis nō solam p̄ris vel filii: vt alii dicebant: 7 hoc sūm animam. Secundo ostendit quomodo differenter ymago sūm animam homini 7 filio dei conueniat. ibi. Quo circa homo 7 imago. Hic quatuor querātur. Primo vtrum in aliqua creatura imago dei inueniri possit. Secundo in quibus inueniatur. Tertio vtrū in illis in quibus inuenitur: equaliter inueniatur. Quarto de differentia imaginis 7 similitudinis.

**D** primum sic proceditur. vidēs q̄ nulla creatura possit dici ad imaginem dei esse: cuiuscunq; est aliqua imago creata ei contingit aliquā imaginē ponere. sed deo non contingit aliquam imaginē ponere. Vt. xi. cui similem fecisti deum: aut quā imaginē po. ei. 8 7c. Pre. pprietas vniū non inuenitur in alio: sed imago indicat proprietatem filii vt in primo dictum est: qui in creatis est. ergo nulli creature conuenit.

**P**reterea. in imagine importat puenientia q̄dam in aliquo vno. vñ dicit Hilari⁹ imaginē esse sp̄m differentē ei⁹ rei ad quā imaginat. sed quecunq; pueniūt in aliquo vno habent aliquid p̄ri⁹ 7 simplicius sc. sive sit conuenientia analogie siue vniūcationis. est. n. ens p̄rius substantia 7 accēte: sicut aīal p̄rius hoīe 7 equo: deo aut nihil est p̄ri⁹ 7 simplicius. ergo nō potest esse eius imago i creatura. Preterea de rōne imaginis est equalitas. Dicit. n. Hilarius imaginē esse rei ad rē coequādam. sed nulla equalitas potest eē creature ad deum. ergo nec imago eius esse potest. Item infini-

te distantium non potest esse indiscretio 7 vniō. s. imago vt dicit Hilarius est similitudo indiscreta 7 vniō. ergo creatura non potest esse ad imaginem dei a quo in infinitum distat. Contra est quod habetur Genesis primo. faciamus hominem ad imaginem 7 similitudinem nostram.

**P**reterea. ad perfectionem operis erigitur vt perducatur in similitudinem agentis. sed dei perfecta sunt opera. Deutro. xxxii. ergo oportet eē ali quod operum eius in quo ipsius imago representetur. Respondeo dicendo: q̄ imago pprie dicitur qd̄ ad alterius imitationem est: nec quilibet imitatio rationem imaginis perficit: vt si hoc sit album 7 illud album: non ex hoc dicitur eius imago: sed ad rationem imaginis erigitur imitatio in aliquo quod speciem exprimat 7 essentiam. ppter quod ab Hilario dicitur species indifferens. Et inde est q̄ in corporalibus secundum imitationem figure potissimum imago attenditur: quia figura est quasi certum signum ostendens vnitatem 7 differentiam speciei. hec autem imitatio potest eē dupliciter. aut simul quantum ad species 7 signū speciei. 7 sic imago hominis est in filio suo qui ipsum i humana specie 7 figura imitatur: 7 hec est perfecta imago. aut quantum ad signum tantum: 7 non quantum ad veritatem speciei: sicut imago hominis est statua lapidea: hec est imperfecta imago. Et primo modo filius est imago patris: sicut in natura communicans. Secundo autem modo imago dei est in creaturis: 7 ideo creatura potest esse imago dei: licet non perfecta. Ad primum ergo dicendum: q̄ propheta loquitur contra ydolatras qui deum: corporalibus figuris imaginari nitebantur: 7 ideo non est ad propositum. Ad secundum dicendum: q̄ imago secundum perfectas rationem indicat proprietatem filii. 7 sic creature non conuenit: sed secundum imperfectam significationem: vt sic nomen imaginis a filio in creaturas descendat: sicut a patre nomen paternitatis: ad ephesios tertio. Ad tertium dicendum: q̄ conuenientia potest esse dupliciter. aut duorū participantium aliquod vnum: 7 talis conuenientia non potest esse creatoris 7 creature: vt obiectum est. aut secundum q̄ vnum per se est simpliciter 7 alterum participat de similitudine eius quantum potest: vt si poneremus calorem esse sine materia 7 ignem conuenire cum eo: ex hoc q̄ aliquid caloris participaret: 7 talis conuenientia eē potest creature ad deum: quia deus dicitur ens hoc modo: q̄ est ipsum suū esse. s. creatura vero non est ipsius suū esse dicitur ens: quasi esse participans 7 hoc sufficit ad rationem imaginis.

**A**d quartum dicendum: q̄ ad rationem imaginis non erigitur equalitas equiparantie cum magis hominis in parua pictura imago exprimitur sed erigitur equalitas proportionis: vt scilicet eadem sit proportio partium ad inuicem in imago 7 ne que est in imaginato: 7 talis equalitas inuenitur i aīa respectu dei. qz sicut ex patre filii⁹ et ex vtroq; .s. .s. ita ex mente notitia: 7 ex vtroq; amor pcedit.

**A**d quintum dicendum q̄ vbi est perfecta imaginis ratio: ibi est perfecta indiscretio 7 vnitatis: vt patet in filio ad patrem: creatura aut quantum ad hoc q̄ deum imitatur nō discernitur: sed quodam

modo sibi vnitur vnitate conuenientie: quibus semper remaneat maior differentia: et sic non ex toto tollitur ratio imaginis: sed solum imaginis perfecte.

**D** secundum sic proceditur. videtur quod non tantum in rationalibus creaturis imago dei inueniatur. Ad rationem enim imaginis qualis in creaturis esse potest non erigitur perfecta similitudo ut dictum est: sed sufficit imperfecta imitatio. sed quilibet creatura ex hoc esse habet: quod diuinam perfectionem imitatur. ergo quilibet creatura dici debet ad imaginem dei. **P**roterea. **P**roterea. dicit Boetius in libro de consolatione. philosophie de deo loquens: Mundum mente gerens similique imagine formans. sed quilibet creatura in esse produit: ex hoc quod in mente diuina per suam ideam gestabatur. ergo quilibet creatura potest dici facta ad imaginem dei. **P**roterea. ubi est expressio similitudo ibi magis saluatur ratio imaginis. sed perfectio diuine bonitatis expressius representatur in toto vniuerso quam in aliqua parte eius. igitur vniuersum magis debet dici ad imaginem dei quam aliqua creatura rationalis. **P**roterea. Dionysius in quarto capitulo de diuinis nominibus. ostendit similitudinem diuine bonitatis maxime apparere in radio solari. sed expressio similitudinis causat imaginem. ergo radius solaris debet dici esse ad imaginem dei. **P**roterea. illud quod maxime exprimit proprietatem altius: maxime videtur ad ipsum conuenientiam habere. sed in fine celestis hierarchie dicit Dionysius quod in igne maxime ostenduntur diuine proprietates. ergo ignis maxime debet dici ad imaginem dei. **S**ed contra. ex hoc anima dicitur imago dei: quia eius capax est: ut Augustinus dicit. sed sola creatura rationalis est capax dei ergo ipsa sola est ad imaginem dei. **P**roterea. quantum aliqua creatura est perfectior: tanto est deo similior. sed inter alias creaturas rationalis natura altissimus gradus tenet. in ipsa ergo precipue imago dei inuenitur. **R**espondeo dicendo quod ut dictum est illa imitatio rationem imaginis constituit que est in aliquo ad speciem pertinente exprimo autem et communi nihil sortitur species. sed ex vltimo proprio: sicut est differentia constitutiva. Consideratis autem diuine bonitatis processibus in creaturis: quibus nature create constituuntur in similitudinem nature increate vltima inuenitur intellectualis dignitatis participatio et que omnes alias presupponat. et ideo intellectualis natura attingit ad imitationem diuinam: in quo quodammodo consistit species nature eius. et inde est quod in eadem operatione ponimus vltimam felicitatem in intellectualis creature: in qua est felicitas dei. scilicet contemplatione intellectuali. et ideo sola intellectualis creatura rationaliter ad imaginem dei dici potest. **A**d primum ergo dicendum: quod quibus quilibet creatura aliquid participet de ratione similitudinis diuine: non tamen potest dici eius imago ratione predicta. **A**d secundum dicendum: quod similitudo operis potest dici ad operantem dupliciter. aut quantum ad id quod habet in natura sua: sicut homo generat hominem. aut quantum ad id quod habet in intellectu suo: sicut artificiatum ab artifice in similitudinem artis sue procedit: utroque modo

procedit erratura a deo in similitudinem eius. **P**rimo modo: quod ab ente sunt entia: et a viuo videntur. **S**ecundo modo: quia procedunt a rationibus idealibus. cum ergo vnaqueque res pertingat ad perfectam imitationem eius: quod est in intellectu diuino: quia talis est: qualem eam esse disposuit. et ideo quantum ad hunc modum similitudinis quilibet creatura potest dici imago idee in mente diuina existentis. Unde dicit Boetius in libro de trinitate: quod forme que sunt in materia potest dici imagines: eo quod ab his formis venerunt: que sine materia sunt. sed quantum ad alium modum sola intellectualis natura pertingit ad vltimum gradum imaginis: ut dictum est. et ideo ipsa sola dicitur imago dei. **A**d tertium dicendum quod similitudo diuine bonitatis quantum ad nobilissimas participationes ipsius non resultat in vniuerso: nisi ratione nobilissimarum partium eius que sunt intellectuales nature: nec per se de toto potest dici: et primo quia non conuenit sibi ratione omnium partium: ut in sermo physicorum dicitur frequenter. et ideo vniuersum non resultat dici imago dei: sed intellectualis natura. **A**d quartum dicendum: quod similitudo radii solaris ad diuinam bonitatem tota attenditur quantum ad causalitatem: et non quantum ad dignitatem nature que ratione imaginis perficitur. **A**d quintum dicendum: quod proprietates diuine ostenduntur in creaturis dupliciter. vel secundum similitudinem analogie sicut vltima: sapientia: huiusmodi: que analogice deo et creaturis conueniunt. et sic diuine bonitates precipue ostenduntur in rationali natura. vel secundum similitudinem proportionis: secundum quod spirituales proprietates corporalibus metaphorice designantur. et hoc modo in genere ostenduntur proprietates diuine: ut in primo libro. dist. xxxiii. dictum est. sed hec similitudo non facit rationem imaginis. vnde Dionysius vocat eam in secundo capitulo celestis hierarchie. dissimilem similitudinem.

**T**ertium sic proceditur. videtur quod imago non magis in angelis quam in hominibus inueniatur. Ea enim que sequuntur naturam equaliter inueniuntur in omnibus habentibus naturam illam: ut visibile in hominibus. sed esse ad imaginem dei consequitur intellectualem naturam. ergo in omnibus habentibus intellectus est equaliter. **P**roterea. secundum Augustinum eo ipso est anima imago dei quod capax eius esse potest. sed non magis capax dei est angelus quam homo: cum in fructu diuinitatis homines angelis equantur. ergo esse ad imaginem non magis angelis quam hominibus puenit. **P**roterea. ut dicit Augustinus. inter mentem nostram et deum nihil est medium. sed quod magis imitatur deum: cadit medium inter ipsum: et quod minus imitatur ipsum. ergo angelus non magis est ad imaginem dei quam mens humana.

**P**roterea ad hebreos. ii. dicit glossa: quod natura mentis humane quam christus assumpsit nihil post deum est melius. sed christus assumpsit mentem eiusdem nature cum nostris mentibus. cum ergo vnum quodque tanto sit melius quanto expressiori imagine deum imitatur: videtur quod esse ad imaginem non magis angelis quam hominibus pueniat. **P**roterea. dicit Hieronimus: quod exaltata est super choros

angelorum ad celestia regna. sed hoc non posset esse: si ipsa esset minus ad imaginem dei quam angeli. ergo cum ipsa vere et pure naturam humanam habeat videtur idem quod prius. ¶ Sed contra est quod dicit Gregorius: quod angelus dicitur signaculum similitudinis: quia in eo divine imaginis similitudo magis insinuat expressa. sed secundum hoc aliquid dicitur esse magis ad imaginem secundum quod expressio? imago dei in ipso relictus. ergo angeli sunt magis ad imaginem dei quam homo. similiter etiam videtur quod vir magis quam mulier per id quod prime cor. xi. quidam gradus inter virum et mulierem constituitur dicitur vir imago dei: et mulier imago viri: et ita non in omnibus habentibus imaginem imago equaliter inuenitur. ¶ Respondeo. dicitur quod de imagine possumus loqui dupliciter. aut quantum ad id in quo proprie consistit imaginis ratio: aut quantum ad id ad quod secundario assignatur similitudo imaginis proprie. n. et principaliter imago in intellectualem naturam consequitur. unde oportet quod ubi intellectualis natura perfectius inuenitur: etiam ibi sit imago expressio: et sic cum natura intellectualis multo sit dignior in angelis quam in homine: eo quod propter obumbrationem intellectualis luminis hominis rationalis dicitur: cum ratio sit quidam intellectus obumbratus: oportet quod in angelis sit expressio dei imago quam in anima et in angelis superioribus quam in inferioribus et in viro quam in muliere: quibus ista diversitas sit minor quam prima: quod non sequitur diversitatem nature secundum speciem. assignatur etiam imago dei in homine: sed non ita proprie quantum ad aliquas proprietates consequentes: sicut quod homo dominatur inferioribus creaturis sicut etiam deus in toto universo: et est quodammodo finis earum. et hoc innuitur bene. i. ubi post id quod dictum est: faciamus hominem ad imaginem etc. subiungitur ubi dicitur sicut deus est totus in quibus parte universi: ita anima in qualibus parte corporis. et hoc etiam homini alia nihil prohibet hominem magis ad imaginem dei esse quam angelum: sed hoc est secundum quid et non simpliciter: quod iudicium similitudinis vel diversitatis quod sumitur ab essentialibus rei est multo firmitus. ¶ Ad primum ergo dicitur quod ea que consequuntur naturas equaliter inveniuntur in omnibus habentibus naturas illas equaliter. natura autem intellectualis non equaliter inuenitur in angelis et in hominibus: sed in angelis multo nobilior: ¶ Ad secundum dicendum quod imago inuenitur in homine et in angelo quantum ad naturalia sua non quantum ad habitum gratie vel glorie. Consideratis autem naturalibus angeli et hominis magis est capacitas divine cognitionis angelus quam homo: et quod homo ad equalitatem angelorum perducitur: in divina fructu ne est gratie et non nature: et ideo obiectio non procedit. ¶ Ad tertium dicitur quod inter mentem nostram et deum nihil est medium quasi obiectum beatitudinis: sed immediate in deum nostra mens tendit: a quo etiam immediate per gratiam vivificatur: et tamen est aliquid medium quantum ad gradum nature. scilicet angelica natura: ut patet ex Dionysio in quarto capitulo celestis hierarchie. Augustinus etiam dicit angelum prope deum factus et materiam prope nihil: et ideo obiectio nulla est. ¶ Ad quartum dicitur quod natura mentis humane quam christus assumpsit est multo nobilior quam quibuslibet creatura: sed hoc habet ex unione divinitatis: et non ex propriis essentialibus. et ideo non sequitur similis ratio de mentibus humanis non unius. Assumpsit enim

dei filius humanam naturam: ut Damascenus dicit in athomo. i. in individuo et non in specie: et sic etiam natura mentis humane in gloria predicta accipitur. ¶ Ad quintum dicendum quod exaltatio beate virginis super choros angelorum: non fuit nature sed gratie: et ideo per hoc nihil probatur.

¶ Quartum sic proceditur. videtur quod inconvenienter imago et similitudo in littera distinguantur. Illud enim quod ponitur in definitione alicuius: ut genus non distinguitur ab ipso: sicut animal ab homine. sed secundum Aristoteli imaginatio est rei ad rem coequandam imaginata et indifferens similitudo. ergo imago et similitudo distingui non debent. ¶ Preterea. secundum quorundam opinionem homo in gratuitis creatus non est. sed innocentia et iustitia ad gratiam pertinent. ergo inconvenienter similitudo in qua homo factus est per iustitiam et innocentiam exponitur in littera. ¶ Preterea. cognitio et amor nominantur actus et passionem. sed actus et passio non semper remanent in animo. Cum ergo imago semper maneat: videtur quod inconvenienter imago secundum dilectionem vel cognitionem assignetur. ¶ Preterea. amor ad voluntatem pertinet voluntas autem est pars imaginis. ergo inconvenienter distinguitur similitudo ab imagine: per hoc quod similitudo in amore virtutis consistit. ¶ Preterea. voluntas ad cognitionem non pertinet: et tamen pars imaginis ab augustinus ponitur. ergo videtur quod inconvenienter dicatur imago ad cognitionem veritatis pertinere. ¶ Preterea. natura intellectualis ad essentiam anime pertinet: sed naturam intellectualem sequitur imago: ut dictum est. ergo videtur inconvenienter dici quod similitudo ad essentiam pertineat. imago vero ad alia que sunt in anima. ¶ Respondeo dicendum quod in ratione imaginis includitur similitudo: et non e converso. unde si similitudo contra imaginem distinguatur: oportet specialiter sumi similitudinem que deficit a ratione imaginis: sicut proprium dicitur definitioni nominis commune quod de definitione predicatur. sed secundum illam rationem determinate acceptam qua deficit a perfectione definitionis. cum ergo imago importet imitationem in his que pertinent ad speciem demonstrandam: oportet quod similitudo accipiarur in eo quod deficit a demonstratione specialis nature. hoc autem contingit dupliciter. aut quia est prius et communius quam sit natura speciei: sicut proprietates consequentes naturam generis. aut quia est posterius his que speciem demonstrant: ut accidentia consequentia principia individui. Si ergo accipiarur defectus primo modo: sic est ultima distinctio que in littera assignatur: secundum hoc enim dicitur similitudo secundum convenientiam in illis que consequuntur essentiam in quantum est essentia: et non in quantum est intellectualis: ut incongruibile et indivisibile. et huiusmodi. imago autem attenditur secundum ea que proprie intellectualem naturam consequuntur. Si autem attendatur defectus ex hoc quod est posterius: hoc est dupliciter. quia aut hoc est secundum ordinem potentie naturalis ad potentiam: et sic primum demonstrans naturam intellectualem est potentia cognoscitiva et actus eius: posterius erit voluntas et actus eius que consequitur apprehensionem cognoscitivam veritatis: et sic erit secunda distinctio. quod imago pertinebit

ad cognitionem veritatis que est primum demon-  
strans naturam intellectualem. similitudo autem ad a-  
more virtutis: aut secundum ordinem potentie ad habitus  
et sic erit prima distinctio secundum quod imaginatio pertinet  
ad potentias. scilicet memoriam: intelligentiam: et voluntatem. Si  
similitudo vero ad habitus pertinet. scilicet innocentiam et iusti-  
tiam. **C** Ad secundum ergo dicitur quod similitudo coiter sum-  
pta non dividitur contra imaginem. sed similitudo defi-  
ciens a ratione imaginationis: sicut proprium contra  
diffinitionem. **C** Ad secundum dicitur quod etiam si ponatur homo non  
creatus in habitibus gratuitis: constat tamen eum esse  
creatum in habitibus naturalibus integris et perfectis: et  
quibus ad hoc similitudo attenditur. **C** Ad tertium dicitur  
quod potentie innotescunt per actus et passiones. et ideo per  
cognitionem et amorem debet intelligi potentia cognosci-  
tiva et amativa que est voluntas. **C** Ad quartum  
dicendum quod ratio illa non valet quod procedit ex diver-  
sis distinctioibus: nec est inconueniens ut secundum unam dif-  
ferentiam aliquid pertineat ad imaginem: et secundum aliam  
pertineat ad similitudinem: quia in una comparati-  
one potest aliquid accipi: ut prius aliquo quod in ani-  
ma accipitur. et posterius respectu alterius secundum  
quem modus possunt comparari potentie intellectu-  
e nature ad habitus: quibus inveniuntur priores.  
vel una ad alteram: et sic est una prior altera. Et ita  
sicut aliquid est prius et posterius in aliqua compa-  
ratione diversimode acceptum: ita etiam potest ad  
imaginem et similitudinem pertinere ratione predi-  
cta. Et similiter dicitur esse ad quintum. **C** Ad sextum  
dicendum: quod intellectualitas quibus pertinet ad eam-  
dem naturam intellectualem: non tamen est de ratione ean-  
dem inquantum essentia: et ideo non pertinet ad similitu-  
dinem que assignatur secundum communes differentias  
entis. scilicet simplex et compositum: corporale et incorpo-  
rale: et huiusmodi. Quare creatus sit homo. i. causa  
finalis hominis: et qualiter instituitur: quia ex anima  
et corpore hec duo in prima distinctioe huius libri  
dicta sunt. Et qualiter et quomodo factus hic incipit  
proficere. Deinde qualiter sit lapsus: hoc proficere  
xvi. distinctio. Et deinceps postremo qualiter et cetera. hoc in  
tertio libro et in quarto. Que in mente rationali natu-  
raliter sunt. hoc potest intelligi etiam de habitibus gra-  
tuitis ad quos anima naturaliter est ordinata non quod  
per principia nature causentur. vel potest intelligi  
de habitibus innatis: sicut philosophus in sexto ethi-  
corum ponit etiam quasdam unitates naturales. ima-  
gio ergo pertinet ad formam scilicet specialem simili-  
tudo ad naturam. scilicet communem: et hoc secundum vlti-  
mam distinctionem quas posuit. Quo circa homo et  
imago et cetera. Ratio huius est quod hec prepositio: ad:  
notat distantiam. quia ut dicit Augustinus. filius est imi-  
gatio patris nulla ex parte ei dissimilis. ideo ita di-  
citur imago quod non ad imaginem homo autem: quia  
ipse deum imitatur in natura intellectuali et a per-  
fecta imitatione filii distat in quam tamen tendit ut  
potest. ideo imago dicitur et ad imaginem.

### Distinctio decimaseptima.

Hic de creatione anime utrum de ali-  
quo facta sit: vel non: et quando facta: et quas  
gratiam habuerit in creatione.

**Sic de origine anime** plura  
queri solet. sed vnde  
creata fuerit: et quam gratiam ha-  
buerit in creatione. Sicut homi-  
nis formatio secundum corpus de-  
scribitur: cum dicitur. Formavit deus homi-  
nem de limo terre: ita eiusdem secundum animam de-  
scribitur factura: cum subditur. Et inspiravit  
in faciem eius spiraculum vite. Corpus enim  
de limo terre formavit deus: cui animam in-  
spiravit. Vel secundum aliam litteram. flavit vel sus-  
flavit. Non quod faucibus susflauerit: vel mani-  
bus corporis corpus formauerit. spiritus  
enim deus est: nec lineamentis membrorum  
compositus est. Non ergo corporaliter pute-  
mus deum corporis manibus formasse cor-  
pus: vel faucibus inspirasse animam. sed po-  
tius hominem de limo terre secundum corpus for-  
mavit: iubendo: volendo. i. voluit: et verbo suo  
iussit ut ita illa fieret. Et in spi. in fa. eius spi-  
vite. i. substantiam anime in qua viveret. cre-  
avit: non de materia aliqua corporali vel spi-  
rituali: sed de nihilo. Putauerunt enim qui-  
dam heretici deum de substantia sua animam  
creasse: verbis scripture perniciter inheren-  
tes quibus dicitur. Inspiravit vel susflavit et cetera.  
Cum flat inquit vel spirat homo: de se fla-  
tum emittit. Sicut ergo cum dicitur de se flas-  
se vel spirasse spiraculum in faciem hominis  
ex se spiritum hominis emisisse intelligitur. i.  
de sua substantia. Qui hoc dicunt non capi-  
unt tropica locutione dictum esse: susflavit:  
vel flavit. i. flatum hominis. scilicet animam fecit.  
flare enim est flatum facere. flatum facere est  
animam facere. Unde dominus per Isaiam.  
Omne flatum ego feci. Non sunt ergo audi-  
endi qui putant animam esse partem dei. Si  
enim hoc esset: nec a se nec ab alio decipi pos-  
set: nec ad malum faciendum vel patiendum com-  
pelli: nec in melius vel deterius mutari. Fla-  
tus ergo quo hominem animavit: factus est  
a deo: non de deo: nec de aliqua materia: sed  
de nihilo.

Hic queritur quando facta sit anima: an ante  
corpus an in corpore.

Ed utrum in corpore: an extra cor-  
pus: etiam inter doctores scrupulo-  
sa questio est. Augustinus enim sup  
Beneficium tradit animam cum angelis sine cor-  
pore fuisse creatam: postea vero ad corpus ac-  
cessisse: neque compulsam esse incorporari: sed na-  
turaliter illud voluit. i. sic creata fuit ut vellet:  
sicut naturale nobis est velle vivere. Male autem  
velle vivere non nature sed voluntatis est per

uerse. Alii vero dicunt aiam primi hominis in corpore fuisse creatas: ita exponentes verba illa. Inspi. i. facie eius spiraculum vite. i. animas in corpore creauit: que totum corpus animaret. facies tamen specialiter expressit: quia hec pars sensibus ornata est ad intuenda superiora. Sed quicquid de anima primi hominis estimetur: de aliis certissime sentiendum est quod in corpore creentur. Creando enim infundit eas deus: et infundendo creat. Dicendum est etiam animam illam non sic esse creatam: ut prescia esset operis futuri iusti vel iusti.

In qua etate deus hominem fecerit. i. etate virili factus est homo secundum superiores causas.

**F**let etiam queri utrum deus hominem repente in virili etate fecerit: an perficiendorum etates augendo: sicut nunc format in matris utero. Aug. super Genesim dicit quod adam in etate virili continuo factus est. et hoc secundum superiores: non inferiores causas id est secundum voluntatem et potentiam dei: quam nature generibus non alligauit. qualiter et virga moysi conuersa est in draconem. Nec enim talia contra naturam sunt: nisi nobis quibus aliter nature cursus innotuit: deo autem natura est quod facit. non ergo contra dispositionem suam illud fecit deus. Erat enim in prima causarum conditione sic hominem posse fieri. sed non ibi erat necesse ut sic fieret. hoc enim non erat in conditione creature. sed in beneplacito creatoris cuius voluntas necessitas est. Hoc enim necessario futurum est: quod vult et prescit. Multa vero secundum inferiores causas futura sunt: sed in prescientia dei futura non sunt. Si autem aliter ibi futura sunt: potius futura sunt sicut ibi sunt: ubi prescit ille qui non potest falli. Sic ergo factus est adam non secundum inferiores causas: quod non erat in rerum causis seminalibus ut ita fieret. sed secundum superiores non contra naturam operantes: quia in rerum causis naturalibus erat ut ita posset fieri.

Quod homo extra paradysum creatus in paradiso sit positus: et quare ita factus sit.

**B**ominem autem ita formatam tulit deus ut scriptura docet: et posuit in paradiso voluptatis quam plantauerat a principio. His verbis aperte moyses insinuat quod homo extra paradysum creatus: postmodum in paradiso sit positus. quod ideo factus dicitur: quia non erat permansurus in eo: vel ut non nature sed ut gratie hoc assignaretur. Intelligentur autem paradysus localis et corporalis in quo homo locatus est. Tres enim ge-

nerales de paradiso sententie sunt. Una eorum qui corporaliter intelligi volunt tantum. Altera eorum qui spiritualiter tantum. Tertia eorum qui utroque modo paradysum accipiunt. Tertiam mihi placere fateor: ut homo in paradiso corporali sit positus. Qui ab illo principio plantatus accipi potest: quo terram omnem remotis aquis herbas et ligna producere iussit. Qui et si presentis ecclesie vel future tipum tenet: ad litteram tamen intelligendum est esse locum amenissimum: fructuosis arboribus magnum: et magno fonte secundum. Quod autem dicimus a patre per antiquam translationem dicit ad orientem. Unde voluit quidam in orientali parte esse paradysum longo interiacente spacio vel maris vel terre a regionibus quas incolunt homines secretum et in alto situm usque ad lunarem circulum pertinentem: unde nec aque diluuii illuc peruenerunt.

De lignis paradisi inter que erat lignum vite et lignum scientie boni et mali.

**I**n hoc autem paradiso erant ligna diuersi generis: inter que unus erat quod vocatum est lignum vite: alter vero lignum scientie boni et mali. Lignum vite dicitur est sicut docet Beda et Strabus: quod diuinitus accepit hanc vim: ut quod ex eius fructu comederet: corpus eius stabili sanitate et perpetua soliditate firmaret. nec ulla infirmitate vel etatis infirmitate in deterius vel in occasum laberetur. Lignum autem scientie boni et mali non a natura hoc nomen accepit sed ab occasione rei postea secuta. Arbor enim illa non erat mala: sed scientie boni et mali id dicitur esse: quod post prohibitionem erat in illa transgressio futura qua homo experiendo discerneret: quid est inter obedientie bonum et inobedientie malum. Non ergo de fructu qui nasceretur inde positum est illud nomen: sed de re transgressione secuta. Cognouit enim homo priusquam transgeret hoc lignum bonum et malum. sed bonum per prudentiam et experientiam. malum vero per prudentiam tantum. quod est per experientiam nouit usurpato ligno veritate. quod per experientiam mali didicit quod sit iter bonum obedientie et malum inobedientie. si vero primi peccato obedientes essent nec contra preceptum peccassent. si id tantum mihi diceretur lignum scientie boni et mali. quod hoc ex experientia tactu accideret si usurparet. a ligno ergo homo prohiberetur. quod malum si erat: ut ipsa precepti obsequatio bonum illi esset: transgressio malum. nec melius considerat quantum malum sit inobedientia quam hoc modo: cum id est. si reus factus esse homo intelligit quod prohiberetur tetigit quam si non prohiberetur tetigisset non peccasset nec penam sensisset. si enim venenosa herba prohiberetur tetigeris: pena sequitur. et si nemo prohibuisset sibi sciret.

Si etiam prohibetur res tangi: que non tangenti tantum: sed prohibenti obest: sicut aliena pecunia. ideo prohibitum est peccatus: quia prohibenti est damnosum. Cum vero tangitur quod nec tangenti obest si non prohibetur: nec cuiuslibet si tangatur. ideo prohibetur ut per se bonum obedientie: malum inobedientie monstretur. Sicut primus homo a re bona prohibitus: penam incurrit. ut non ex re mala: sed ex inobedientia pena esse monstratur sicut ex obedientia palma.

**H**ic de origine anime plura queri solent. **Q**uestio quod homo produit a deo in similitudine eius: sicut a causa quodammodo uniuoca. **H**ic determinat productiones hominis in se secundum quod ex suis partibus constat. Et diuiditur hec pars in duas. In prima determinat productiones virtutum. In secunda productiones femine. xviii. di. ibi. In eodem quoque paradoso 7c. Prima in duas. In prima determinat constitutiones hominis. In secunda determinat locum qui sibi constituto in esse assignatus est: sicut etiam in naturalibus rei generate debetur aliquis locus. ibi. **H**omines autem formatum 7c. Prima. in duas. In prima determinat productionem hominis ex parte anime. In secunda ex parte corporis. ibi. Solet queri utrum deus homines 7c. **C**irca primum tria facit. Primo determinat anime productionem a deo. Secundo excludit circa hoc quorundam errores. Vnus ex parte creatis ibi. Non ergo carnaliter putemus. Alterus ex parte creati. ibi. Putauerunt enim quidam 7c. Tertio determinat quandam dubitationem. ibi. Sed utrum in corpore an extra corpus? **H**ominem autem ita formatum 7c. **H**ic determinat locum qui homini creato est assignatus. s. paradisi. Et diuiditur in duas partes. In prima describit paradysum. In secunda ligna paradisi. ibi. In hoc autem paradoso 7c. **H**ic duo queruntur. **P**rimo de creatioe hominis ex parte anime. Secundo de formatione eius ex parte corporis. **C**irca primum queruntur tria. **P**rimo utrum anima humana sit de essentia diuina. Secundo si non: utrum sit de aliqua materia creata. Tertio utrum anima extra corpus creata sit.

**P**rimum sic proceditur. videtur quod anima sit de essentia diuina per id quod habet. **H**ereticus primo. Inspirauit in facies eius 7c. sed illud quod inspirat aliquid: statim de se emitit. ergo anima est de essentia dei. **P**reterea dicitur Actuum. xviii. Nos enim genus dei sumus. hoc autem non conuenit homini nisi secundum animam qua ab aliis sensibilibus secerne. ergo videtur quod anima sit de substantia nature diuine. **P**reterea. cum naturalis operatio consequatur naturam: oportet ea que in operatione conueniunt in natura vel essentia conuenire. s. anima rationalis conuenit in operatione intellectus cum deo: ut philosophus in decimo ethicorum dicit. ergo communicat cum ipso in essentia. **P**reterea omne quod intelligitur: intelligitur per similitudinem vel identitatem. oportet enim quod intellectus in actu sit intellectum in actu: quod non contingit: nisi vel quod sunt idem per essentiam: sicut deus seipsum intelligit: vel quia similitudo intellecti recipitur in intelligen-

te ut perfectio eius. sed intellectus noster intelligit deum: et similiter materiam primam. sed hoc non potest esse per similitudinem abstractam ab eis: quia a simplicissimo nihil potest abstrahi. ergo oportet quod intelligat ipsa per identitatem. et sic est idem per essentiam deus et materia prima et anima intellectiva.

**P**reterea. quecumque sunt et nullo modo differunt sunt penitus idem. sed intellectus et materia prima et deus sunt et nullo modo differunt. ergo sunt penitus idem. **P**robatio medie: **Q**stum ad secundam partem: quia prima constat quecumque differunt: aliqua differentia differunt. sed omne quod differt ab altero aliqua differentia: est compositum ex differentia et quodam alio. Cum ergo predicta tria sint penitus simplicia: videtur quod nullo modo differant. **P**reterea. illud quod participatur ad esse cuiuslibet rei est de essentia cuiuslibet rei. Sed sicut dicit Dionysius in quarto capitulo. de diuinis nominibus: participatioe diuine bonitatis anima et omnes alie res sunt bone. ergo videtur quod diuina bonitas sit essentia cuiuslibet anime et cuiuslibet rei. sed diuina bonitas est sua essentia ergo essentia diuina est ipsa essentia anime vel aliquid eius. **C** Sed contra. illud quod est in se tantum actus non est possibile ad speciem alteram vel ad esse aliud. sed essentia diuina est actus purus cui nulla potentia permiscetur. ergo non est possibilis adhuc ut transformetur in naturam anime vel alicuius alterius vel additionem aliquam recipiat. **P**reterea. ei quod est actus purus non amiscetur aliqua priuatio: quia priuatio est eius quod est natum haberi et non dum haberi. sed anime adiunguntur multi defectus vel priuationes: ut ignorantia: malicia: et huiusmodi. ergo anima non est de essentia diuina. **R**espondeo dicendo: quod quorundam antiquorum philosophorum error: fuit quod deus est de essentia omnium rerum. ponebant enim omnia esse unum simpliciter et non differre: nisi forte secundum sensum vel estimationem: ut **P**eremchides dixit: et illos etiam antiquos philosophos secuti sunt quidam moderni: ut **D**avid **L**inaco. Diuisit enim res in partes tres: in corpora: animas: et substantias eternas separatas. **E**t primum indiuisibile ex quo constituuntur corpora: dixit esse. **P**rimum autem indiuisibile ex quo constituuntur anime: dixit esse spiritum vel mentem. **P**rimum autem indiuisibile in substantiis eternis: dixit esse deum. **E**t hec tria esse unum et idem: ex quo iterum sequitur esse omnia per essentiam unum. **V**eruntamen hec positio et sensui contradicit: et a philosophis sufficenter improbat est. **A**lii vero minus errantes dixerunt deum esse: non quidem essentiam omnium: sed substantiarum intellectiuarum considerantes similitudinem operationis et dignitatem intellectus et immaterialitatem eius: quod error: ortum habere potuit ex opinione **A**naxagore qui posuit intellectum mouente omnia. **E**t sicut enim habere potuit ex auctoritate **A**en. primo. inducta male intellecta. hoc etiam fidei contrariatur et philosophorum dictis qui substantias intellectuales in diuersis ordinibus: constituunt et intellectum humanum ultimum in ordine omnium intellectualium: inter quos primum ponunt intellectum diuinum. et hunc quidem esse omnino immobilem et fides tenet et ratio demonstrat. anima autem humana aliquo modo variabilis est. s. secundum virtutes et vicia et scientias et ignorantias. **H**orum autem omnium errorum et similium unum videtur esse principium et fundamentum: quo destructo nihil probabilis remanet. **P**lures enim antiquorum

et intentionibus intellectus iudicium rerum natura-  
 lium sumere volunt: unde quecumque inueniuntur con-  
 venire in aliqua intentione intellecta voluerunt quod  
 communicarent in vna re. et inde ortus est error: Parmenidis et Melysii: qui videntes ens predicari de om-  
 nibus locuti sunt de ente: sicut de vna quadam re ostē-  
 dentes ens esse vnum et non multa: vt eorum ratio-  
 nes indicant in primo physicorum recitate. Et hoc  
 etiam secuta est opinio Pythagore et Platonis po-  
 nentium mathematica et intelligibilia principia sen-  
 sibilium: vt quia numerus inuenitur in his et in illis  
 que communicant in numero: sicut in quadam essen-  
 tia vna. et similiter quia sortes et plato sunt homo sit  
 vnus homo per essentiam qui de omnibus predicat.  
 Et hoc etiam procedunt plures rationes: Aliquebro  
 in libro fontis vite qui semper vnitatem materie ve-  
 natur ex equali communitate predicationis. Et hoc  
 etiam deriuatur opinio que dicit vnam essentiam ge-  
 neris esse in omnibus speciebus re: non tamen secundum rationes.  
 Sed hoc fundamentum est valde debile. non enim oportet  
 quod si hoc est homo et illud homo: quod eadem sit humani-  
 tas numero vtriusque: sicut in duobus albis non eadem  
 albedo numero. sed quod hoc similiter illi in hoc quod  
 habet humanitatem: sicut illud intellectus accipiens  
 humanitatem: non secundum quod est huius: sed vt est huma-  
 nitas format rationem communes omnibus. et ita est  
 non est necessarium: quod si in anima est natura intelle-  
 ctualis et in deo: quod sit eadem intellectualitas vtrius-  
 que per essentiam per quam eandem essentiam vtriusque di-  
 catur ens. Ad primum ergo dicitur: quod sicut dicit Au-  
 gustinus super Genesim. illa auctoritas non cogit ponere  
 aiam de substantia dei esse. Primo: quod hoc quod homo stan-  
 do emittit: est de aere exteriori que respiciendo attrahit:  
 non de substantia eius. Secundo: quod si esset de substantia  
 sufficiens: nullo modo esset de substantia anime. Et si  
 etiam poneretur de substantia corporis. deus autem  
 hoc modo se habet ad totum vniuersum regendo ipsa:  
 sicut anima ad corpus. unde non sequitur animam ho-  
 minis esse de substantia dei. Tertio: quod aia in modo  
 corpori dominatur. unde statum nominis de corpore fa-  
 cere potest. deus autem est supra omnem naturam. unde non  
 oportet vt de corporalibus elementis aiam faciat. sed  
 de nihilo eam creat in mensurate potestatis sue. vnde  
 figuratiue dicitur. stare: quasi statum facere. Iste autem  
 l'viii. omnem statum ego feci. Ad secundum dicitur  
 quod dicimur nos esse genus dei quantum ad animam: non  
 ita quod aia sit de diuina essentia: sed quod participat natu-  
 ras intellectualis que etiam in deo est secundum quod etiam dicitur ad ima-  
 gines dei. Ad tertium dicitur: quod cum aia non habeat ean-  
 dem operationem numero quam deus habet: sed similem: non sequitur  
 quod habeat eandem naturam sed similem: nec ex tali similitudi-  
 ne vnitatis essentie concludi potest: vt dictum est. Ad  
 quartum dicitur: quod intellectus creatur intelligit deum non per  
 identitatem nature. sed per vnitatem ad ipsam que est vel per ali-  
 quam similitudinem non quod abstractam sed effusam a deo in intel-  
 lectum. et hunc modum intelligendi vocat Auicenna per impressionem: effu-  
 sione dicitur intelligit in nobis esse: ex hoc quod impressio-  
 nes earum in nobis sunt. vel per vnitatem ad ipsam essentiam  
 lucis increate: sicut erit in patria. materia autem prima  
 cognoscibilis est non per aliquam speciem ab ipsa recepta. sed per  
 analogiam ad formam: vt dicitur in primo physice. et id est de  
 illis que suo defectu perfecte intelligi non valent: vt dicit  
 Boetius in libro de duabus naturis. Ad quintum dicitur: quod per  
 philosophum i. r. metha. non est idem esse diuersum et esse differens:  
 quod differens ad aliquid dicitur. unde oportet omnino differens per

prae loquendo aliquo differre. diuersum autem absolute di-  
 cif. unde quod diuersa sunt non oportet aliquo diuersa esse: sed se  
 ipsis. Si enim oporteret omnia diuersa in aliquo differre:  
 in infinitum abiret. et id oportet deuenire ad primam simplici-  
 tatem que seipsis diuersa sunt: vt patet in differentiis quibus  
 species distinguunt. si ergo differens stricte sumatur secundum  
 predictam acceptionem. sic propositio falsa est in eo quod ali-  
 qua non differunt que diuersa sunt. Idem autem non differe-  
 rent: sed diuerso opponitur. Si autem sumatur differens lar-  
 ge per diuerso et differenti: sic prima propositio vera est. sed  
 media est falsa: vt ex predictis patet. Ad sextum dicitur  
 quod creature non dicunt diuinam bonitatem participare quasi  
 partem essentie sue. sed quod similitudine diuine bonita-  
 tis in esse constituentur secundum quam non perfecte diuinam  
 bonitatem imitantur: sed ex parte.

Deo sic procedit. videtur quod anima ex ali-  
 qua materia constituta sit. Omne enim quod est  
 habet in natura: est propositum ex materia et forma  
 vt in secundo de anima patet. sed anima rationalis est huiusmodi. quod est per  
 se sine corpore ens ab alia anima eiusdem speciei numero  
 distincta. § 7c. Preterea in quocumque inuenitur proprietates  
 materie: oportet materiam inueniri: cum proprietates rei a  
 re non separentur: sed in anima inueniuntur quodammodo proprie-  
 tates materie: vt subijci: recipere: pati: et huiusmodi. ergo  
 videtur quod sit ex materia composita. Preterea secun-  
 dum philosophum in secundo metha. necesse est imaginari materiam  
 in re mota. sed anime mutabilitas ostendit ex hoc quod vi-  
 cibus et fallaciis deformis reddit. format autem virtuti-  
 bus veritatisque doctrina secundum Augustinum. vii. super Genesim. er-  
 go in anima est materia. Preterea secundum philosophum in .viii.  
 methaphysice. nulli agentis actio terminatur: nisi ad  
 compositum. sed actio creatis terminatur ad aiam quam  
 in se producit. ergo est ex materia et forma composita.  
 Preterea. nihil viuunt seipso nisi deus. sed anima non tamen  
 viuificat corpus: sed etiam viuunt. ergo seipsa non viuunt. sed  
 aliquo sunt. sed omne illud in quo est principium vite et reci-  
 piens vitam: est ex materia et forma compositum. § 7c. Preterea.  
 in omni creato differt quod operatur et quo operatur: quod solu  
 primo agenti puenit potentia agere: alius autem per participa-  
 tionem alie quod ad essentiam additur. sed anima habet operationes per  
 prias: et sic illis operationibus ipsa est operans. § non est quo  
 operatur. et sic non videtur esse forma simplex: sed materiam  
 habens: quod forma est principium quo operatio producit. C Sed  
 contra. hoc aliquid est propter quod vni primo et simpliciter: tanto  
 magis est vnum et simplex: vt in libro de causis dicitur. sed in-  
 ter formas naturales anima deo est propinquior. § cum alie  
 forme sint simplices: multo fortius anima. Preterea. for-  
 me substantialis non est forma substantialis: sicut nec quali-  
 tatis qualitas. sed oportet quod habeat materiam: habet substantia  
 lez formam dante esse materie. cum ergo anima sit forma substā-  
 tialis: videtur quod ex materia composita non sit. Preterea.  
 Augustinus super Genesim. vii. deducendo per singula ostendit ani-  
 mam ex materia non esse factam. Ad .ii. potest facta fuisse ex  
 materia spūali rationali. quod si natura rationalis ex qua sit  
 beata fuisset non in penis imitata esset: quod materia cum for-  
 matur a deo in melius format. Si vero misera fuit: oportet  
 quod precesserit culpa: quod est contra apostolum Romanorum. it. cum non dicitur ali-  
 quid boni egissent aut mali etc. Si autem nec beata nec  
 misera: versus rationis non dicitur habeat: sicut in pueritia con-  
 tingit: et sic ociosa erat. Similiter nec ex materia spiri-  
 tuali irrationali quod hoc esset propinquum opinioni que  
 ponit animarum de corpore in corpus transitus. Et  
 peius adhuc: quia illa positio non dicit animam be-  
 tie in hominem transire: sed e conuerso. Similiter  
 nec ex materia corporali. non enim ex eodem facta est

uentis: sed aque non producant nisi illud qz virtute  
nature producit. ergo videtur qz per virtutem se-  
minalem rebus collatam anime sensibiles producat.  
¶ Preterea philosophus dicit in .xvi. de animalibus  
qz intellectus solum ab extrinseco est. ergo vide-  
tur qz anima sensibilis nō sit ab extrinseco. ¶ Respon-  
deo dō qz circa hanc questionem diuerse inueniuntur  
opiniones 7 philosophorum: 7 etiā magistrorum. Qui  
dam enī philosophi vt Plato: Auicenna. 7 Themisti⁹  
posuerunt omnes animas a principio sepato esse: qd  
quidem principius 7 Plato ydeā posuit: Auicenna. itellā  
agentem: Et theologī hanc viam tenentes ip̄3 deū.  
Ratio autem que predictos philosophos mouit vt  
comen. narrat septimo 7 vndecimo methaphisice est  
sumpta ex animalibus putrefactis: que etiam obici-  
endo tacta est. Et similiter ex hoc qz in naturalibus  
nihil inuenitur agens nisi forma accidentalis: vt ca-  
lor 7 frigus quorum actione non potest anima pro-  
duci cum nihil agat vltra suam speciem. Sed tamē  
aduertendum est qz nullas philosophus inter aiam  
sensibiles 7 alias formas substantiales distinguit quā-  
tum ad originem: qz predicti philosophi omnes for-  
mas substantiales eē a principio sepato posuerunt: itā  
animam sensibiles qz formā lapidis vel ignis. Alii  
vero vt Aristot. 7 comen. eius qui ponunt formas  
alias materiales ex potentia materie educi virtute  
agentium naturalium: ponunt etiam animam sensi-  
bilem 7 vegetabilem extraduce esse: eo qz esse formaz  
naturalium non est ipsarum absolute: sed ip̄3 cō-  
positorum non enim per se possunt subsistere. 7 ideo  
ipsis formis per se loquendo non acquirunt esse: sicut  
substantiis compositis. vnde forma per se loquendo  
neqz sit neqz generatur: sed componunt: 7 quia om-  
ne quod generat: generat ex sibi simili: id est qz gene-  
rans vel inducens ad formā sit compositum ex ma-  
teria 7 forma: 7 non forma tantum vel substantia se-  
parata: 7 in hoc suscitatur Aristot. in septimo metha-  
phisice: 7 per eandem rationem ostendit in .xvii. de  
animalibus animam vegetabilem 7 sensibilem non  
ab extrinseco esse ostendens eas esse formas mate-  
riales: ex hoc qz operationes exercent mediante cor-  
pore: quod enī3 habet esse absolutum a materia: ha-  
bet etiam operationem a materia absoluta. Et ideo  
vult qz omnia principia vel virtutes quarum ope-  
rationes non exercentur sine corpore non sint ab ex-  
trinseco: sed ab agente corporali: 7 intellectus so-  
lum sit ab extrinseco: quia eius operatio est sine cor-  
pore: 7 etiam eius esse absolutum est. vnde sibi de-  
betur factio non tantum per accidens: sed etiā3 per  
se vt esse incipiat: 7 oportet tunc qz h sit secundū mo-  
dum sibi competentem: 7 a principio separato. Alii  
vero philosophi attenderunt ad ipsas formas ac si  
eis per se fieri: deberetur: 7 ideo posuerunt omnes

formas esse a principio formali separato. Sed positio Aristot. multo rationabilior est: quia nihil incipit vel fit vel generatur nisi secundum modum quo esse habet. Et ideo concedimus animam sensibiles et vegetabilem ex radice esse. Modus autem translationis talis est. cum enim omne agens uniuersum et proximum inducat speciem suam in patiente: et cibus sicut quod est patiens: et alteratum in nutrimentum corporis cedat: quia nutrit secundum quod est potentia caro: ut in primo de generatione: et in secundo de anima dicitur: oportet quod in fine speciem et virtutem nutrimenti recipiat: ante ergo ultimam assimilationem quando efficitur actu pars de terminata: ut caro ulos est in ea virtus speciei indeterminate ad hunc vel illud: quia determinatio ad hunc vel illud est secundum propriam virtutem determinate partis: et ideo cum semen sit residuum ultimi cibi propinquissimi ad ultimam conuersionem: est in ea potentia tota: et non actu aliqua pars: ante vero quam resoluatur per actum vitis generatiue a reliquo sui generis est in eo potentia illa indistincta: sicut forma totius non est in parte nisi in potentia. quando autem separatur efficitur actu habens talem potentiam vel formam. sicut etiam videmus in animalibus anulos in quibus secundum philosophum: una est anima in actu et plures in potentia: unde quando diuiduntur efficitur quilibet pars animata habens animam distinctam. In hoc tamen differunt: quia propter parvam differentiam organorum in illis animalibus pars est fere toti conuulsi: et ideo in parte remanet anima perfecta: sicut erat in toto: semen autem deorsum non est actu simile toti: sed in potentia propinqua. et ideo non remanet post diuisionem anima in actu: sed in potentia propter quod dicitur. ij. de anima quod semen in potentia uiuit: et non actu. Nec autem potentia non est passiva in semine maris: sicut dicimus ligna: et lapides esse potentia domus. Sic enim est in potentia in mestruo mulieris: sed est potentia actiua: sicut dicimus formam domus in mente artificis esse potentia domus: unde arti comparat eam philosophus i. xviij. de animalibus: et hanc potentiam Auicenna et comen. in septimo methaphisice vocant virtutem formatiuam que quidem virtus quantum ad modum operandi media est inter intellectum: et alias vires anime. Alie autem vires videntur in suis operationibus determinatis organo. Intellectus autem nullo modo autem videtur aliquo corporali in sua operatione quod nondum habet determinatam speciem: subiectum autem et organum: huius virtutis est spiritus vitalis inclusus in semine. unde ad continendum huiusmodi spiritum semen est spumofum: et hec est causa albedinis eius. Huic autem spiritui coniungitur virtus formatiua magis per modum motoris quam per modum forme: et si forma eius aliquo modo sit. unde dicit comen. in septimo methaphisice quod includitur in semine virtus illa quodammodo sicut uniuersum motores orbibus. Illi autem corporali spiritui coniungitur triplex calor: scilicet calor elementaris qui est instrumentum resoluens et consumens: et huiusmodi operans: et calor anime qui est viuificans: et calor celi cuius virtute mouet ad speciem determinatam: et virtute huiusmodi triplicis caloris virtus formatiua. conuertit materiam a muliere preparatam nisi substantiam membrorum per modum quo est transmutatio corporis in augmento ut. xvi. de animalibus dicitur. et secundum

quod proceditur in perfectione organorum secundum hanc anima incipit magis ac magis actu esse in semine quam prius erat in potentia ita quod conceptum primo partem operari vite nutritiue: et tunc dicitur viuere in planta: et sic deinceps donec perueniat ad completam similitudinem generantis. Ad primum ergo dicendum quod anima sensibilis nullo modo est hanc aliquid: quia nec habet aliquam partem sui par quam indiuiduetur: nec habet esse subsistens et absolutum cum nulla eius operatio sit nisi mediante corpore: nec hoc ipsum quod est mouere motu progressiuo facit sine organo corporali. est enim duplex virtus motiua: una impans: et altera imparata. Impans est virtus appetitiua sensitiva cuius actus constat quod non est sine organo corporali. virtus autem motiua impans: et crequens motum est vis quedam musculis et lacertis affixa quorum motu totum corpus mouetur et sic patet quod in motu animalis hec operatio que est mouere non est anime secundum se sensitiue: sed mediante organo corporali. unde non sequitur quod esse absolutum habeat. Ad secundum dicendum quod ex actione qualitatuum elementarium sequitur aliquid dupliciter. vno modo ex ipsis secundum se: sicut sapor et odor durum et molle: et alia que determinantur in quarto methaphisice: et sic nec anima sensibilis nec aliqua forma substantialis ex actionibus earum sequitur: quia sequeretur quod forme substantiales ex necessitate materie inducerentur: ut Empedocles dicit: alio autem modo sequitur aliquid ex eis: sicut ex instrumentis: ut dicit philosophus in secundo de anima quod ignis in motu augmenti: est sicut instrumentum regulatum: sed principaliter agens et regulans est virtus anime dirigens indeterminatam quantitatem. et similiter dico quod ex actionibus qualitatuum actiuarum consequitur anima sensibilis: et alie forme substantiales sed quod in eis ut in instrumentis manet virtus anime vel alterius substantialis forme: et ipsius celi: et ideo non oportet cum non agant in virtute sua tantum: quod ex actionibus earum nihil sequatur ultra earum speciem: quia ex motu instrumenti sequitur effectus sed rationes principalis agentis. Ad tertium dicendum quod supposito sicut fides nostras quod celi sit corpus inanimatum: nihilominus tamen ponimus quod motus eius sit ab aliqua substantia spiritali: sicut a motore: et cum motus sit actus motoris et mobilis oportet quod in motu non tantum relinquatur virtus corporalis ex parte mobilis: sed etiam virtus quedam spiritalis ex parte motoris: et quia motor est viuens nobilissima vita: ideo non est inconueniens: si motus celestis in quantum est in eo intentio: et virtus motoris per modum quo virtus agentis principalis est in instrumento est causa vite materialis qualis est per animam sensibiles et vegetabilem. Ad quartum dicendum quod quibus homo et equus in hoc conueniant quod est sensibile non tamen oportet quod anima sensibilis sit uniuersum rationis in homine et equo: quia homo et equus non sunt uniuersum animal in specie. unde in homine anima sensibilis est multo nobilior quam in aliis animalibus quantum ad principales actus: ut patet in actibus interioribus sensibus: et in operatione tactus qui est principalis sensus: in omni enim toto potestatio potentia inferiori superiori coniuncta perfectior inuenitur: et potestas prepositi multo excellentior est in rege: anima autem sensibilis per essentiam coniungitur anime rationali: et ideo totum est per creationem: sed tamen modus tra

Auctiois feminis est similis in homine et in aliis animalibus: quod in semine hominis est etiam virtus formativa sicut in aliis animalibus: sed quod actio illius virtutis est materialis ut dictum est: non potest actio eius pertingere ad essentiam immaterialem: sed tantum per virtutem huius virtutis primo consequitur conceptus vitam nutritivam: et postea vitam sensitivam. Sed quod ut Avicenna dicit in hoc processu sunt plurime generationes et corruptiones sicut quod semen convertitur in sanguinem: et sic deinceps quando venit ad secundam perfectionem: prima perfectio non manet eadem numero: sed acquiritur simul cum acquisitione secundae: et sic patet quod in infante et sione anime rationalis simul consistit in una essentia anime animam sensitivam et vegetativam: et priorum perfectiones non manent eodem numero. **C** Ad quod tu dicendum quod in animalibus generatis ex putrefactione virtus celi ut comen. dicit in septimo metha. supplet locum virtutis formativae in semine. huiusmodi enim animalia propter sui imperfectionem non requirunt tot ad sui generationem sicut animalia perfectiora in quibus oportet quod cum virtute celesti ad sit in semine virtus anime a patre derivata. est enim virtus celestis in omnibus corporibus inferioribus sicut virtus motoris in moto ut inducat unumquodque in speciem secundum materiam dispositionem: et haec virtutes celestes in elementis recepte vocantur a philosopho in .xvii. de animalibus virtutes anime quibus omnia elementa plena dicit eo quod huiusmodi virtutes sunt sufficientes ad animationem materiam si contingant ad aliquam completionem equalitatem. **C** Aut si de pedibus ad servitutes subicienda. **N**on videtur hoc esse verum per hoc quod dicitur Gene. iii. sub viri potestate eris. Et dicendum quod hoc in pena mulieris inobedientis inductum est. Vel dicendum quod non est sub potestate viri per modum servitutis sed per modum gubernationis. Ideo quod ponimus de illo .xc. **H**ec conclusio non sequitur cuius ratio in objectionibus dicta est. **S**ed scie miraculo. **H**ec similitudo etiam ad probandum eius propositum non valet et quod Augustinus eo modo multiplicationem illam factam dicit super Jo. sicut ex paucis granis educuntur mille segetes quod quidem per attractionem humoris a terra certum est fieri. Angelorum ministerio facta sit .xc. quod quidem ministerium esse potuit in separatione coelestis et in congregatione materiam ex cuius conditione corpus mulieris formatum est. **T**amen pro effectus diversos .xc. Et hoc est secundum quod dicuntur plures et decem sunt diversi respectus ad creaturas: ut supra in primo libro dictum est.

Di.

Decimanona.

De primo hominis statu ante peccatum. scilicet qualis fuerit secundum corpus et secundum animam.

**O**let queri plura de primo hominis statu ante peccatum. scilicet qualis fuerit homo priusquam peccaret et in corpore et in anima mortali an immortalis: passibilis: an impassibilis. **D**e termino inferioris vite: et de transitu ad superiorem: de modo propagationis filiorum:

et alia multa quae non inutiliter sciuntur: sed aliqui curiositate querant. **E**t priusquam ad animi qualitatem pertinere persequamur: de qualitate eius secundum corpus et modo propagationis filiorum: et per alios qui huiusmodi inspicimus. **P**rimus igitur homo secundum naturam corporis terreni: et immortalis fuit quodammodo secundum aliquid: quod potuit non mori. et mortalis quodammodo: quod potuit mori. **I**n illo namque primo statu habuit posse mori et posse non mori. et haec fuit prima humani corporis immortalitas. scilicet posse non mori. **I**n secundo vero statu per peccatum habuit posse mori et non posse non mori. quod in hoc statu moriendi est necessitas. **I**n tertio statum habebit posse non mori et non posse mori. quod ad illud statum pertinet moriendi in possibilitate. quod ex gratia erit: non ex natura. **I**n primo statu fuit corpus hominis aiale. id est egens alimoniam ciborum. **A**nde et homo factus est esse in animam viventem: non spirituale. id est in animam corpus sensibiliter: quod adhuc erat aiale: non spirituale. **Q**uod exibat cibis ut per animam viveret. **F**actus est igitur in animam viventem. id est vitam corpori dante: tamen per sustentamenta ciborum. et tunc erat corpus mortale et immortale. quia poterat mori et poterat non mori. **P**ost peccatum vero factum est mortuum: sicut dicit apostolus. **C**orpus propter peccatum mortuum est. id est necessitates moriendi in se habet. **I**n resurrectione vero erit spirituale. scilicet agile et cibis non egens et immortale: non sicut in statu primo tamen fuit. scilicet quod possit non mori: sed et quod non poterit mori. **U**n Augustinus super Genesim. apostolus ait. **C**orpus quidem mortuum est propter peccatum. **P**rius de limo terre formatum est corpus aiale non spirituale: cum quali resurgemus. et renouabimur a vetustate: non in corpus aiale quale fuit: sed in melius. id est spirituale: cum hoc mortale iduet immortalitatem: in quam mutandus erat **A**dā nisi si mortem corporis aialis peccando meruisset. **N**on enim ait apostolus. **C**orpus mortale est propter peccatum: sed mortuum. **I**llud enim ante peccatum mortale et immortale erat. quia poterat mori et non mori. **A**liud est autem non posse mori: aliud posse non mori. ideo factus est per peccatum non mortale: quod erat: sed mortuum. quod non fieret nisi peccaret. animal enim non est hoc corpus sicut primi hominis fuit. sed iam deterius est. habet enim necessitatem moriendi. **E**cce hic evidenter aperit Augustinus quod corpus hominis ante peccatum mortale et immortale fuit: sed non qualiter fuit in resurrectione. **D**e hoc eodem **B**eda super Genesim ait. **N**on est credendum ante peccatum ita fuisse mortua corpora nostra sicut modo. ait enim apostolus. **C**orpus propter peccatum mortuum est. sed licet fuissent



animalia nondum spūalia non tamen mortua: que. s. necesse esset mori.

Utrum immortalitas quam habuit ante peccatum esset in conditione nature: an ex gratie beneficio.

**O**let hic queri cum primus homo mortale & immortale corpus habuerit: vtrum ex conditione nature ipsius corporis habuerit vtrumque: an alterum beneficium esset gr̄e: scilicet immortalitas. i. posse non mori. Ad quod dici potest: quia alterum habebat in natura corporis. i. posse mori: alterum vero scilicet posse non mori erat ei ex ligno vite. s. ex dono gratie. Unde Aug. super Genesim. Quodammodo creatus est homo immortalis: quod erat, ei de ligno vite: non de conditione nature. Mortalis erat conditione corporis animalis: immortalis beneficio conditoris. Non enim mortale erat quod omnino mori non posset. quod non erit nisi ubi fuerit spirituale. Aperte dicit quod non ex natura: sed ex ligno vite habebat posse non mori. Propter hoc aliqui dicunt quod nisi illo ligno vteretur: non semper viveret quia peccaret. Peccaret enim si illo ligno non vteretur. quia preceptum erat ei ut comederet de omni ligno paradisi: nisi de ligno sciētie boni & mali. Sicut ergo peccauit comedendo quod erat prohibitum: ita etiam peccaret si non comederet quod erat iussum.

Si non foret preceptum ut de illo ligno ederet: & aliis & non illo vteretur: an posset non mori.

**E**d adhuc queritur si non esset preceptum ut de ligno vite ederet & aliis & non illo vteretur: nunquid posset non mori? Si semper viveret non vrens illo ligno: non erat ei ex illo ligno posse non mori. si vero non posset semper vivere: id erat ei ex illo ligno. Aliqui dicunt quod si non fuisset ei preceptum vesci de illo ligno & aliis & non illo vteretur: viveret semper: sic determinātes illud quod supra dixit Aug. s. erat ei de ligno vite: non de conditione nature tantum s. quasi non ex conditione nature solummodo erat ei: sed etiam ex ligno illo. Aliis autem videtur quod ex ligno vite erat ei posse non mori: non ex natura. Ideoque enim dicit potuisse non mori: quia poterat uti illo ligno: de quo edens non moreretur.

Questio Aug. quomodo immortalis factus sit homo.

De hac vero hominis immortalitate qualis fuerit: Aug. super Gene-

sim questionem mouens: sic ait. Queritur quomodo immortalis factus sit homo pre alijs animantibus: & quomodo cum illis comunem acceperit alimoniam. Sed alia est immortalitas carnis quam in Adam accepimus alia quam in resurrectione speramus per christum. Ille factus est homo immortalis ut posset non mori si non peccaret. moret autem si peccaret. Filii vero resurrectionis nec poterunt ultra peccare nec mori. Caro nostra non tunc egebit refectione ciborum: quia nulla poterit esse defectio. Caro Ade ante peccatum ita immortalis creata est: ut per alimoniam adiuta esset mortis & doloris expers. sic ergo immortalis & incorruptibilis condita est caro hominis: ut suam immortalitatem & incorruptionem per obseruantiam mandatorum dei custodiret. In quibus mandatis hoc continebat ut de illis lignis concessis manducaret: & ab interdicto abstineret. per horum edulium immortalitati dona conseruaret. donec corporalibus incrementis perductus ad etatem que conditori placeret multiplicaret progeniem ipso iubente sumeret de ligno vite. quo perfecte immortalis factus. cibi alimonia non ulterius requireret. Ecce his verbis videtur Aug. tradere quod caro primi hominis immortalitatem in se habuerit que per alimoniam ciborum conseruaret usque ad tempus sue translationis in melius quando de ligno vite comederet & fieret omnino immortalis ita ut non posset mori.

Quod ex predicti consequi videtur hominem de natura sue conditionis aliquo modo fuisse mortalem. sed non omnino fieret immortalis nisi si participato ligno vite.

**D**eo aliqui dicunt quod immortalitatem de natura habebat qua poterat non mori que aliorum lignorum esu poterat conseruari. sed non poterat consumari. nisi per assumptionem ligni vite. quod videtur Aug. sentire super Genesim dicens. Hoc quoque addo talem cibum illam arbozem prestitisse. quo corpus hominis stabili sanitate firmaret non sic ex alio cibo sed inspiratione salubritatis occulta. Hic innuere videtur quod cum alijs cibis possit corpus sustentari. hoc cibo indeficienti sanitate firmaret. Ex quo consequi videtur quod sic in natura sui habuit mortalitatem quandam. s. aptitudinem moriendi ita aliquam immortalitatem in natura sua habuerit. i. aptitudinem quandam: qua non poterat non mori cibis adiutus. sed si per prestitisset immortalitatis perfectio esset ei de ligno

vite. Sed qui hoc tradit quomodo superiora Aug. verba quibus dicitur quod erat immortalis ex ligno vite: huic sententiae non contradicant diligenter inquirant.

Olet etiam queri plura de primi hominis statu etc. Determinata superius institutione humane nature quantum ad utrumque sexus. Hic persequitur conditiones nature institute quantum ad primum statum sui. Dividitur autem in partes duas: In prima determinat ea que pertinent ad conservationem individui in esse per immortalitatem. In secunda ea que pertinent et ad multiplicationem speciei per generationem. etc. etc. ibi. Post hoc videndum est qualiter primi parentes etc. Prima in duas. In prima ostendit immortalitatem hominis quantum ad primum statum. In secunda inquit casum et modum eius. etc. Solet et hoc queri cum homo primus etc. Circa primum tria facit. Primo manifestat intentionem. Secundo proponit hominis immortalitatem. etc. ibi. Primus ergo homo secundum naturam corporis etc. Tertio manifestat differentiam illius primi statum ad duos status sequentes. etc. In primo statu fuit corpus hominis etc. Solet et hoc queri. Hic inquit causam immortalitatis et modum: utrum scilicet esset per gratiam vel per naturam. Et circa hoc tria facit. Primo movet questionem. Secundo determinat eam ex verbis Augustini. etc. ibi. Ad quod dicitur potest etc. Tertio inducit quorundam disceptationem super hac determinatione. etc. ibi propter hoc aliqui dicunt etc. Et circa hoc duo facit. Primo ponit quorundam opinionem qui simpliciter dicte determinationi adherent dicentes solam gratiam esse causam immortalitatis. In secunda obicit contrarium et ponit contrariam opinionem. etc. ibi. Sed adhuc queritur etc. Et circa hoc tria facit. Primo ponit obiectionem contra primam opinionem. Secundo ex hoc inducit opinionem contrariam. etc. ibi. Aliqui dicit etc. Tertio ponit quedam verba Augustini. etc. quibus secunda opinio firmamentum habere videtur. etc. ibi. De hac vero hominis immortalitate. Ubi prius verba Augustini ponit quantum ad potentiam immortalitatis exprimitur. Secundo ex his concludit eam opinionem ad quam firmandam aliam auctoritatem Augustini inducit. etc. ibi. Ideo alii dicunt etc. Hic quoque queruntur. Primo de immortalitate hominis secundum animam. Secundo utrum homo in statu innocentie fuerit immortalis secundum corpus. Tertio utrum fuerit impassibilis. Quarto supposito quod sic: utrum illa immortalitas et impassibilitas fuerit per naturam vel per gratiam. Quinto utrum illa immortalitas sit eadem cum immortalitate resurgentium.

De prima sic proceditur. videtur quod anima hominis corrupto corpore corrumpatur. Primo per hoc quod habetur ecclesiasticum. tertio: unus est interitus hominis: et iumentorum: sed iumenta simul in corpore et in anima intereunt. ergo videtur quod etiam homo. etc. Preterea differentie superiores participatur uniformiter ab hiis que conveniunt in aliquo inferiori: sicut omne animal equaliter se habet ut dicitur corporeus. sed incorruptibile et corruptibile sunt differentie entis. ergo eodem modo conveniunt omnibus que sunt in aliquo determinato genere: sed in omnibus animalibus accidit corruptio per hoc quod forma eorum in non ens secedit. ergo videtur quod similiter etiam in hominibus. etc. Preter-

rea quorumcumque est unum: esse non potest corrumpi unum sine corruptione alterius. cum corruptio sit mutatio de esse in esse. sed forme et materia est unum esse cum esse debeat compositum quod ex utroque resultat. ergo non potest esse corruptio materie sine corruptione forme: sed anima est forma corporis ut in secundo de anima habetur. ergo corrupto corpore etiam anima corrumpitur. Si dicatur quod anima est forma et substantia et post mortem non manet in quantum est forma: sed in quantum est substantia. Contra autem anima est forma per essentiam suam: aut per aliud quod accidens suum. Si primo modo. ergo cum unius rei non sint plures essentie: si anima post mortem non manet in quantum est forma essentie sua penitus annihilabitur. Si autem secundo modo: cum est anima et corpore. non constituitur unum quod est homo nisi in quantum anima est forma corporis sequetur quod homo sit ens per accidens: et non significet aliquid in predicamento substantie. quod est valde absurdum. ergo videtur quod post mortem nullo modo anima remaneat. etc. Preterea ut in primo celi et mundi probat philosophus impossibile est quod aliquid habeat virtutem ad essendum semper quod non semper fuit: quia virtus que est ad hoc ut sit semper determinatur ad tempus infinitum: et quod in tempore infinito potest esse non habet virtutem determinatam ad hoc ut quandoque sit et quandoque non sit. quod invenitur in omni eo quod esse cepit: sed anima rationalis non semper fuit quinimo cum corpore inceptit. ergo nec semper erit: sed cum corpore finietur. etc. Preterea cum nulla sit substantia sine propria operatione ut Damascenus dicit: impossibile est animam separari a corpore si in omni operatione sua indiget corpore: sed in intelligendo corpore indiget: quia non est intelligere sine fantasmate ut in primo et tertio de anima dicitur et huiusmodi intelligere corrumpitur corrupto corpore ut in primo de anima dicitur: de aliis etiam operationibus eius plantum est quod sine corpore non exercentur. ergo animam a corpore separatam remanere est impossibile. etc. Preterea omne quod est ex nihilo ut Damascenus dicit vertibile est in nihil: sed anima cum sit creatura ex nihilo est. ergo videtur quod in nihil vertibilis sit: et ita est corruptibilis. etc. In contrarium est quod dicit philosophus in secundo de anima quod reliquum genus anime scilicet intellectus separatur ab aliis partibus anime sicut perpetuum a corruptibili. Et in primo de anima quod intellectus videtur substantia quedam esse: et non corrumpi. non enim corrumpitur per se. cum etiam inferiores vires ut sensitive de quibus minus videtur debilitentur tantum ex in dispositione organorum: nec etiam per accidens. cum non sit forma super aliud delata: sed substantia quedam per se subsistens. etc. Preterea in. r. ethicorum philosophus probat felicitatem contemplativam activam digniorem esse: quod est dignior: sed felicitas activa extendit usque ad terminum huius corporalis vite. ergo contemplativa remanet et post hanc vitam: non autem in corpore. ergo in anima. etc. Preterea. ad deum pertinet habere curam et providentiam de omnibus que in mundo sunt: et precipue de hiis que circa homines geruntur: et precipue circa bonos et qui sunt deo similes ut habetur ex verbis philosophi. r. ethicorum quod homo sapiens est deo similis: et sibi amantissimus: sed non potest esse sine iniustitia provisoris et gubernantis ut mali non pu-

niantur et boni non premientur. Cum ergo iniustitia i-  
 deum cadere non possit: oportet omne malum puni-  
 ri: et omne bonum premiari. hoc autem in vita ista non  
 contingit: cum frequenter bona malis eveniant: et e-  
 converso. ergo videtur quod hoc erit post hanc vitam.  
**P**roterea. ut in tertio de anima philosophus di-  
 cit. anima est locus specierum: sed locus conservat lo-  
 catum. ergo si similitudo bona est: oportet quod in ani-  
 ma intellectiva de qua loquitur: species intelligibiles  
 conferentur. sed intellectus potest intelligere presen-  
 tibus intelligibilibus: sicut sensus sentire presentibus  
 sensibilibus. ergo anima potest per se in actum intelli-  
 gendi sine hoc quod aliquid a corpore accipiat. et ita vi-  
 detur quod sine corpore esse possit ex ratione quam Aristoteli-  
 tiles in principio de anima ponit: quod si anima habet  
 operationem propriam sine corpore est separabilis.  
**R**espondeo dicendo: quod circa hoc quatuor sunt po-  
 sitiones. Prima fuit antiquorum naturalium qui intel-  
 lectum a sensu non discernebant. unde sicut ope-  
 ratio sensus dependet a corpore: ita etiam ponebant  
 intellectus operationem ex corpore dependere et ani-  
 mam intellectivam consequi naturam corporalem. nisi  
 quidam ponebant animam esse ignem: quidam va-  
 pore: quidam armoniam: et sic de aliis secundum quantum tantum  
 sensus et motus animalium considerabant. et ideo secundum  
 eos necessarium fuit ponere animam post corpus non  
 remanere. Hanc autem opinionem Aristoteles sufficien-  
 ter infringit ostendens intellectum habere esse absolu-  
 tum non dependens a corpore: propter quod dicitur  
 non esse actus corporis. et ab autem. dicitur non esse for-  
 ma submersa in materia. et in libro de causis dicitur non  
 esse super corpus delata. huius autem probationis medium  
 sumit ex parte operationis eius. cum enim operatio non  
 possit esse nisi rei per se existentis: oportet illud quod per  
 se habet operationem absolutam: etiam esse absolutum per se  
 habere. operatio autem intellectus est ipsius absolu-  
 te sine hoc quod in hac operatione aliquod organum  
 corporale communicet: quod patet precipue ex tribus.  
**P**rimo: quod hec operatio est omnium formarum cor-  
 poralium sicut obiectorum. unde oportet illud principi-  
 um cuius est hec operatio ab omni forma corporali abso-  
 lutum esse. Secundo: quod intelligere est virtutum in organo  
 aut corporali recipi non possunt: nisi intentiones indi-  
 viduate. Tertio: quod intellectus intelligit se: quod non  
 contingit in aliqua virtute cuius operatio sit per or-  
 ganum corporale: et ratio est: quod si autem. et libro virtutis opan-  
 tis per organum corporale ostendit quod organum sit medium in-  
 ter ipsam et obiectum eius. Visus enim nihil cognoscit nisi  
 si illud cuius species potest fieri in pupilla. Auditus simi-  
 liter non percipit nisi quod potest imitare tympanum au-  
 ris: sic de ceteris sensibus. unde cum non sit possibile  
 ut organum corporale cadat medium inter virtutem ali-  
 quam et ipsam essentiam virtutis non erit possibile ut ali-  
 qua virtus operans mediante organo corporali cognoscat  
 seipsam. Et hec probatio tangitur in libro de causis in  
 illa propositione. Omnis sciens qui scit essentiam suam est  
 rediens ad essentiam suam reditione completa. Et di-  
 citur redire complete ad essentiam: ut ibi commen. expo-  
 nit: cuius essentia est fixa stans non super aliam delata.  
**E**t quibus omnibus patet quod anima intellectiva habet esse  
 absolutum non dependens ad corpus. unde corruptio  
 ex corpore non corrumpitur. Secunda fuit Pythagore  
 et platonis qui videntes incorruptionem anime er-  
 raverunt in hoc quod posuerunt animas de corpore in cor-  
 pus transire. Et hanc positionem improbat philosophus

in primo de anima ostendens quod anima est forma co-  
 poris et motus eius. oportet autem ut determinate fo-  
 rme determinata materia debeat: et determinate mo-  
 tori determinatum organum: sicut quilibet ars in age-  
 re utitur propriis instrumentis. unde hec anima non  
 potest esse forma et motor nisi huius corporis. Tertia  
 positio est eorum qui dicunt animam intellectivam secundum  
 quid corruptibilem esse et secundum quid incorruptibilem: quod si  
 hoc de anima est huic corpori proprium: corrumpitur  
 corrupto corpore: secundum autem id quod omnibus est commu-  
 ne incorruptibile est. Non enim intellectus esse  
 unum in substantia omnium: quidam agentem: et qui-  
 dam possibilem ut supra dictum est et hunc esse sub-  
 stantiam incorruptibilem: et in nobis non esse nisi san-  
 ctam et illustratam lumine intellectus agentis et mo-  
 ventia intellectum possibilem: quibus intelligentes  
 sumus secundum quod per ea continuamur intellectui separa-  
 to: ex quo sequitur: quod si id quod est proprium deseritur  
 tantum coram et remanente quod ex omnibus animabus huma-  
 nis una tantum substantia remaneat dissolutis corporibus.  
**H**ec autem positio quibus rationibus innitur et quo im-  
 probari possit. supra dictum est. et vii. di. Quarta po-  
 sitio est quam fides nostra tenet quod anima intellectiva sit sub-  
 stantia non dependens ex corpore: et quod sint plures intel-  
 lective substantie secundum corpus multitudinem: et quod destru-  
 ctis corporibus remanent separate non in alia corpora tra-  
 sferuntur: sed in resurrectione idem corpus numero quod deposuit  
 rat unaquodque assumat. **A**d primam ergo dicitur: **S**alo-  
 mon ibi loquitur more condonatoris assumens in se di-  
 versos hominum sensus et sapientiam et stultitiam ut in fine  
 omnium appareat que sit veritas sententia. unde pelu-  
 dit quod si animam preterens dicens sine loquendi oes pari-  
 ter audiamus. **E**t hoc est unum ex illis quod ab eo in per-  
 sona stultorum inducunt. **A**d secundam dicitur quod corrup-  
 tio invenitur in omnibus corruptibilibus secundum unam  
 rationem communem quantum ad id quod per se cor-  
 ruptioni convenit: sed non quantum ad id quod accidit  
 ei. cum enim corruptio sit proprie compositi transmu-  
 tatio de esse in non esse hoc per se ad corruptionem  
 pertinet ut compositum esse desinat. et quia compo-  
 situm habet esse ex coniunctione forme ad materia:  
 ideo divisio forme a tali materia invenitur in quali-  
 bet corruptione. sed quod forma in nihil cedat vel non:  
 hoc corruptioni accidit ex ratione propria huius forme  
 vel illius. si enim sit forma talis cuius esse sit ab-  
 solutum et non dependens: in cuius esse participati-  
 onem materia adducitur ex hoc quod perficitur tali for-  
 ma contingit: ut ex defectu materie compositum huius  
 modi esse amittat secundum hoc quod iproportionata ad ipsius  
 efficitur. et tamen ipsa forma remanet in suo esse: et  
 sic destructio est compositi forma remanente. si ve-  
 ro forma non habeat esse absolutum in quo subsistat  
 sed sit per esse compositi: tunc ex quo compositum de-  
 finit esse: oportet quod forma etiam esse amittat: et per  
 accidens corrumpatur. **A**d tertium dicendum:  
 quod sicut dicit commentator in tertio de anima. intel-  
 ctus non eodem modo dicitur forma cum aliis for-  
 mis materialibus quod quantum ad hoc dico ve-  
 rum esse: licet ipse aliud intendat quod anima cum ha-  
 beat esse absolutum ut eius operatio ostendit non ha-  
 bet esse per esse compositi quoniam ponimus compositum  
 per esse eius. et ideo corrupto corpore non cor-  
 rumpitur per accidens anima: sicut alie forme que  
 non sunt nisi per esse compositi nec aliquam ope-  
 rationem habent nisi mediante materia.

**C** Ad quartum ddm: q anima rōnalis preter alias formas dicit esse substantia: et hoc aliquid fm q h3 esse absolutum: et quod dicitur q anima potest dupliciter considerari. scilicet fm q est substantia et fm q est forma non est intelligendum qstus ad diversa que i ipa sunt quasi aliud sit essentia sua et aliud ipam esse formam: ut sic esse formam accidat sibi: sicut color cor: et porri: sed distinctio accipitur fm eius diversam considerationem. non enim ex hoc q est forma h3 q post corpus remaneat: sed ex hoc q habet esse absolutus: ut substantia subsistens: sicut etiam homo non habet q intelligat ex hoc q est animal: sed ex hoc q est rationalis: qstus utrumq sit sibi essentiale. **C** Ad quintum ddm q ex ratione illa non plus probatur qd hoc. scilicet q id quod habet virtutem ad hoc ut sit semper dñi habet illam virtutem non terminat esse suum ad ali. quod tempus ante vel post: quasi non potuerit p hanc virtutem plusq certo tempore durasse. et hoc etiam in anima verum est: qz per virtutem quaz modo habet: potuisset per mille milia annorum durasse. sed qz hanc virtutem a se non habet: sed ab alio tñc ex hac virtute incepit sua duratio quando hec virtus data est sibi. **C** Ad sextum dicendum: q intelligere cū ali quo vñ sine aliquo dicitur dupliciter. vel hoc modo q illud etiam intelligitur esse particeps operationis sicut organum virtutis visive simul cum virtute visiva videt: quia videre est compositi: et sic intellectus omnino sine corpore intelligit. quia hec operatio nō perficitur mediante organo corporali: vel ita q illud sit obiectum operationis: sicut visus non potest videre sine colore. et hoc modo etiam intellectus in statu viē non potest intelligere sine fantasmate quod se habet ad intellectū: sicut color ad visum: ut phis in tertio de anima dicit. Et ex hoc nō ostenditur q anima intellectiva habeat esse dependens ad corpus: quia operatio egrediatur ab ipsa absolute. sed post mortē alius modum intelligendi habebit: de quo loc⁹ erit inquirendi in fine quarti. **C** Ad septimum ddm q veritabilitas in nihil: nihil aliud ponit in creatura q dependentiam esse eius ad principium a quo esse habet adeo q si influentia ei⁹ cessaret quelibet creatura esse desisteret. sed ex hoc non potest creatura corruptibilis dici: ut in primo libro dictum est: distinctione octava.

**D** secundum sic procedit. ut q homo in primo statu habet necessitatem moriendi. fm corpus. Quicquid enim sequitur ex necessitate materie: est necessarium necessitate absoluta: ut in secundo phis. habet. sed corruptio compositi ex contrariis sequitur ex necessitate materie. ergo corpus hominis qd ex contrariis compositum erat simpliciter et absolute erat necesse corrumpi. **C** Preterea: qd est corruptibile fm partem: est etiā fm totū dissolubile. sed corpus hominis in primo statu fm aliquam partem dissolubile erat als cibo non vteretur precipue: qz ē formatus in perfecta quantitate: cum nutrimentū sit ad restaurationē deperditi. ergo videtur q etiā totum corpus dissolubile foret. **C** Preterea. ut in quinto methaphysice dicitur. necessitas cibi est de illis sine quibus non potest esse vita. sed homo in primo statu habebat vitam cibis indigentem: ut in littera dicitur. ergo sine cibis vivere non potuisset. et ita videtur q quantum in se erat necessitatem mortis haberet. **C** Preterea. ea que differunt fm genus non sunt transmutabilia inuicē. scilicet corruptibile et incorruptibile

sunt hominū: ut in primo methaphysice dicitur. ergo non potest esse ut homo qui nunc est corruptibilis prius fuerit incorruptibilis. **C** Preterea. mortale est una de differentiis constitutivis hominis. scilicet ut in octavo methaphysice dicitur. qualibet differentia apposita vel amota fit alia species: sicut etiam numeris per additionem et subtractionem unitatis. ergo si homo ante peccatum fuisset immortalis: fuisset alterius speciei: quod est inconueniens. **C** Sed contra. Apostolo. Ro. vi. dicit. Stipendia peccati mors. ergo homo ante peccatum mortuus non fuisset. Idem potest haberi ex hoc q dicitur sap. iii. Deus mortem non fecit: sed impii etc. **C** Preterea. pena non precedit culpam: sed mors ē maxima penarum. unde a philosopho finis terribilium dicitur in tertio ethicorum. ergo ante peccatum mortuus non fuisset. **C** Respondeo ddm. q ut ex secundo phisicorum habetur. Ea que sunt ad finem instituta sunt fm rationem finis: ut patet precipue in artificia libus. cum ergo homo institutus esset ad finem beatitudinis excedentis omnem facultatem humane nature: oportuit q in ipsa sui institutione aliquid sibi collatum fuerit supra facultates principiorum naturalium. et principis autem naturalibus esse perpetuum habere non potest: cum ex contrariis componatur: qd ē causa corruptionis in rebus cum forma materiam perficiat fm eius capacitatem. unde hoc sibi supra conditionem nature sue collatum fuit. ut anima que in tali nobilem finem ordinabatur fm potestatem suā supra communem nature ordinem quo materia recipit esse fm sui conditionem esse perpetuum materie dicatur. Et qz hec pās anime sup corpus consequebat ex ordinatione eius in finē non poterat impediri eius effectus nisi per deordinationē ei⁹ a fine que sine peccato esse non poterat. et qz peccare poterat lib. arbi. non dum i iustitia confirmato poterat impediri eius effectus ut morte esse perpetuum interciperet. et ideo quodammodo erat mortalis inquantū poterat mori: et quodammodo immortalis inquantū poterat nō mori. Sed potentia moriendi nō poterat reduci statim in actū nisi pcedēte imutatione aie fm actum peccati. id simpliciter ddm. erat homo i statu illo immortalis et mortalis nō nisi fm qd. scilicet si peccaret. qz ut in primo methaphysice dicitur. illud dicitur simpliciter esse in potentia ad aliqd qd potest statim reduci in actum vno motore: sicut non dicitur q ex terra possit fieri statua: sed ex cupro: qstus ex terra fiat cuprū. **C** Ad primū ergo ddm: q ratio illa pcederet si compositum esse recepisset fm conditionē materie et nō fm partem forme cui⁹ esse perpetuum est. et hoc idē aie in principio super cōtes nature cursū colorū ē. **C** Ad secundū ddm q qdā dñt q nulla dissolutio vel deperditio scā fuisset i corpore adeo et cib⁹ ab eo non sumebat ad restaurationē deperditi. scilicet ptra hūc defectū cōem oi creature qui ē veritabilitas in nihil. Sed hoc ridiculū vñ: q fm hoc ē corpora celestia cibis indigerēt. et ēt icorprece suostatie nec ptra hūc defectū per cibos subueniē: ut vel tollet deperditia sui eē p cibis vel saltē minuāt. irrationabile at ē q indigneret ppter defectū aliqñ ppter quē illi defectui subueniri non possit. et id ddm. est q cib⁹ sumebat ad restaurationē deperditi et ad augmentū corporis in qstitate perfecta et ad multiplicationē spēi per viā seminale fm q nutritiva augmentatiue et vegetatiue deferuere dicitur. et id oportet ponere q aliqua particularis deperditio in corpore adeo fieret. non tamen poterat subsequi dissolutio in toto propter virtutez regitiam corporis:

que erat ex parte anime vt dictū est: sicut etiā in partibus mundi contingit elemētōrū in partib<sup>9</sup> corruptiōne fieri. non autem in toto contingit elemēta corrupti ex eo q<sup>d</sup> inferiorū corporū ordo virtute superiorū pseruatur. **C** Ad tertiu<sup>m</sup> dōm: q<sup>d</sup> si Adam non comedisset moreretur: nec tamē mori poterat ante peccatum: q<sup>d</sup> hoc ipm qd erat non comedere tpe terminato fuisset sibi peccatū: tūz q<sup>d</sup> erat contra pceptū diuinū<sup>9</sup> p<sup>r</sup>mulgatu<sup>9</sup>: quo pceptūz erat sibi vt d<sup>o</sup> omni ligno paradisi comederet. **Sen. ii.** tūz q<sup>d</sup> non existente pcepto foret contra lege<sup>9</sup> naturaliter in<sup>o</sup>fitāz. tēpus autēz terminatūz comedendi non per experientiam de secus cognouisset: sed iudicio rationis. **C** Ad quartū dōz: q<sup>d</sup> ipossibile est q<sup>d</sup> de corporali in incorporeale transmutatio fiat vel econuersio: si sumatur vt opposita. i. supra eadem pncipia fundata. In corruptibilitate autēz illa quaz p<sup>r</sup>im<sup>9</sup> homo habuit non fuit in pncipis nature fundata: sed in virtute anime diuinitus concessa. 7 ideo quando nature sue derelictus ē mortez quaz in natura sua habebat: necesse fuit in actum erire: que quide<sup>9</sup> dicte imortalitati opposita nō erat. **Ande** patet responsio ad quintūz. q<sup>d</sup> illa imortalitas pncipia nature in quib<sup>9</sup> consistit mortalitas nō tollebat. vnde nulla differentia constitutiuā diminiuitur dicebatur enī: hō tunc mortalis: p<sup>r</sup>out mortale ē differentia eius secundūz q<sup>d</sup> ex pditione nature sue mortem habuit.

**T**ertiu<sup>m</sup> sic proceditur. videtur q<sup>d</sup> corpus a. **A**de fuerit passibile. Sentire enīz s<sup>m</sup> philo sophūz quoddāz pati est: sed Adā habuit corpus sensibile: ergo 7 passibile. **P**reterea: corpora superiora sunt causa motuū in inferiorib<sup>9</sup> corporib<sup>9</sup> sed corp<sup>9</sup> ade aliquo modo mutabile erat ad min<sup>9</sup> s<sup>m</sup> augmentū. ergo erat receptiuū ipressionū superiorūz corp<sup>9</sup>. sed recipere ipressionē agentis ē pati. ergo habuit corp<sup>9</sup> passibile. **P**re. somn<sup>9</sup> est passio q<sup>d</sup> dāz 7 imobilitate organoz sensibiliū: vt philo soph<sup>9</sup> ostendit. sed Adam in p<sup>r</sup>io statu dormiuisset. **Ande** **Sen. ii.** imissus i eo sopor a domino d<sup>o</sup>. ergo corpus passibile habebat. **P**reterea. augmentū sine alteratione esse non potest: nec alteratio sine passione vt in p<sup>r</sup>io de generatione dicit. s<sup>m</sup> corpus Ade erat augmentabile: ergo 7 alterabile 7 passibile. **P**reterea. oē molle obuians duro o<sup>9</sup> q<sup>d</sup> cedat sibi. sed ada<sup>9</sup> habuit i carne sua mollicie. q<sup>d</sup> ab aliquo corpe duro vt se curi secari potuisset. Sicut ē viri vt vt ab excellēti calido: 7 sic de oib<sup>9</sup> aliis passibilib<sup>9</sup> icorpalib<sup>9</sup>. **S**z p<sup>r</sup>tra. ois passio magis facta abicit a substantia: vt dicit p<sup>r</sup>ph<sup>9</sup>. sed qd abicit a substantia ē via in corruptionē. q<sup>d</sup> cū corp<sup>9</sup> ade fuerit icorruptibile: nō potuit sil<sup>9</sup> eē passibile. **P**re. cūz sepe patiens sit ignobilis agente passio. n. aliq<sup>9</sup> defectūz iportat in patiēte. s<sup>m</sup> corp<sup>9</sup> ade nulli defectui subici poterat. ergo passibile non erat. **R**espondeo dōz. q<sup>d</sup> pati di<sup>9</sup> dupli. vno mō coiter. alio mō. p<sup>r</sup>rie. coiter dicit pati q<sup>d</sup> quid recipit aliquid quocūq<sup>9</sup> mō. 7 sic cū oē recipiens careat co qd recipit: 7 sit in potentia ad illud. 7 eōuerso oē qd est in potentia ad aliquid sit receptiuū alicui<sup>9</sup> a tali passibilitate nihil absoluit: nisi illud qo est aer<sup>9</sup> pur<sup>9</sup>. i. deus. ois enīz creatura passibilis dici potest s<sup>m</sup> q<sup>d</sup> alicui<sup>9</sup> perfectionis recepiibilis est. Sed q<sup>d</sup> illd qd perfectionez recipit: non. p<sup>r</sup>rie dicit passūz vel alteratūz: sed magis perfectūz: vt in. vii. ph<sup>r</sup>icoz dicitur. ideo p<sup>r</sup>rie dicit pati s<sup>m</sup> q<sup>d</sup> passio sequit alterationez qua aliquid transmutatur ab eo quod est sibi

s<sup>m</sup> naturāz: sicut si aqua calefiat vel aer inspissetur 7 si corpus animalis infirmetur: non autēz si sanetur. **P**rimo ergo modo accepta passio: corpus ade passibile erat. sed secundo mō accepta: tunc dicendūz ē corpus eius fuisse passibile s<sup>m</sup> quid. i. si peccaret 7 i<sup>9</sup> passibile simpliciter: sicut de mortali 7 imortali dictū est. **C** Ad primūz ergo dōz q<sup>d</sup> duplex est passio. vna que sequitur actionem nature: quādo. i. species agētis recipitur in patiente secundūz esse materiale: si 7 cut quando aqua calefit ab igne. **A**lia que sequit actionem que est per modūz anime: quando. i. species agentis recipitur in patiente secundūz esse spirituale: vt intentio quedam: secundūz quēz modū res habet esse in anima: sicut species lapidis recipitur i pupilla. 7 talis passio semper est ad perfectionem patientis. vnde talem passionem non excludim<sup>9</sup> a corpore ade. **C** Ad secundūz dicendūz: q<sup>d</sup> cūz mor<sup>9</sup> su 7 periorum corporum sit vt vita quedam: nō existentibus omnibus: vt in octauo ph<sup>r</sup>icoz dicit. passio illa secundūz quaz corpora inferiora superiorum impressionez recipiunt: est ad perfectionez 7 conseruationem eorum. vnde nec etiam talis passio a corpore ade excluditur. **C** Ad tertium dicendūz q<sup>d</sup> secundūz quosdāz homo in primo statu non dormiuisset. sed q<sup>d</sup> hoc ratione vel auctoritate firmari non potest: p<sup>r</sup>obabilius videtur: vt erquo vitam animalem habebat ea que tales vitaz consequuntur sibi non deessēt. Somnus autēz quādoq<sup>9</sup> conuenit ex causa naturali: sicut ex vaporazione alimenti vel ex humiditate cerebri: vt in prima etate: 7 sic videtur vitaz de causa potuisse esse somnum in primo statu. quādoque vero ex causa innaturali: sicut ex labore aut egritudine ne: 7 sic non fuisset ibi somnus. Somnus enim quantum in se est: est passio ad perfectionem totius animalis pertinens: eo q<sup>d</sup> in somno intenduntur virtutes naturales: 7 quietantur virtutes animales: vt postmodum fortiores sint in actibus suis. **C** Ad quartū dicendūz: q<sup>d</sup> in augmento est alteratio eius qd additur: q<sup>d</sup> conuertitur in substantiam eius quod auget: non autem oportet q<sup>d</sup> sit alteratio eius cui additur: p<sup>r</sup>quam a perfectione nature sue transmutatur. 7 hoc quod augetur est illud cui additur alimentum. vnde ex augmento non potest concludi passibilitas corporis augmentari. **C** Ad quintum dōm: q<sup>d</sup> quis caro Ade mollis esset 7 diuisibilis tamen per pudentiā suā continebatur a tali passione duz sibi a nociuis cauebat: quod si non faceret peccaret. sed p diuinā pudentiā ab oi violentia cōseruabatur. illesus.

**Q**uartū sic pceditur. videtur q<sup>d</sup> p naturam a. hō in primo statu erat ipassibilis 7 imortalis. **E**iūsdē enī est infundere 7 continuare vitam sed aia naturaliter vitā corpori infundit. ergo ē natural<sup>9</sup> i ppetuū vitā in corpore p<sup>r</sup>tinuasset. **P**re. vt dicit Aug. xii. sup De. 7 p<sup>r</sup>ph<sup>9</sup> i. iiii. d aia. **A**gēs est nobili<sup>9</sup> patiēte. s<sup>m</sup> corp<sup>9</sup> ade nobilissimū corporū erat. q<sup>d</sup> a nullo corpe pati poterat vt corrupere<sup>9</sup> etiā s<sup>m</sup> cōditionē nature sue. **P**re. corruptio cōtingit i corporibus mixtis: ex hoc q<sup>d</sup> aliquod elementorum p<sup>r</sup>dominans armoniam mixtionis dissoluit. sed corpus ade erat temperatissimum. ergo videtur q<sup>d</sup> non poterat ibi sequi corruptio naturalis per excessum alicuius contrarii. **P**reterea. corruptio naturalis animalium contingit ex consumptione humoris naturalis. sed in corpore ade si aliquid deperdebatur poterat per cibum assumptum restaurari:

precipue cum ipse quantitatem deperdit et virtutes cibi assumpti cognosceret: et in edendo modum conseruaret. ergo videtur quod nunquam naturaliter corruptus fuisset. Preterea, illa dicimus naturaliter euenire que ex rationibus seminalibus rebus iditis consequuntur. sed per virtutem ligni vite immortalitate consecutus fuisset: vt in littera dicitur. ergo videtur cum lignum illud esset corpus naturale quod naturaliter vitam conseruare potuisset. Sed contra est: quod Dionisius dicit in quarto capi. de diu. nomi. quod data naturalia demones per peccatum non perdidit sed homo non amplius quam demon peccauit. ergo si immortalitatem naturaliter habuisset eam nullatenus amisisset. Preterea, dicitur consequuntur ex principiis essentialibus speciei: sed mortale est differentia hominis. ergo ex naturalibus principiis homo habet quod sit mortalis. cum ergo natura speciei eadem sit ante peccatum et post: videtur quod ante peccatum etiam naturaliter mortalis erat. Respondeo dicendo quod immortalitas illa et impassibilitas quam homo habuit in primo statu non inerit sibi ex suis principiis nature vt dictum est: sed ex beneficio conditoris. vnde naturalis proprie dici non potest. nisi forte naturale dicatur omne illud quod natura incipiens accepit. sed contra multiplices modos corruptionis et causas: pluribus remediis a corruptione conseruabatur. Est enim quadruplex modus quo corpora animalium corrumpuntur. Primus est qui communiter inuenitur in omnibus generabilibus et corruptibilibus ex hoc quod res materiales habent virtutem finitam ad eundem. vnde oportet quod omnes certo periodo corruptantur: vt in secundo de generatione dicitur. Secundus est communis omnibus corporibus mixtis ex casu inordinato alicuius contrariorum. Et contra. vtrumque illorum defectum subueniebatur homini per quandam virtutem anime collatam ad hoc vt secundum conditionem suam materiam perficeret: vt sicut ipsa anima habet esse indeficiens: ita indeficiens esse corpori tribueret et perpetuam equalitatem complectionis. Tertius modus corruptiois proprius habent corpora animata: sicut et proprium modum generationis ex hoc. scilicet quod calor qui est instrumentum anime humidus consumit in quo est vita. et contra hunc defectum subueniebatur sibi duplici beneficio: quod per esum aliorum lignorum paradisi restaurabatur continua deperditio facta in corpore: sicut etiam in nobis fit per cibos quibus vtimur. sed quod illud quod ex nutrimento conuertitur: non est adeo perfecte subsistens virtuti speciei: sicut quod prius ierat: eo quod virtutes naturales semper debilitantur in agendo: ideo in nobis oportet quod in fine sequatur diminutio quando virtus speciei adeo debilitatur: propter mixturem extranei: quod non potest fieri tanta restauratio quanta fit consumptio et sic in fine oportet consumptionem esse: vt philosophus in primo de generatione dicit: et ponit exemplum de vino cui semper admiscetur aqua: quod tandem aquo sum fit. Sed ad hoc subueniebat ei lignum vite: cuius virtute diuinitus concessa alimentum assumptum in perfectam assimilationem adducebatur. propter quod et a quibusdam dicitur: quod ad restorationem huius radicalis deperditio conferebat. Quartus autem modus corruptionis est per violentiam ab aliquo extrinseco agente. sicut per incisionem gladii: vel adustionem ignis: et huiusmodi. Et ab hoc modo corruptionis conseruabat hominem ille sum diuina prouidentia: per

quam decretum erat vt nullum nocumentum homo pateret in corpore: nisi prius a mentis innocentia deus afflet. Ad primum ergo dicitur: quod anime non est naturale infundere vitam: nisi tali corpori. scilicet quod est sic complectio et organizatum. et manente tali dispositione corporis vita continuatur ab anima. sed hac non est possibile semper durare secundum potestatem inferioris nature. vnde non oportet quod immortalitas sit naturalis. Ad secundum dicitur: quod impossibile est aliquid mixtum esse in quo non predominet alterum contrariorum multis de causis. Primo: cum nature elementares se habeant quasi materialiter ad formam mixti non possent mixtum consequi vnam formam simpliciter: nisi elementa aggregarentur in vnum hoc modo: quod vnum sit formale et predominans. Secundo: quod ad mixturem erigitur elementorum alteratio quam esse non contingeret si ponerentur eorum equaliter virtutes: oportet enim quod virtus alterantis virtutem alterati excedat. Tertio: quod nullum locum naturalem haberet si nullum elementum in eo dominaretur: et ita nec motum naturalem in quo deficeret a proprietate corporis naturalis. Quarto: quia in animalibus specialiter calor est instrumentum anime: vt in secundo de anima dicitur. vnde oportet calorem predominari. et sic oportet in quolibet mixto tandem sequatur corruptio. Ad tertium dicitur: quod nihil prohibet illud quod est nobilissimum simpliciter esse minus nobile sed aliquid: sicut caro humana quam quod est natura sue speciei nobilior est gladio. tamen secundum proprietatem duri et mollis: est ignobilior: quod durum noiat potentiam naturalem respectu illius rei: cuius molle in potentiam ducit. et eodem modo est ignobilior quam ignis cum habeat in potentia calorem quem ignis habet actu. actus vero semper potentia est nobilior. et ideo contingit corpus nobilissimum ab ignobiliori pati secundum naturam vt corpus animalis ab igne. Ad quartum dicitur: quod illud quod ex nutrimento in carne conuertitur semper efficitur minus ac minus habet de virtute speciei: tum quod virtus naturalis ex actione debilitatur: eo quod agens simul patitur: vt in vi. phys. dicitur: tum quod perfectius recipit virtutes speciei quam se generat: quam quod generat per amixturem ad alterum: sicut vinum quod generat in vite virtuosius est quam hoc quod aliquid generat ex aditione aque transumpte in vinum: ex cuius etiam amixturene totum vinum debilitatur. tum etiam quod omnis virtus quanto plus est unita tanto efficacior est ad agendum. et quanto materia magis multiplicat: tanto calor naturalis magis diffundit. vnde est minus potens ad conuertendum: sicut etiam in libro de animalibus dicit philosophus quod animalia que habent magnum corpus sunt timida: quod calor in magno corde est dispersus et in paruo congregatus: ideo in puero tamen de alimento conuertitur: quod sufficit non solum ad restorationem deperditio: sed etiam ad augmentum. sed postea conuertitur solum hoc quod ad restorationem deperditio sufficit. tandem vero non tamen natura potest conuertere quantum debet perditur. vnde oportet sequatur diminutio et tandem corruptio. Et ideo per virtutem naturalem hoc non potest contingere: vt per sumptionem cibi vita hominis perpetuo conseruaretur. Ad quintum dicitur: quod lignum vite non erat principalis causa immortalitatis sed coadiuuans ad continuationem vite modo predeterminedato. et ideo immortalitas non est iudicanda naturalis propter virtutem ligni vite. sed magis gratuita propter virtutem anime super naturam collatam quam principalis causa immortalitatis erat. Et preterea. in rebus viuicibus non dicitur aliquid naturale nisi quod ex principio intrinseco sequitur: quibus est per actionem quarundam rerum naturalium extrinsecus agitur aliquid in eis efficiat: vt patet in questione et aliis similibus.

Quintū sic proceditur. videtur q̄ immortalitas Ade non sit eadez cū immortalitate resurgentiū. Primo per hoc q̄ Augusti. dicit q̄ alia est immortalitas quam in Adam perdidim⁹ ⁊ alia quam per xpm̄ in resurrectione speramus. C. Idē. de eodē in idēz nō est aliqua transmutatio: sed infra dicitur q̄ si adam peritisset transferendus erat de immortalitate quam hēbat in spiritualē vitam. ergo immortalitas spiritualis qualis est resurgentiū nō ē eadem cū immortalitate ade. C. Idē. impassibilitas resurgentiū est quedam ipsorū dos. sed adāz in primo statu dotem nō habuit: cūz dos non debeat nisi ei qui traducitur in domum celestis sponsi per modum sponse. ergo ⁊c. C. Idē. ea que causantur ex diuersis principiis oꝝ ē diuersa. sed immortalitas ade cābatur ex innocētie gratia. immortalitas autē resurgentiū causabitur ex bitu glorie in beatis. ergo nō eadē immortalitas est vtrobiqz. C. S3 p̄tra immortalitas corporis consequitur libertatē arbitrii s̄m eius diuersū statuz. sed in eibus statibus ē eadē libertas arbitrii. ergo eadē ē immortalitas corporis in primo ⁊ vltimo resurgentiū statu. C. Idē. vna ⁊ eadē potētia est que p̄a⁹ disposita est ⁊ postmodū efficiē necessitas. sed corp⁹ hominis i p̄mo statu erat imortale: q̄si s3 potētia disposita t̄m: eo q̄ poterat mori ⁊ nō mori. i vltimo vero statu erit imortale s̄m potētia q̄ ē necessitas ad vitam q̄ impōse erit mori. ergo ē vna ⁊ eadē immortalitas. C. Respondeo. dō. q̄ immortalitas dicit potētia quādam ad semp viuendū ⁊ nō moriendū. hec autē potētia i natura hūana ex pte corporis nō inuenit nisi imperfecta q̄si potētia obediētie t̄m: eo q̄ p̄ principia nostre vite sēpiteritas h̄i nō pōt. s3 p̄pletū h̄ potētie ē ex aliquo diuino munere gratis collato. sic ergo immortalitas dupliciter considerari pōt. vel q̄tū ad potētia incompletā naturalē: ⁊ sic est vna ⁊ eadem immortalitas: sicut vna ⁊ eadem natura. vel quantum ad munus gratie: qd̄ ē quasi formale complens dictā potētia. ⁊ sic inuenit differentia vtriusqz immortalitatis ⁊ impassibilitatis. qz p̄ma fuit p̄ gratiā innocētie. vltima vero erit p̄ donū glorie. In p̄mo emz statu talis erit victoria aie sup corp⁹: vt nihil in corpore fieri posset qd̄ aie aduersaret. sed i vltimo statu amplior erit victoria: in hoc q̄ pprietates aie quodā mō i corp⁹ reddū dabunt: vt corp⁹ agile ⁊ lucidū ⁊ spirituale efficiat ⁊ impassibile. Et p̄ hoc p3 r̄sio ad vtrā qz partē. In p̄mo statu fuit corp⁹ hois ⁊c. videt q̄ tale ēt erit in tertio statu cū al gen⁹ hois sit ⁊ semper de hoie predicet. Et dōm: q̄ differt aial: ⁊ aiale q̄tū ad nois significatiōe: qz aial nominat naturā generis q̄ a specie nūqz remouetur: vñ semper hō dicef aial. s3 animale dicit aliqd̄ denoiatum ex natura animalis. cū autē denominatio pprie sit ab eo qd̄ ē formale ⁊ p̄fectiuū rei: illi t̄m animale esse p̄petit in quo pprietates aialis q̄tū ad aliqd̄ dominant. Ide autē sūt i qbus hō cū aliis aialibus puenit. ⁊ iō qui brutales motus sequitur. i. passioēs sensitiue partis aialis hō ab Alpb d̄. i. Cor. ii. qz ergo in primo statu hoiem oportebat occupari circa opera nutritiue ⁊ generatiue sine quib⁹ vitā p̄seruare nō poterat. iō aialem vitāz dicebatur habere. Corpus p̄pter peccatum mortuum ⁊c. videtur hoc esse falsum ⁊ expositio insufficientis q̄ adiungitur: qz quod in futurum necessarium est: nō dum tamen dicitur esse factuz. ergo ⁊ si ex peccato necessitatem mortis homo incurrat: non tamen corpus eius mortuum dici debet. Et dōm s̄m quosdāz: q̄ ho

mo post peccatum est in continuo actu deficiendi vsqz ad mortem secundum q̄ dicitur sapientie quinto. Continuo nati definiuntur esse: ⁊ ideo statim homo mortuus potest dici. Sed hoc videtur redire in opinionem Eracliti qui ponebat omnia moueri semper volebat enim omnem transmutationem que in longo tempore contingit: puta augmenti diuidere secundum omnes particulas temporis: vt in qualibz parte temporis esset assignare aliam partem motus: si / cut est in motu locali: qui solus proprie ⁊ vere continuus est: vt in octauo phisicorum commentator dicit: ⁊ hoc satis a philosophis improbat. C. Idē. rea. si ē impossibile q̄ duo motus cōtrarii sint cōtinui vnde cum generatio ⁊ corruptio sint contraria: oportet inter tempus generationis ⁊ corruptionis eiusdē rei esse aliquod tempus in quo non corrumpitur nec generatur. C. Et p̄terea. adhuc non deberet dici mortuum sed mori. Et ideo aliter dōm est q̄ expositio Augustini est sufficiens: vt. s. ex hoc mortuū dicitur: qz necessitatem mortis habet: quod est in futurum necessarium. ⁊ si nondum sit in actu in seipso: est tamen iam determinatū in causa sua vt quodāmodo possit dici esse. vnde ⁊ de ortu luminariū ⁊ occasu ⁊ eclypsis sunt demonstrationes vt de his que sunt semper: qz causas determinatas habent quas nō p̄tingit aliquomodo deficere. Unde dicit Aug. ii. sup Gen. q̄ hoc mō dicitur corp⁹ hominis p̄ peccatū mortuus sicut a medicis homo infirm⁹ desperat⁹ propter impossibilitatē euadēdi dicif mortu⁹. Qd̄ autē dicif prius nati ⁊c. nō est intelligendū q̄si trāsmutatio corruptio nis hois sit toto tpe vite ei⁹ actu. s3 vel hoc dicif p̄pter breuitatē vite: qd̄. n. pax ē q̄si nihil esse videtur vt dicitur in scdo phisicorū. vel qz dies ad vitā determinati a deo p̄tinuo labuntur. Qderat ei de ligno ⁊c. videtur q̄ hoc dictum redeat in fabulas antiquorum quas p̄bus deridet ⁊ improbat in tertio metha. qui dicebant deos qui gustauerunt de quodam cibo factos esse immortales: alios autem remansisse mortales. Sed dicendum q̄ non est sile: quia illi fabulose toram causam immortalitatis cibo conferebant. Aug. vero nō intēdit q̄ lignū vite ēēt p̄ncipalis causa immortalitatis. s3 qdā ad immortalitē coadiuuās vt dictū ē. Nō q̄ posset nō mori ⁊c. Ad hui⁹ qōnis solutionē sciēdum q̄ si p̄ceptū exteri⁹ nō accepissz tamen iterior ratio dicitur terminato tempore cibum sumendū ēt. ⁊ ideo si cibū nō assumpsisset tam de illo ligno q̄ de aliis contra legem naturalē fecisset. et ideo peccasset ⁊ mortuus fecisset.

### Distinctio vigesima

De mō procreationis filioꝝ si nō peccassent: ⁊ quales nascerentur filii.

**Q**st hoc videndum est qualiter primi parētes

**p** si nō peccassent filios procreassent: ⁊ quales ipsi filii nascerentur. Quidā putāt ad gignendos

filios primos homines in paradiso misceri nō potuisse nisi post peccatū dicētes cōcubitu sine corruptione vel macula non posse fieri. s3 an p̄ctū: nec corruptio nec macula hoie ēē poterat: qm̄ ex p̄cto hec p̄secuta sūt. ad qd̄

dicendum est q̄ si non peccassent primi ho-  
mines sine omni peccato ⁊ macula in paradi-  
so carnali copula conuenissent. ⁊ est ibi tho-  
rus immaculatus ⁊ mixtio sine concupiscen-  
tia atq; genitalibus membris sicut ceteris i-  
parent vt ibi nullum motum illicitum senti-  
rent. ⁊ sicut alia mēbra corporis aliis admo-  
uemus. vt manum orī sine ardore libidinis.  
ita genitalibus vterentur mēbris sine aliquo  
pruritu carnis. Hic enī letalis egritudo mē-  
bris humanis ex peccato inbesit. Genuiffēs  
itaq; filios in paradiso per coitum imaculatū  
⁊ sine corruptione. Unde Aug. super Gen.  
Cur non credamus primos homines ante  
peccatum genitalibus membris ad procrea-  
tionem imperare potuisse. sicut ceteris i quo  
libet opere sine voluptatis pruritu vtuntur.  
Incredibile enim non est deum talia fecisse  
illa corpora: vt si non peccassent illis mēbris  
sicut pedibus imperarentur: nec cum ardore  
seminarent vel cum dolore parerēt. sed post  
peccatum motum illum meruerūt quem nup-  
tie ordinant continentia cohibet. Infirmitas  
enim prona in ruīnam turpitudinis excipi-  
tur honestate nuptiali: ⁊ quod sanis officiu  
ē: egrotis est in remedium. Emissi quidem  
de paradiso conuenerunt ⁊ genuerūt. sed po-  
tuerunt in paradiso eis eē nuptie honorabi-  
les ⁊ thorus immaculatus sine ardore libidi-  
nis: sine dolore pariendi.

Quare in paradiso non coierunt duobus  
modis soluit.

Ar ergo non coierunt in paradiso.

Quia creata muliere mox transgres-  
sio facta est: ⁊ electi sunt de paradiso.  
vel quia nondum iusserat vt coirēt ⁊ poterat  
diuina expectari auctoritas: vbi concupiscē-  
tia non augebat. Deus vero non iusserat: qz  
casum eoz presciebat: de quibus homo pro-  
pagandus erat. Ecce expresse habes de mo-  
do pcreationis filiorum.

Determinatio illius inferioris vite vtruz  
nati filii per successiones an simul omnes tras-  
ferendi fuissent.

Termino vero temporis quo trans-  
ferentur ad spiritualem celestemq; vi-  
tam: certum aliquid scriptura nō tra-  
dit. ⁊ ideo ambiguum est: vtrum parentes ge-  
nitis filius perfectaq; humani officii iustitia  
ad meliorem status transferentur non p mor-  
tem sed per aliquam mutationem. An patres  
in aliquo statu vite manerent ligno vite ven-  
tes donec filii ad eundem statum peruenirēt.  
⁊ sic impleto numero omnes simul ad melio-

ra transferentur vt essent sicut facti angeli dei  
in celis. De quo Augu. ambigue differit su-  
per Genesim ita inquit. Potuerunt pri-  
mi homines in paradiso filios gignere: nō vt  
morientibus patribus succederent filii: sed i  
aliquo forme statu manentibus: ⁊ de ligno  
vite vigorem sumentibus: ⁊ filii ad eundem  
perducerentur statum: donec impleto nume-  
ro sine morte animalia corpora in aliaz qua-  
litate transirent in qua omnino regenti spi-  
ritu deseruirent: ⁊ solo spiritu viuificante si-  
ne corporeis alimentis viuerent. Vel potue-  
runt parentes filiis cedere: vt per successiones  
numerus impleteretur. Qui genitis filiis pfe-  
ctaq; humani officii iustitia ad meliora trans-  
ferentur: non per mortem sed per aliquā mu-  
tationem. Ecce hic habemus de transitu ho-  
minis ad meliora. sed incertum nobis relin-  
quitur vtrum simul transferentur: an per suc-  
cessiones.

Quales procreassent filios vtrum pfectaz  
staturam ⁊ vsus membrorum habētes qua-  
lis primus homo fuit conditus.

Verò queritur quales si non peccas-  
set homo filios genuisset. vtrum vide-  
licet sicut ipse primus homo fm sta-  
turam corporis ⁊ vsus membrorum perfect⁹  
mox conditus extitit: ita etiam eius filii i ipso  
natiuitatis exordio perfecti existerēt: qui am-  
bulare: ⁊ loqui: ⁊ cetera cūcta facere possent.  
Responderi potest q̄ filios paruulos nasci  
opportebat ppter materni vteri necessitates.  
Sed vtrum mox nati perfectionem stature ⁊  
membrorum vsuz haberēt: an paruuli ⁊ i mi-  
nori etate constituti vti possent membrorum  
officiis: an per intervalla temporum eo mo-  
do quo nūc fit: perfectionē stature ⁊ vsuz mē-  
brorum recepturi essent: de auctoritatib⁹ dif-  
finitum non habemus: Et super hoc Aug.  
ambigue loquitur. Adouet nos inquit si pri-  
mi homines non peccassent: vtrum tales fili-  
os eēt habituri: qui nec lingua nec manib⁹  
vterentur. Nam propter vteri necessitatē for-  
te necesse erat paruulos nasci. s̄ quis exigua  
pars corporis sit costa: non tamen propter  
hoc paruulam viro coniugem fecit. Unde et  
eius filios poterat omnipotentia creatoris  
mox natos grandes facere. Sed vt hic omit-  
tam: poterat certe eis prestare qd multis ani-  
malibus prestitit: quozū pulli quīs sint par-  
uuli: tamen mox vt nascuntur currunt ⁊ ma-  
tres sequuntur. e contra homini nato nec ad  
incessum pedes idonei sunt: nec manus saltē  
ad scalpendum habiles: ⁊ iuxta se māmīs po-



fitis nascentes: magis possunt esurientes flere quod surgere. proprie vero infirmitati mentis congruit hec infirmitas carnis. His verbis videtur insinuari quod filii etiam paruuli officiis membrorum valerent vti.

Quibusdam non absurde placuit quod filii paruuli nascerentur et per accessum temporis in statura et in aliis sicut nunc proficerent: quod non esset vicio imputandum.

Et cum Aug. sub assertionem de his nihil tradat: non irrationabiliter quibusdam placuit primoque parentum filios nascituros paruulos: ac deinde per intervalia temporum eadem lege qua et nunc natiuitatem humanam ordinatam cernimus: stature incrementum et usus membrorum recepturos: ut in illis expectaretur etas ad ambulandum et loquendum sicut modo in nobis. quod vtiq; non est vicio deputandum: sed conditioni nature: sicut a cibo non penitus abstinere valebant. nec tamen illud erat ex vicio: sed ex natura conditionis. Ad hoc autem opponitur ita: si non peccarent nec morerentur. sed non peccarent si non comederent. Propter hoc terant ergo sine alimonia viuere. Ceterum sicut supra diximus non solum peccaret si de ligno vetito ederent: sed et si concessis non vterentur. quia sicut erat ei preceptum non illo ligno vesci ita aliis vesci. Propterea contra naturalem rationem facerent qua intelligebant de illis esse edendum: quod et naturaliter appetebant. Item opponit: cum fames sit pena peccati: si non peccarent famem non sentirent: sed sine fame superfluum videretur comedere. Unde putant quidam eos cibis non indignis ante peccatum. quia non poterant esurire si non peccassent. Ad quod dici potest quod fames vere defectus est et pena peccati. Est enim imoderatus appetitus edendi: cui non subiactisset homo si non peccasset: sed proculdubio peccaret nisi hunc defectum cibo preueniret: habebat enim naturalem appetitum et moderatum: cui ita satisfaciendum erat ne defectum famis sentiret. sicut ergo non ex vicio: sed ex nature conditione erat: quod ante peccatum homo cibis indigebat: ita non ex vicio esset. sed de natura: si hominis conditio in principio suo. id est in primo parente a perfecto ichoata in subsequenti propagatione a modico ad maiora proficeret. ut scilicet per intervalla temporum stature corpore incrementa usumque membrorum susciperet.

Utrum sicut statura corporis ita et sensu mentis paruuli nascerentur: et per accessum temporis proficeret in sensu et notitia veritatis: an mox nati in his essent perfecti.

T cum de corpore humano non sit absurdum vel inconueniens hoc existimare: queri solet: vtrum de sensu anime et cognitione veritatis eodem modo sentientum sit: ut scilicet hi qui sine peccato nascerentur: sensu et intelligentia mentis imperfecti existerent et per accessum temporis in his proficerent usque ad perfectionem: an mox conditi perfectionem sensus et cognitionis perciperent. Illi qui sentiunt paruulos natos in statura corporis et usu membrorum per accessum temporis profecturos: non dissentent eosdem in eorum ordio natiuitatis sensu imperfectos existere et per intervallum temporis in sensu et cognitione proficere usque ad perfectum. Ad quod quidam opponunt dicentes. Si mox nati non haberent perfectionem sensus et intelligentie ignorantia in eis esset. ignorantia autem peccati est pena. Sed qui hoc dicunt non satis diligenter considerant: quia non omnis qui aliquid nescit: vel minus aliquid perfecte scit statim ignorantiam habere siue ignorans est dicendus est. quia ignorantia non dicitur nisi si cum id quod sciri et non ignorari debet nescitur: talisque ignorantia pena peccati est: cuius mens vicio obscuratur ne cognoscere valeat ea que scire deberet.

De hominis translatione in meliorem statum et de duobus bonis altero hic dato altero promisso.

Alis erat hominis institutio a peccatum secundum corporis conditionem De hoc autem statu transferendus erat cum vniuersa posteritate sua ad maiorem dignioremque statum: ut celesti et eterno bono in celis sibi parato fruereetur. Sicut enim ex duplici natura compactus est homo. ita illi duo bona conditor a principio preparauit. Unum temporale: alterum eternum. Unum visibile: alterum inuisibile. Unum carni: alterum spiritui. Et quia primum est quod est animale: deinde quod spirituale est. temporale ac visibile bonum prius dedit. Inuisibile autem et eternum promisit et meritis querendum proposuit. Ad illius autem concordiam quod dederat: et ad illud merendum quod promiserat: naturali rationi in creatione anime hominis indite qua poterat inter bonum et malum discernere: preceptum addidit obedientie: per cuius obseruantiam datum non perderet: et promissum obtineret: ut per meritum veniret ad premium.

Ost hoc videndum est qualiter primi pa-  
 rentes etc. Postq̄ magister determinavit  
 de immortalitate. Adde per quas esse indi-  
 vidui perpetuum conservabatur. Hic de-  
 terminat de generatione filiorum per quā  
 species multiplicantur in individuis. Dividitur au-  
 tem in partes duas. In prima determinat ea que p-  
 tinent ad statum generationis. In secunda ostendit  
 in quem statum post hoc transferendus erat. ibi. Ta-  
 lis erat hominis institutio etc. Prima dividitur i du-  
 as. In prima determinat conditionem generationis  
 ex parte generantis. In secunda determinat quali-  
 tatem generatorum. ibi. Si vero quare quales si nō  
 peccassent etc. Circa primū tria facit. Primo ostē-  
 dit modum generationis: quia per concubitum sine  
 pruritu libidinis. Secundo ostendit generatiōis p-  
 cipium: quia non in paradiso coniuncti sunt ante pec-  
 catum ad generationem. ibi. Cur ergo i paradiso etc.  
 Tertio inquitur generatiōis terminum. ibi. De ter-  
 mino vero temporis etc. Si vero quare etc. Hic in-  
 quirat qualitatē generatorū. Et primo q̄tum ad cor-  
 pus. Secundo q̄tum ad animas. ibi. Et cur de corpo-  
 re humano etc. Circa primū duo facit. Primo de-  
 terminat qualitatem natorum in primo statu. Secū-  
 do mouet quasdam obiectiones ibi. Ad h̄ opponit etc.  
 Circa primū tria facit. Primo mouet questionē.  
 Secundo ostendit eas esse dubitabile ex verbis Au-  
 gustini. ibi. Et super hoc Augu. ambigue loquitur.  
 Tertio determinat ipsas p̄sentēdo i alterā pte. ibi.  
 S3 cur Aug. etc. Ad h̄ at oppo- etc. Hic mouet obie-  
 ctōes q̄ determinata. Et p̄io ostēdo q̄ comestione  
 non indigebant. Secundo q̄ cibum non sumebant:  
 q̄ superfluum non fuisset. ibi. Item opponitur etc. Et  
 vtriusq̄ patet solutio i littera. Et est de corpore hu-  
 mano etc. Hic ostendit qualitates natorū ex parte a-  
 nime. Et circa hoc tria facit. Primo mouet questio-  
 nem. Secundo determinat eas. ibi. Illi qui sentiunt  
 etc. In tertio mouet obiectionem in contrarium: q̄ sol-  
 uit. ibi. Ad quod quidam opponunt etc. Hic querun-  
 tur duo. Primo de generatione primorum parentū.  
 Secundo de qualitate natorum. Circa primū que-  
 runtur duo. Primo an generatio fuisset in primo sta-  
 tu. Secundo quis modus generationis fuisset.

De primū sic proceditur. videtur q̄ in statu  
 innocentię generatio non fuisset. Generatio  
 enī non est nisi ad multiplicatiōem indiuidu-  
 orum. sed sicut dicit Dam. Poterat deus gen<sup>o</sup> hoc  
 .s. humanū sine generatione multiplicare. cur ergo  
 via compendiosior semper eligenda sit: videt q̄ ge-  
 neratio non fuisset. C Preterea. s̄m philosophum  
 omne generabile est corruptibile: et eoduerso: vt pro-  
 bat in primo ce. 7 m̄. sed corpora humana i p̄io sta-  
 tu erant incorruptibilia. ergo videtur q̄ per genera-  
 tiōem in esse non producerentur. C Prete. finis ge-  
 neratiōis vt philosophus in secūdo de anima ostē-  
 dit: ē vt id quod non potest conservari in esse perpe-  
 tuo idēz in numero perpetuetur in esse s3 idē in sp̄e.  
 sed corp<sup>o</sup> humanū s̄m idē in nūero in p̄petua vita cō-  
 seruari potuisset in statu innocentię. ergo videt q̄ ge-  
 neratio nō fuisset. cū in operatōib<sup>o</sup> dei nihil sit frustra  
 Preterea. corpus que sūt idē in specie: est etiam vnus  
 modis originis. sed primi parentes non sūt produ-  
 cti in esse per generatiōem naturalem sed p̄ operatiō-  
 nem diuinā. ergo et eoz posteritas sine generatiōe na-  
 turali propaganda esset. C Sed contra est qd̄ dici

tur Gen. primo. Crescite et multiplicamini et reple-  
 te terram. sed imperium ad aliquos factum non est:  
 nisi de actibus quorum ipsi sunt causa. ergo multipli-  
 cationis humani generis primi parētes naturali ge-  
 neratōe causa fuissent. C Preterea. imago diuinita-  
 tis in hoīe per innocentiam nullo diminuta fuisset.  
 sed in hoc quodammodo homo diuine imaginis sili-  
 tudinem gerit: q̄ oīum sui generis principū est. ergo  
 in statu innocentię per generatiōem naturalem p̄ci-  
 pius fuisset posterior. C Respondeo dō. q̄ per pecca-  
 tum natura sp̄e variata non est. vnde quęcunq̄ ad p-  
 fectionem humane speciei pertinent: oportet homi-  
 ni in statu innocentię attribueri. In omnibus autem  
 per naturam in generabilibus et corruptibilibus ad p-  
 fectionem pertinet vt vnūquodq̄ tale alterum face-  
 re possit quale ipsum est: vt in quarto methauroz di-  
 cit philosoph<sup>o</sup>. et ideo oportet in natura humana po-  
 nere aliquem statum naturalis generatiōis: etiam  
 si in ea nunq̄ peccatum fuisset: q̄ est status innocen-  
 tię p̄iūs q̄ homines transferendi erant in statu glo-  
 rię: vbi omnino generatiōis cessat officium: vt dici-  
 tur Matthei. xiii. in resurrectione neq̄ nubent neq̄  
 nubentur. C Ad primū ergo dōm: q̄ q̄uis deus po-  
 tuisset sine operatione alicuius naturalis principū hu-  
 manū genus multiplicare: tamen hoc magis con-  
 gruum ex ordine sue sapientię decreuit: vt reb<sup>o</sup> om-  
 nibus operationes p̄prie conferret: in quibus earum  
 perfectio consistit. q̄ tanto in eis diuina bonitas ma-  
 gis relucet q̄to res perfectiores sunt. C Ad secū-  
 dum dōm: q̄ corpus humanū q̄uis in statu innocen-  
 tię fuerit incorruptibile per gratiam innocentię: erat  
 tamen corruptibile per naturam. et ideo naturali vir-  
 tute ad generandum non p̄uabatur. quia r̄si quodā  
 modo immortalis esset vt posset non mori. alio t̄m  
 modo mortalis erat. q̄ poterat etiā mori. C Ad ter-  
 tiū dōm: q̄ oīne perpetuum est per se intentum i na-  
 tura. vnde s̄m q̄ aliqua se habent ad perpetuitatem  
 hoc modo sunt de intentione nature. Quędam igitur  
 sunt que non habent perpetuitatem nisi ratione spe-  
 ciei: et in his multiplicatio indiuiduorum non est per  
 se intenta a natura: sed per accidens: prout. s. in tali  
 multiplicatiōe speciei perpetuitas conservatur. vñ  
 in his non est generatio: nisi vt conservetur idem vñ  
 speciem: quod s̄m numerum idem conservari non po-  
 rest. in hominibus autem secus est. q̄ q̄tū ad aliquā  
 partem sui. s. animam in corruptionem habent etiam  
 s̄m naturam. et ideo hominum multiplicatio est p̄ se  
 intenta etiam sine hoc q̄ ad conservatiōem speciei  
 pertinet. C Ad quartum dōm: q̄ in primis operib<sup>o</sup>  
 natura instituenda erat. et ideo oportebat illa opera  
 immediate a principio supernaturali esse. sed postmo-  
 dum natura instituta in proprios effectus per natu-  
 ralem operatiōem peruenire poterat. et hoc de per-  
 fectione ipsius erat.

De secundo sic proceditur. videtur q̄ in p̄-  
 mo statu non fuisset generatio per coitū. Nō  
 enim pōt esse coitus sine virginitatis corrup-  
 tiōne. sed indecens erat in primo statu virginitatis  
 corrupcionem fuisse: quando humana natura omni-  
 no integra erat et nulla dignitate p̄uāda. ergo vide-  
 tur q̄ non fuisset ibi generatio per coitum. C Prete-  
 rea. in meliori natura maior est delectatio: q̄ et ma-  
 ior consensus conuenientis cum conuenienti et quo  
 causatur delectatio. sed natura humana in primo sta-  
 tu purior erat q̄ post peccatum. cum ergo post pec

eatuz delectatio que est in coitu ppter suam magnitudinem vsu rationis absorbeat: videtur q̄ multo to amplius in statu innocentie fuisset: et ita fuisset perueritas ordinis in partibus anime quam originalis iustitia non patiebatur. Si dicatur q̄ ratio poterat illam delectationem comprimere. Contra. generatiua et nutritiua potentia et augmentatiua ad eandem partez anim e reducuntur: qz sunt potentie vegetabilis anime. sed ratio imperare non poterat nutritiue et augmentatiue: vt sine cibo homo nutriri et augeri posset: ergo nec generatiue: vt delectatio actus eius conueniens remitteretur. **C** Preterea generatio que est per coitum completur per ascensionem feminis: sed in corporibus naturalibus decisio est inductiua corruptionis. ergo cum corpus humanum in p̄io statu incorruptibile foret talis generationis modus ibi esse non poterat. **C** Preterea. fm̄ philosophum in .xv. de animalibus: Semen est superfluum alimentis. sed omnis superfluitas nutrimenti assumpti inordinati attestatur que in primo statu esse non poterat: ergo nec talis generationis modus. **C** Preterea. alie superfluitates alimenti: vt egestiones vrine: et huiusmodi vt videtur i primo statu non fuisset cum turpitudinem quandam habeant que sine p̄ca esse non potest. ergo cum eadem sit ratio de vno superfluo et de aliis: videtur q̄ nec generatio per feminis decisionem ibi fuisset. euz semen semper sit superfluum vt dictum est. **C** Sed contra est quod dicitur Gene. primo. mas. et fe. creauit eos. sed distinctio sexuum est ordinata in animalibus ad generationem que est per coitum. ergo talis modus generationis ibi fuisset. **C** Preterea. fm̄ id quod commune est non attenditur aliquorum differentia. sed in virtute generatiua homo conuenit cum aliis animalibus. ergo cum in animalibus perfectis quibus perfectio est homo: sit generatio per coitum: videtur q̄ etiam hominibus talis modus generationis connaturalis sit. **C** Respondeo dicendo: q̄ ad quilibet generationem oportet duo concurrere. scilz agens quod iducit formam et patiens qd̄ offert materiam nec h̄ duo in idē reducuntur: cum nihil patiatur vel moueatur a seipso in hominibus enim viuētibz perfectis in quibus est sexus distinctio femina se habet vt patiens et materiam ministrans et mas se habet vt agens: et ad formam inducens: vt in .xv. de animalibus dicitur. vñ non poterat cōpleri generatio humana nisi per coniunctionem maris et femine: ppter qd̄ mulier in adiutorium viri facta dicitur. Gen. ii. **C** Ad primū ergo dōm: q̄ ad perfectionem virginis duo cōcurrunt. scilz integritas carnis cū integritate mētis: quoz alterum. scilz integritas carnis cum integritate mentis honorabilius est reliquum virginis essentialius. dōm ergo q̄ in omni cōcubitu soluitur virginitas q̄tum ad integritatem carnis etiam in primo statu. scilz integritatem mentis contingit solui dupliciter. vñ q̄tum ad habitum et sic soluitur per illicitum concubium qui tollit habitum castitatis. vel quantum ad actum. et sic in statu post peccatum soluitur etiaz per cōcubium matrimoniale: eo q̄ ppter vehementiam delectationis ratio in ipso actu absorbetur. In primo vero statu neutro modo integritas mentis soluta fuisset. sed sola integritas carnis cui preponderasset fecunditas prolis. **C** Ad secundum dicendum: q̄ quāritas alicuius pot attendi dupliciter vel absolute. vel fm̄ propo:tionem. dōm ergo q̄ absolute loquēdo ma-

ior delectatio coitus fuisset in primo statu q̄ etia mo do sit. sed secundum proportionem ad rationem fuisset multo minor: qz ratio in suo actu fortiter persistēs delectationi penitus dominaretur. et ideo non fuisset superabundans vel feruens delectatio: sicut modo est: quia fm̄ philosophum in secdo ethicozum abundātia et defectus in operibus humanis sumitur fm̄ proportionem vt aliquis cibus est moderatus vñ q̄ eēt superfluus alteri. **C** Ad tertium dōm: q̄ potētie anime vegetabilis in actibus p̄p̄is non obediunt rationi: vt in primo ethicozum dicitur. sed quidam actus sunt sensitue partis vel motiue ordinati ad actus vegetatiue. et isti actus subiacent rationis imperio. delectatio autem non est per se ad generationem perti nens: sed ad sensitiuam. qz fm̄ diffinitionem Platonis: delectatio est generatio sensibilis in natura. i. nature conueniens. **C** Ad quartum dōm: q̄ emissio feminis non est per decisionem alicuius quod fuerit in actu pars: qz sic corumpet et nō h̄ret virtutē speciei. vt in .xv. de animalibus dicitur: sed est p̄ quandam resolutionē cuiusdā humiditatis. p̄p̄in quissime ad vltimā p̄uersionē que non est actu pars sed potentia totum. vnde per hoc nihil corporis h̄iani corumpēbat.

**C** Ad quintū dōm: q̄ sicut p̄bs dicit in .xv. de animalibus. Semē est superfluum quo indiget: qz superfluo de eo quod per actum nutritiue in substantia mēbrozū cōuertit. vñ superfluum dicitur: et tñ indiget eo ad generationem. vñ tale superfluum inordinatā cibi sumptio nē nō dicitur: tñ .n. hō ordinate d̄ cibo sumere poterat q̄tū necessariū erat ad actū nutritiue: augmētatiue et generatiue. **C** Ad sextū dōm q̄ quedā superfluitates sūt que attestant defectui nature: vt putredines: sudores: et huiusmodi. tales superfluitates in p̄mo statu eē nō poterāt. qd̄ vero superfluitates nature perfectionē ostendūt: sicut semē et egestiones: et huiusmodi: q̄ fm̄ cursū naturalē sūt: tanto meli⁹ q̄to robusti⁹ or: natura fuerit. vnde etia ad virtutē naturalē reducūt. scilz expulsiua. tales superfluitates in primo statu fuissent l̄ absqz omni seditate.

Et circa h̄ querūtur tria. Primo quales fuissent secundum corpus. Secūdo quales fuisset fm̄ intellectū i cognitionē veritatis. Tertio quales fuisset fm̄ affectionē in amore virtutis.

**C** Ad primū sic p̄cedit. videt q̄ hoies in statu innocentie statim nati omnem perfectionē corporis habuissent: et q̄tū ad virtutē: et q̄tū ad naturā et q̄tū ad seruum. Sicut enī p̄bs dicit in .xvi. de animalibus. mulier est vir occasionatus. illd̄ autē occasionatū dicitur: qd̄ nō est p̄ se inētum: s̄ ex aliqua corruptione vel defectu pueniens. Lū ergo in primo statu nullus defectus naturalis operatōis fuisset: videtur q̄ omnes nati fuissent in perfecto seruo. scilz virili.

**C** Preterea. agens perfectum inducit similitudinē suam in patiente nisi sit defectus ex parte recipiētis. s̄ i gnatioe hoium semē maris ē agēs: et sāguis mulieris ē materia et patiens. cū ḡ er neutra parte i statu innocentie aliqs defectus fuisset: vñ q̄ semper. ples i similitudinē p̄ris pducta fuisset i seruo virili. **C** Pre. magis dī fiat lim⁹ terre ab h̄iano corpore: q̄ materia a muliere administrata ad formationē cōceptus i naturali generatione. sed p̄m⁹ hō de limo terre format⁹ statim i perfecta q̄titate et virtute mēbrozū pduct⁹ est. ḡ multo fortius filii qui ex eo nascerent. **C** Pre. Augu. dicit in l̄ra: q̄ infirmitas carnis q̄ est i puris p̄gruit i: mitatu

virginitati  
q̄ essentiali  
integritas  
mētis sit  
honorabilis

mētis. s; i statu inocētie nulla fuisset mētis infirmitas. ergo nec in tali infirmitate carnis pueri nati forent.

**C** **P**re. oīum aialium nobilissimū ē hō. s; quozūda; aīalium filii naturalr statim nati officia mēbroz hnt. ergo defecit q; i pueris nūc videtur accidere: nō est naturalis: sed ex pctō inducitur. ergo an peccatū nō fuisset. Sed h. oīs virt' materialis multiplicata mā roborat. s; m debita pportione: q; in maiori q̄ntitate maior ē virt'. s; pueros oportebat paruulos nasci. ppter materni vteri necessitatē: vt i lra dicit. q; oportuit vt eoz virt' motua q̄ malis est iperfecta eēt. **P**re. in pueris o; expectari tps ad generandū quousq; ppletur tps augmenti: q̄s diu. n. ē augmētū in suo vigore: sicut i duob' primis septēniis gñatiua op' suū nō h; q; digestio ppleta nō ē vt semē debito mō maturari possit. tū ē q; qd residuū ē ab opere nutritiue cedit i vsum augmētatiue. s; sicut generatiue deseruiunt q̄ clam mēbra: ita et aliis aīe viribus. ergo et per eandē rōnem nec alioz mēbroz vñ habuiss;: ad quoz act' erigit aliquoz mēbroz fortificatio et ppletio. **P**re. dō. q; in hoīs vita est qdā circulatio: eo q; a defectu incipit in statu debite perfectōis deueniens ex quo itez i defectū terminat. vñ et incipiū hoīs qdā effectus psequuntur in pueritia: et filii finē i senectute. hō at an pctū et si vite termino caruiss;: tamē hūisset vite incipiū per naturatē. vñ hos defect' qui ordinatur ad vite terminū: vt egritudines et defect' seniles nō hūisset. defect' aut illos q; principū originis cōsequit' nihil phibet eū hūisse: vt magister in lra dicit nec hoc fuisset ei in penā: q; ex hoc nullū incōmodū sentiret diuina pudentiā eū gubernāte. Quidā vero dnt alr inentes verbis Augu. q; in lra ponunt. Sed cū augu. de his nihil asserat vt in lra dī: pbabili' s; hincib; illd qd naturalis cursus h; vbi scripture auctoritas nō repugnat. Ad p̄mū ergo dōm: q; q̄uis mulier sit pter intentionē nature particularis q; agit in hoc semine itendēs. plem adducere in perfectam silitudinē generatōis nō tū ē pter intentionē nature vñ sicut nec corruptio: q; sine semina nō poss; eē gñatio: vt peperuitas sp̄i saluare ē. et iō ē p diuinā pudentiā ad officū generatōis mulieres aliquas nasci oportebat et ineq̄li nūero cū viris vt vna vni' eēt.

Ad scōs dōs: q; gñatio mulieris ptingit: vt i. r. viii. de aialibus dicit ex hoc q; semen viri nō pōt vincere sup materiā mlieris: vt digerat ipam vltima digestione et imperfectū serū adducat. h' mōi at ipotētie cā pōt eē triplex. vna ē ex defectu natural' pncipiū agentis cū semine: q; calor ē diminit' i seie ppter ei' i digestione. vñ an tertiu septēniū: vt pbs dicit viri vt i plib' feminas gñant. et talis cā nō multū fuiss; i pmo statu: q; tps in quo ē pfecta gñatio nō anticiparet. Alia cā est ex vte imaginatiua quā sequūt ēt virtutes corporales: sicut p; q; ad imaginē alie' terribilis torū corp' cōcutit et tremet: et ita videm' q; filii frequetē nascunt filies illis quos parētes imaginant i actu cōceptōis. sicut et Hiero. narrat de quadā muliere que peperit filiu' ppter hoc q; in tpe coit' vidit imaginē nigrā. et talis cā gñationis femine potuit eē in statu inocētie: vt filii nascerent in hoc vel in illo serū s; m volūtatē parentū: et precipue ppter magnam obedientiā corp'is ad aīam in statu illo. Tertia cā est ex alio pncipio extrinsecō: q; parua imutatio vt pbs dicit in. r. viii. de aialib' vñ vti. vel tps vñ huiusmodi serus variationē facit. Unde dicit q; exptus est apud pastores: q; qū stat vent' septētrionalis con-

cipiūt mares. et qū stat meridionalis p̄cipiunt femine. ppter abūdantiā humiditatis. Et ēt si in tēpore coitus aspiciat ad partē septētrionalē vel meridionalē sequit' etiā dicta diuersitas: vt frequēter et talis casual' potuit esse in statu illo. **C** Ad tertiu dōm: q; corp' primi hoīs formatū est vte diuina: cui' est statim ad perfectū adducere cū voluerit: s; ppagatio filioz fuisset per virtutē nature: cui' nō est subito operari. et iō p successiōes tēporū i vltimā perfectōis statu ples perducta fuisset. **C** Ad q̄rtuz dōm: q; infirmitas carnis nunc in pueris duo cōplectit'. s. defectū vñs mēbroz: et hoc pgruit naturali infirmitati mētis in quantum adhuc non peruenit ad vltimū complemētum scientie vel virtutis: qd etiam in primo statu esse potuit. cōplectit' etiā quadam penā in esurie et sicut. et talis infirmitas pgruit infirmitati culpe. vñ neutru' horum in pmo statu fuisset. s. nec pena nec culpa. Ad quintū dōm: q; hoc ē ex nobili pplexione hoīs q; defectum talē in pueritia p̄ quibusda aialib' patit. q; enī ē mollis pplexio: iō mēbra puerilia ex sui mollicie sūt in potētia ad suos actus exercendos et etiam propter humiditatē abūdantē in pueritia: qd contungit in hominibus p̄ quibusda animalibus: tū ex magnitudine cerebri qd homo mai' p̄ aliis aialibus h; s; m pportio nem sui corporis: tū etiā ppter qualitatē complexōis a quasi in humidiorē recedat ppter pplexionem etatis inueniet super habūdans humiditas que precipue impedit motū neruorum. Unde aialia sicce complexionis: vt capre nascuntur cum mēbris ad motum habilibus.

**D** scōm sic pcedit. vñ q; pueri mor nati perfecti in cognitōe fuissent. Dis. n. virt' cuius act' ipedit ex iperfectōe corporis ē virt' materialis. s; intellect' nō est actus corporis cuiusda; vt pbs dicit. ergo naturalr nō impedit a suo actu ppter defectū corporis. s; videt' q; in statu integritatis nature pueri perfectā cognitōnē habuissent et si defectū mēbrozū paterent. Si dicat' q; intellect' ipeditur per actus et impedimēto corporis inq̄tum indiget accipere a virtutib' corporalib'. **C** Lōtra: q; superiores vires ab inferiorib' accipiāt: vt eē peruerfitas ordinis. sed in primo statu nulla deordinatio in partib' anime erat. ergo intellectus nō accipiebat pfectionem suam ex viribus sensibilibus. **C** **P**re. itellectus nō indiget sensu nisi ad acquirendā sciām. vñ qui priuatur visu sciām de colorib' retinet quaz per vñsum accepit. sed i primo statu habitū sciētie homo habuisset imediate ex diuina influētia et forte per ministeriū angeloz. ergo ad intelligendū et sciendum in actu sensibus non indigebat: et sic idem quod pri'. **C** **P**reterea. sensus pueroz in primo statu non fuissent imperfectiores q̄ modo sunt. sed modo pueri perfecte possunt videre et audire: et sic de aliis. ergo et tunc: et ita per defectum sensibilib' vñrum actus i intellectus non impeditur. **C** **P**reterea. perfectiois cognitiois s; m suam naturam aliis animalibus est homo. sed alia animalia mor nata habent cognitio nem quarundam rerum que p̄sunt eis vel nocent. vnde agnus sequitur matrem et fugit lupum. ergo multo fortius hoc homo secundum suam naturā habere debet. et ita videtur q; defectus cognitiois qui est in pueris non est naturalis sed ex peccato inducitur: et ita videtur q; ante peccatum perfectam cognitio nem habuissent. **C** Sed contra. vt dicit philosophus. vii. physicoz. In quietēdo sit anima sciēs

z prudens. sed i pueritia nō pōt esse perfecta quies corporis ppter multos motus z precipue ppter augmentum. ergo nec perfectam cognitionem sūm naturam habere potest. C Preterea. ad hoc anima infusa est corpori vt in ipso acquirat perfectionem scientie z virtutis. sed hoc nō esset si per seipsam sciam perfectam haberet: quamper tēporum successionez. in corpore acquireret. ergo non statim dum corpus infunditur perfectam cognitionem habet: sed experimento indiget z tempore intellectualis virtutis vt philosophus in secūdo ethicoz dicit. C Respondeo dicendo: q̄ sicut magister dicit in lūtera opz q̄ positio de perfectione intellectus consonet positioni de perfectione corporis. vnde cum posuerimus pueros in principio non habituros fuisse membrorum vsū: oꝝ ponere q̄ nec vsū perfecte cognitionis habuisset: qui aut membrorū perfectionē concedūt: perfectum vsū rationis etiam concedere possunt. Inter alia enim membra corporis cerebrum humidissimum ē. vnde si poterit humiditate etatis membrorū aliorū officio pueri habere non poterant multo minus plenus vsū imaginatiue virtutis: cuius organū est in anteriori parte cerebri hūc poterat. Abundantia enim humiditatis confusionem quādā fantasmatū creat: sicut patet in ebriis ex multo vapore ad caput ascendente. fantasmata autem vt interitio de anima dicitur se habent ad intellectum sicut colores ad vsū. vnde sicut ad confusionem colorū sequitur indeterminationis z confusio in actu virtutis vsiue: ita ad confusionē fantasmatum sequitur quedam confusio in actu virtutis intellectiue. z inde est q̄ pueri in principio confusam cognitionem habent vniuersalium quorūdam z posmodum per successiones temporis distincte vnumquodq̄ cognoscunt. vnde in primo physicoz dicitur: q̄ pueri in principio appellāt omnem virū patrem posterius autem determinat vnumquodq̄. C Ad primū ergo dicendum q̄ operatio intellectus non impeditur ppter defectum corporis per se. sed peccatōes vt dictū ē. s. ex defectu virtū a qb̄ intellectus accipit. Ad scdm̄ ddm̄ q̄ perfectio intellectus possibilis est per receptionē obiecti sui qd̄ est species intelligibilis in actu: sicut autem in obiecto visus est aliquid quasi materiale qd̄ accipitur ex parte rei colorate: s̄ cōplementū formale visibile in q̄tū hūmōi ē ex parte lucis q̄ facit visibile in potētia eē visibile in actu. ita etiā obiectū intellectus quasi materialiter administratur vel offertur a virtute imaginatiua. sed i esse formali intelligibili completur ex lumine intellectus agentis. z sūm hanc formā h̄z q̄ sit perfectio i actu intellectus possibilis. z ita nō sequitur deordinatio in partibus anime si intellectus possibilis perficiatur p species a fantasmatibus acceptas in quantum illustratur intellectus agentis que est potentia altior q̄ intellectus possibilis. C Ad tertium ddm̄: q̄ cum fantasmatū sit obiectum intellectus possibilis vt dictum est sūm statum vie anime ad suum actum fantasmatibus indiget: non solum vt ab eis scientiaz accipiat s̄ motum qui est a sensibus ad animam: sed etiam vt habitum cognitionis quam habet circa species fantasmatum ponat sūm motum qui est ab anima ad sensus vt sic inspicit in actu quod per habitum cognitionis tenet in mente. vnde etiam Dionysius dicit in epistola ad Titum: q̄ illi qui intellectuales reuelationes accipiunt: eas quibusdam figuris circūponunt. vnde lesa imagine per lesionem organū: vt est in frene-

tis intellectus impeditur ab actuali consideratione etiam eorum que prius sciebat. C Ad quartū dicendum q̄ exteriorum sensū actus in pueris distincti sunt: sed imaginatio confusa est ppter cerebri humiditatem excedentem. z ita etiam oportet q̄ operatio intellectus sit confusa. non enim intellectus immediate ab exterioribus sensibus accipit sed ab interioribus. C Ad quintum ddm̄: q̄ alia animalia non psequuntur pueniens z fugiunt nocuum per rationis deliberationem: sed per naturale instinctum extimatione virtutis. z talis naturalis instinctus est etiam in pueris. vnde etiam mamillas accipiūt: z alia eis conuenientia etiam sine hoc q̄ ab aliis doceantur.

D tertū sic pceditur. videtur q̄ in statu innocentie pueri in gratia nascerentur. q̄ sūm cōsiderationem philosophi si ppositum in pposito z oppositum in opposito. sed homo corruptus per peccatum transmisit peccatum in posteros. ergo etiam z gratiam z iustitiam quam habuit in posteros transmisisset. C Pre. bonum est potentis q̄ malum: q̄ malum non agit nisi virtute boni: vt dicit Dionysius. iiii. capi. de diuinis nominibus. Si ergo malū primi hominis a deo fuit potens vt totum humanū genus interficeret: multo amplius eius gratia totū humanum genus iustificasset. C Preterea. adaz nō solum sibi sed etiam nobis demeruit. q̄ per vnū hominem peccatum z mors in mundum intrauit. Itō. v. Sed meritum z demeritum ab eadem potētia pcedunt. ergo z ipse si persistisset oibus mereri potuisset. z ita oēs per eius meritū primā gratiā cōsecuti fuissent. C Pre. impossibile est esse penam sine culpa. sed pena peccati originalis est carentia visionis diuine. ergo cum in statu innocencie homines sine peccato originali nati fuissent habuissent meritum visionis diuine. sed hoc non potest haberi nisi per gratiā ergo nati fuissent i iustitia gratuita. C Preterea. homo per peccatū necessitate peccandi incurrit. ergo si persistisset iniustitia confirmatus fuisset. Sed s̄ Anselmum oportuit vt qualis ipse fuit tales etiam filios genuisset. ergo z omnes iniustitia confirmati fuissent inoz a natiuitate sua vt peccare nō possent. C Sed contra. illd̄ qd̄ infundit immediate a deo: vt aia rationalis non transfundit a parentibus. sed gratia ē huiusmodi: vt in primo libro probatum est di. xiiii. ergo gratiam vel iustitiam in posteros non transfundisset. C Pre. Hugo de sancto victore dicit q̄ hō si persistisset generasset filios sine peccato. s̄ tamen non necessario paterne heredes iusticie. z ita videtur q̄ iustitia vel gratia non transfundisset. C Respondeo dicendo: q̄ sicut dicit p̄s in secdo de generatione. In generatione est quedam circulatio que tamen nō redit in idem numero: sed ad idem sp̄. homo enim generat hominem: nō fortes fortem. z inde est q̄ generatū generanti assimilatur in oibus illis que ad naturā speciei pertinent nisi adueniat impedimētum vt in monstris apparet. nō aut oportet q̄ assiletur in proprietatibus que consequuntur indiuiduum ratione indiuidui z si aliquando cōtingat q̄ in aliquibus proprietatibus ē personalibus assiletur filius patri: hoc tñ accidit in accitibus corporalibus: sicut q̄ albus generat albi: et podagricus podagricū nō aut i perfectioib̄ anime generat sibi sicut sūm actū vt grāmaticus grāmaticū: sed forte sūm aptitudinē tñ: sūm q̄ ex complexionē corporis vn̄ est habilior alio ad sciam vel doctrinā: vel virtutem. Sciendum est ergo q̄ duplex iustitia

primo homini poterat cōuenire, vna originalis que erat sūm debitu ordinē corporis sub aia ⁊ inferior: ū vī rīū sub superior: ⁊ superioris sub deo: ⁊ h quidē iustitia ipsam naturā humanā ordinabat i sui primordio ex diuino munere, ⁊ ideo talē iustitiā in filios transfūdit. Et sicut alia iustitia gratuita q̄ actus meritorios elicit: ⁊ de hac ē duplex opinio. Quidā. n. dicūt q̄ p̄m hō in naturalib⁹ tñ creat⁹ ē ⁊ nō in gratuitis. ⁊ s̄ b̄ videt q̄ ad talē iustitiā requirebat quedā p̄paratio p̄ act⁹ personales. vñ s̄m h̄ talis gr̄a p̄prietas personalis erat ex parte aie. ⁊ id nullo mō transfusa fuisset nisi s̄m aptitudinē tñ. Alii vero dñt q̄ hō in gr̄a crea⁹ ⁊ tus ē: ⁊ s̄m hoc vñ q̄ donū gratuite iustitie ipi humane nature collatū sit. vñ cū transfusione nature simul etiā infusa fuisset gr̄a. Ad primū ergo dōm q̄ peccatū originale ē p̄m ⁊ p se pctm nature: ⁊ per posterius p̄one. actuale at est p̄prie pctm persone qd p actū personale incurrit. Et id sicut pctm originale transfūdatur ⁊ non peccatū actuale: ita etiā iustitia originalis naturalis transfusa fuisset ⁊ forte non gratuita.

Ad secundū dōm sicut ad p̄mū. Ad tertiu dōm: q̄ pctm nō transit in posteros a p̄mo parēte per modum demeriti q̄si ipse oibus mortē meruerit ⁊ infectionem peccati: s̄ per modū tractationis p̄ntis tractationē nature. nō. n. vñ? persone act⁹ toti nature mere ri vel demereri pōt nisi limites hūane nāe transcendant: vt p̄s in r̄pō q̄ d̄s ⁊ hō ē. vñ a r̄pō nascimur filii gr̄e nō p̄ carnis translationē: s̄ per meritū actōis ab adā vō nascimur filii ire p̄ p̄pagationē nō p̄ demeri ⁊ tū. Ad quartū dōm: q̄ carētia vīfōis dīne pōt dupliciter itelligi vñ negatiue: ⁊ sic nō ē pena s̄ defect⁹ natural⁹, cui⁹. n. nature create cōuenit vt ex se nō habeat vñ i diuisione ascendere possit vñ priuatiue: ⁊ sic ē pena s̄m q̄ ipozitat q̄sdā obnoritate ad nō videndū dēū. Ad quintū dōm: q̄ p̄abile vñ q̄ si adā in p̄ma tētatōe p̄stitisset: nōdū statī p̄firmationē iustitie fuisset adept⁹. s̄ q̄i i spūalē vitā fuisset trāstlat⁹ sil' immortalitate accepisset: i corpore ⁊ iustitie cōfirmationē i aia: qd ergo dicitur: q̄ q̄ tetationi succubuit peccatū necessitate incurrit. vñ ē de pctō veniali qd gr̄e nō opponit: s̄ quidā accēti gratie. s̄. feruori. s̄ necessitate peccatū mortali hō ē in pctō exiisset nō h̄z nisi peccare itelligat i pctō ēē: sicut videre dicit h̄re vīū. Ad. n. q̄ in pctō ē pōt p se nō ēē in peccato: vt possit a pctō p se sine gr̄e infusione resurgere. nec tamē sequit si hō post peccatū nō pōt in pctō nō esse: q̄ in gr̄a eris nō possit in gratia nō esse: q̄ hō per seipm peccare pōt: s̄ nō p se resurgere. Si tñ cōcedat q̄ adā p̄firmatus fuisset statī post victoriā tētatōis: adhuc nō sequit q̄ filios p̄firmatos in iustitia genuisset: q̄ hoc sequeretur actus personales ei⁹: ⁊ ita erat perfectio ad p̄sō nā pertinens quā nō ois in filios p̄pagari: sicut si adā donū p̄bie habuit vel miracula faciendi nō ois q̄ filii eius hoc habuissent. Ad aliam etiā p̄s de plano solutio: q̄ nō itelligit gr̄a in posteros p̄pagari a parentibus q̄si p virtutē seminalē gr̄am filii psequeretur: sed q̄ cū transfusione nature cui ex p̄uisione diuina gratia debebat simul gratia infusa fuisset s̄z vna opinio. Alia etiā auctoritas inducta itelligitur de iustitia gratuita ⁊ nō de originali s̄m vñā opinio. Et pōt itelligi de operibus iustitie. q̄ si cum gratia nati fuissent poterant per li. ar. a iustitia parētum deuiare. Excipit de honestate nuptiali hoc modo vt. s̄. q̄ sine nuptiis turpitudinem elpe ⁊ pene haberet per honestatem mixturpitudinem pene re

manente turpitudine pene tollat. S̄z potuerūt i paradiso ēē nuptie honorabiles. q̄ i statu illo nuptie sim p̄lir v̄ginitate honorabiliores fuisset: eo q̄ i nullo ite gritate mētis lesa fecunditas carnis i m̄monio sublimitati v̄ginitatis preualuissent. Vel q̄ deus non dum iusserat: videtur hoc ēē salum: q̄ actum matri moniale preceperat deus dīcēs: Crescite ⁊ multiplicamini ⁊c. Sed qd dicitur hic pōt itelligi de speciali v̄sione ad terminatum tēpus. Responderi ipōt: q̄ filios paruulos. In hac responsione magister vñā asserit. s̄. q̄ oportet pueros in principio natiuitatis paruos q̄ritate esse. sed tria sub dubio relinquit quorum vnum est. si statim post natiuitatem in perfectaz q̄ritatem transformati fuissent. sed hoc non potuit fieri operatione nature: sed solum diuino miraculo. Secundum est: an essent paruuli per aliquod tempus: ita q̄ defectum quantitatis haberent: sed non virtutis quātum ad membrorum officium: Tertium si in vtroq̄ per aliquod tempus imperfecti fuissent. s̄. ⁊ quantitate ⁊ virtute.

### Distinctio Agesimaprima.

De inuidia diaboli qua ad hoīem tentandum accessit.

**I**dens igitur diabolus hominem per obediētie humilitate posse ascendere. vñ ipse per superbiam corruerat: inuidit ei. Et q̄ pri⁹ p̄ supbiā fuerat diabol⁹. i. de deorsū lapsus: zelo inuidie fact⁹ ē sathā. i. aduersarius. An ⁊ mulierē tētauit: in qua min⁹ q̄ i viro rationē vigere nouit. ei⁹ enim malicia ad tentandū virtutē timida: hūanā naturā in ea pte vbi debili⁹ videbat aggressa ē. At si forte illic aliquaten⁹ p̄ualeret. postmodū fiducialit⁹ ad alterā q̄ robustior erat pulsandā: vel potius subuertendā accederet. Primum igitur solitariam feminam explorauit vt i ea p̄mū oēm sue tentationis vim expiret.

Quare in aliena forma venit

Ad q̄ illi p̄uolentiā nocere nō poterat: ad fraudē se uertit: vt dolo hominē supplāret que virtute supare negret. Ne at̄ fraus illi nimis manifestaret: i sua spē nō venit: ne apte cognosceret: ⁊ ita repelleret. Itēz ne nimis occulta foret fraus illi⁹ q̄ cauere nō possit. ⁊ hō sil' videret iniuriā pati si talī circūueniri pmitteret: cū de⁹ vt p̄ cauere nō posset. i aliena qdē forma pmissus ē venire diabolus. sed i tali in qua ei⁹ malitia facile possit deprehēdi. At igitur p̄pria forma nō veniret: voluntate sua factū ē. At aut̄ forma sue malicie cōgruenti veniret: diuinitus factum ē. Venit ergo ad hoīes in serpentem qui forte si permitteretur in colūbe specie venire maluisset. sed non erat dignum vt spiri

tus malignus illam formam homini odiosam faceret: in qua spiritus sanctus appariturus erat. Non ergo nisi per serpentem temptare permittus fuit diabolus: ut per illud quod foris erat: astutiam temptantis animaduerte re femina quiret. Diabolus enim per serpentem temptabat in quo loquebatur. Ideoque serpens dictus est esse calidior cunctis animabus terre. Quia ut ait Aug. mali angeli licet superbia deiectione: nec tamen sunt excellentiores omnibus bestiis propter eminentiam rationis quam serpens non rationali anima sed spiritu diabolico possit sapientissimus dici. Non ergo mirum si diabolus spiritu suo implens serpentem sicut nates implebat sapientissimum reddiderat omnium bestiarum: quem tamen ad temptandum non elegit diabolus. sed per quod animal permittus fuit: temptavit. Unde Aug. super Genesim. Non est putandum quod diabolus serpentem pro quem temptaret elegerit: sed cum decipere cuperet non potuit: nisi per quod animal posse permittus est. Hoc enim voluntas inest cuius a se: sed potestas a deo. Sic autem loquebatur diabolus per serpentem ignorantem: sicut per inerguminos vel per phanaticos loquitur. Serpente enim vult organo est usus: mouens naturam eius ad exprimendos sonos: verborum et signa quibus suam monstraret voluntatem. Serpens ergo nec verba intelligebat: nec rationalis est factus calidissimus tamen dictus est propter astutiam diaboli. Locutus est autem sicut asina Balaam. sed hoc diabolicum: illud angelicum fuit. Boni enim et mali angeli similiter operantur. Hic queri solet quare mulier non horruit serpentem: Quia cum noverit creatum esse: etiam officium loquendi a deo accepisse putavit.

#### De modo temptationis.

Emptatio autem hoc modo facta est  
 t Stans coram femina hostis superbus: non audent in verba persuasionis exire metuens deprendi. Sed sub interrogatione eam aggreditur: ut ex responsione colligeret qualiter in malitia procedere posset. Tur inquit precepit vobis deus ut non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier. De fructu lignorum que sunt in paradiso vescimur. De fructu vero ligni quod est in medio paradisi: precepit nobis deus ne comederemus: et ne tangeremus: ne forte moriamur. In quo verbo dedit locum temptati: cum dixit ne forte moriamur. Unde mox diabolus dixit ad mulierem. Nequaquam moriamini. Scit enim deus quod in quocumque die comederetis ex eo: aperientur oculi vestri: et eritis sicut dii: scientes bonum et malum. Attende ordinem ac progressum humane conditionis. Primo deus dixerat: quocumque die comederetis ex eo morte moriamini. Deinde mulier dixit. Ne forte moriamur. Nouissime autem serpens dixit. Nequaquam moriamini. Deus affirmavit. Mulier quasi ambigendo illud dixit. Diabolus negavit. Que igitur dubitavit ab affirmante recessit: et neganti appropinquavit. De versutia diaboli: quod ut facilius persuaderet malum remouit et bonum in pollicito duplicavit. Ut ad suam persuasionem plenius suffulciendam. id est ut malum quod intendebat libere persuaderet: et malum quod mulier timuit: negando remouit et promissionem addidit. et ut eius persuasio citius reciperet promissionem duplicavit. Unam nempe comestionem suadens: duo in premio proposuit: similitudinem dei scientiamque boni et mali spondens. Ubi tribus modis hominem temptavit. scilicet gula in persuasione cibi: cum dixit. In quocumque die comederitis. Inani gloria in promissione deitatis cum dixit. Eritis sicut dii. Auaricia in promissione scientie: cum dixit. Scientes bonum et malum. Gula est immoderata cibi auaritia. Vanagloria est amor propriae excellentie. Auaricia: immoderata homini cupiditas. que non est tantum pecunie: sed et altitudinis et scientie cum supra modum sublimitas ambit.

#### De duplici temptationis specie.

Orro sciendum est duas esse species  
 p temptationis. interiorum. scilicet et exteriorum. Exterior temptatio est quando nobis extrinsecus malum visibiliter suggeritur verbo vel signo aliquo: ut ille cui fit ad consensum peccati declinet. et talis temptatio tantum fit ab aduersario. Interior vero temptatio est quando invisibiliter malum nobis intrinsecus suggeritur. Et hec temptatio aliquando fit ab hoste: aliquando a carne. Nam et diabolus invisibiliter mala suggerit. et ex carnis corruptione suboritur motus illicitus et titillatio prava. Ideoque temptatio que est ex carne non fit sine peccato. Que autem est ab hoste nisi ei consentiatur non habet peccatum sed est materia exercende virtutis. Temptatio autem carnis interior difficilior vincitur. quia inuicem oppugnans: de nostro contra nos roboratur. Homo igitur qui sola exteriori temptatione pulsatus cecidit. tanto grauius ple-

etendus erat: quanto leuiori impulsu fuerat prostratus. Et tamen quia aliquā licet modicā cadēdi occasiōem habuerit: idcirco per dei gratiā iuuari potuit ad veniā: vt qui per aliū ceciderat: p aliū erigeret. Qui ergo incitatorē habuit ad malū: nō iniuste repatozem habuit ad bonū. Diabolus vero q sine alicuius tēptatōe peccauit: p aliū vt surgeret iuuari nō debuit: nec p se potuit. et id irremediabile peccatū eius extitit. Peccatū vero hoīs sicut per aliū habuit initium ita per aliū nō incongrue habuit remedium.

Quare hō non angelus sit redēptus.

Reterea angelica natura qm̄ nō tota pierat: sed ex pte persisterat: non ē redēpta. humana vero tota pierat: et id ne penitus perderetur: ex pte ē redēpta: vt in de ruina suppleret angelica. Unde Augu. in ench. Placuit vniuersitatis creatori, et moderatori: vt qm̄ non tota multitudo angelozū deum deserendo perierat: ea que perierat in ppetua perditione remaneret. Que aut cum deo illa deserente psterat: de sua certissime cognita se semp felicitate gauderet. At vero creatura rōnalis q̄ in hominibus erat: qm̄ peccatis atq̄ suppliciis tota pierat: ex pte reparari poterat. vnde angelice societati suppleret qd̄ ruina illa minuerat. hoc enīz promissus ē scīs q̄ erunt equales angelis dei.

Qd̄ nō soli viro pceptum fuit datum.

Et id etiam notandum est q̄ non solum viro pceptum videtur esse datum: cum ipsa mulier testes sibi etiam esse mandatū dices. Precepit nobis deus et. Supra tamen legit. Ante factā mulierē: desi dixisse viro. De ligno scie boni et mali ne comedas. non dixit ne comedatis. Forte q̄ facturus erat mulierē: sic pcepit vt p virum ad mulierē perueniret mādātū. q̄ mulier q̄ subiecta viro fuit: nō nisi mediāte viro diuinum debuit accipere pceptū. Unde ait apl's. Si quid voluerint discere mulieres domi viros suos interrogent. Si queritur quomodo loqui potuerunt vel loquentem intelligere: qui non didicerant inter loquentes crescendo vlt magisterio. dicimus quia deus eos tales fecerat: qui possent loqui et discere ab aliis si essent.

Idens ergo diabolus et. Postq̄ de terminauit magister institutiōez humane natur. Dic determinat lapsus ei per peccatum. Et diuiditur in duas partes. In prima derminat humane nature lapsum in primis parenti-

bus quantum ad actuale peccatum ipsorum. In secunda determinat lapsum humane nature in posteris di. xxx. vii. In superioribus insinuatū est et. Prima in duas. In prima determinat principium peccati in primis parentibus. In secunda autē principium quo contra peccatum iuuabatur. circa medium xxxiii. di. ibi. Et quidem secundus animaz rōnalis fuit homo. Prima in tres. In prima determinat temptationem hostis qui fuit principium peccati exterius. In secunda inquit quod fuit principium intrinsecū. xxi. di. ibi. Sic videtur diligenter investigandum. Item inquit de permissione diuina que fuit causa sine qua non. xxi. di. ibi. Preterea queri solet et. Prima in duas. In prima determinat modum et ordinem temptationis. In secunda ex modo temptationis concludit grauitatem culpe. ibi. Porro sciendum est duas esse species temptationis.

Circa primum tria facit. Primo ostendit motiū ad temptandum. Secundo temptationis ordinem ibi. Unde et mulierem temptauit. Tertio temptationis formam. ibi. Temptatio autem est. Circa secundum duo facit primo ostendit quare per mulierē virum temptare voluit. Secundo quare mulierē per serpentem. ibi. Sed quia illi per violentiam et. Circa qd̄ duo facit. Primo assignat victi rōnem. Secundo remouet duas dubitationes: vnam. ibi. Ideoq̄ serpens dicitur et. Alterā. ibi. Sic queri solet quare mulier. Circa tertius tria facit. Primo ostendit astutiam temptantis investigando conditionem temptati. Secundo persuasionem sui propositi ibi. Quia ad persuasionē suam et. Porro sciendum est et. Sic ex ipsa temptatione ostendit modum culpe. Et circa h̄ tria facit. Primo distinguit tēptatiōis modos: et quis eorum sit grauior: quia ille qui est a carne. Secundo ostendit q̄ principū Ade grauitatem quandam habet: quia tantum exteriori temptatione pulsatus cecidit: et tamen remissibile est: q̄ per alium temptatus fuit. ibi. Homo ergo qui solo exteriori. Tertio remouet quādam dubitationes. ibi. Et id etiam notandum et. Circa secundum duo facit. Primo ponit rationem quam principaliter intendit quare peccatum hominis sit remissibile: ex predictis deductam. Secundo adiungit quādam aliam. ibi. Preterea angelica natura et. Circa tertium duo facit secundum duas questiones quas mouet que per se in littera patent. Secunda incipit ibi. Et queritur quomō loqui potuit. Cuius est duplex questio. primo de temptatione in cōmuni. Secundo de temptatione primorum parentum. Circa primum queruntur tria. Primo cuius sit temptatio. Secundo vtrum omnis temptatio passive accepta cū peccato sit. Tertio vtrū tēptatio sit appetēda.

Irea primum sic procedit. v̄ q̄ dei non sit tēptare. Tēptatio enī ē ad sumēdū expimētū alienius quod nescit: sed deus nihil ignorat. ergo temptare sibi non competit. Item videtur q̄ nec demoni. Intentio enim demonis est ad fallendum: sed temptatoris in quantum huiusmodi non est fallere: sed experiri. ergo demonis proprie officium non est temptare. Item videtur q̄ nec carni cōmunicat. Caro enim cognitionis particeps esse non potest: sed et ei qd̄ nō cognoscit non puenit expiri vel temptare. ergo nullus proprie ad peccandum a carne temptatur. Item videtur q̄ nec a mundo. Angelus enim temptat eum quem abiectum reputat:



quia temptatio de dubiis fit: sed mundus sanctos q̄ si abiectos reputat. ergo mundus non temptat eos. **C** Preterea p̄ma thess. iiii. d̄r. Ne forte temptauerit vos is q̄ tēptat. s. solus dyabolus cuius officiu est tēptare. q̄ v̄r q̄ nec mūdus nec caro nec et̄ deus tēptat. **C** S̄z p̄ ē qd̄ dicit̄ Gene. xxiij. temptauit deus abrahā 7c. **I**ḡ Ja. ii. d̄r. vnusq̄sq̄ tēptat a p̄cupi scētia sua. p̄cupiscētia aut̄ ē peccatū qd̄ i carne habitat. ergo est aliqua tēptatio a carne. **R**espondeo d̄d q̄ ad perfectā rōnē tēptationis tria cōcurrunt. **P**rimo vt per tēptationē alicuius dubii cognitio accipitur. **S**ecundo vt h̄ sit intentū ab eo q̄ tēptat. **T**ertio vt ip̄emet qui tēptat cognitionē illius rei accipere velit. 7 s̄m hūc modū inuenit̄ tēptatio in hominib⁹ s̄m q̄ hō hominē tēptat vt experimētū sumat sciētie vel alterius qd̄ in ip̄o est. **A**lia vero d̄r tēptatio in qua saluant̄ duo ex hīs. s. manifestatio ignoti: 7 intentio eius: 7 h̄ nō tēptare d̄r de⁹: vt p̄z i tēptatōe abrahę. p̄ceptū enī de inolatōe filii tēptatio ei⁹ d̄r: qz per h̄ manifestabat̄ qualis eēt in obediētia 7 fide. **H**ęc ē manifestatio deus intendebat: s̄z tertiu p̄dictoz huic tēptationi defuit: nō enī ad h̄ temptauit deus abrahā vt fidei eius cognitionē acciperet quā p̄uus sciebat: sed vt alius manifesta esset in exemplū. **A**lia vero tēptatio est in qua saluat̄ vnū tñ d̄ictoz. s. manifestatio tēptati: 7 sic dicit̄ caro tēptare vel mūdus qz in hīs cognoscit̄ manifeste virtus vel infirmitas mentis: sicut in bello cognoscit̄ virtus militis: q̄uis hostes nō ipugnet vt cognoscit̄: s̄z vt vincant. **V**n̄ ipsa ipugnatō virtutis tēptatio d̄r. **H** aut̄ ē vel a principio intrinseco. s. ex corruptōe carnis: 7 sic d̄r temptatio a carne. vel a principio extrinseco. 7 h̄ dupl̄r: qz illud qd̄ exterius ē vel ipugnat p̄ modū obiecti: et sic ē tēptatio a mūdo cuius rebus corda hominū allēciunt̄ ad peccādū: vt p̄ modū agētis q̄ trahit ad peccatū p̄suadēdo terredō blandiēdo: 7 sic de aliis: 7 sic d̄r esse tēptatio ab hoste. s. dyabolo: 7 ab hīs qui sūt mēbra eius. **A**d primū ergo d̄d q̄ deus nō tēptat vt sibi aliquid̄ ignotū manifestū fiat: sed vt alius manifestet̄ vt dicit̄. **E**. **A**d secūdū d̄d q̄ in tēptatione demonis est duplex finis. **U**nus vltimus. s. inducēt ad peccatū: 7 quātū ad h̄z rōnē tēptationis s̄m q̄ q̄libz ipugnatō d̄r tēptatio. **A**lius est finis prim⁹. s. expiri ad quod virtū quīsq̄ marime p̄n⁹ est: vt ad illud ipugnatō trahat: 7 sic saluat̄ ibi rō tēptationis quātū ad p̄mū modū. **V**n̄ **H**ugo de sancto victore d̄r finiens dyaboli tēptationē dicit sic. tēptare ē caidē expiri: 7 ante violentiā ipulsionē quasi quibusdā blādis conatibus p̄bare. **A**d tertiu 7 quartū p̄z solutio p̄ illud quod iam supra d̄ictū est: qz non saluat̄ ibi tēptatio s̄m q̄ includit̄ oia tria p̄dicta. **A**d quintū d̄d q̄ solus dyabolus d̄r tēptare: nō qz ip̄e sit semp̄ mediat̄ tēptator: s̄z qz ip̄e p̄mo tēptauit homines ex qua tēptatōe pata est alius tēptantibus via. **V**el alit̄ d̄d q̄ dyabolus solus d̄r tēptare: qz illi soli 7 mēbris eius puenit̄ ipugnare virtutē cū irētione occidē di hominē p̄ peccatū: h̄ aut̄ caro nō itēdit: sed delectabili cognito p̄frui: vel qz ip̄e v̄tis rebus mūdi 7 carne: sicut instrumentū ad temptandum hominem.

**D** secūdū sic p̄cedit̄. vt q̄ tēptatio q̄ ē ab hoste etiam sit peccatū. **P**otestas enī minor nō p̄t̄ intentionē p̄tatis maioris repellere: sed p̄tās demonis ē maior q̄ p̄tās hoīs vt d̄r **J**ob. xl. n̄ est p̄tās super terrā que ei. po. cō. q̄ cū intentio d̄mo nis sit vt inducat hoies ad peccādū: vt q̄ hō semp

q̄ ab eo tēptat peccet. **P**re. cū violentiā excuset peccatū: vbi ē maior violentiā ibi min⁹ peccatū: s̄z sic i l̄ra d̄r grauior tēptatio q̄ ē a carne q̄ ab hoste. q̄ cū illa q̄ ē a carne sit peccatū vt in l̄ra d̄r multo apti⁹ illa q̄ est ab hoste peccatū erit. **C** Pre. illud qd̄ vitari nō p̄t̄ n̄ ē in p̄tate nostra: sed q̄ diu in hac mortali vita viuimus nō oīno tēptationē carnis vitari possum⁹: q̄ nō ē in p̄tate nostra: 7 tñ peccatū ē. q̄ 7 tēptatio q̄ ē ab hoste q̄uis in p̄tate nostra: nō sit peccatū erit cuz in idem illicitū tēdat. **C** Pre. dyabolus tēptare nō p̄t̄ nisi aliquid in hominē imprimēdo: sed cum ip̄e sit pater iniquitat̄ 7 mēdatij. **J**o. viii. Ip̄e est mēdat̄: 7 pater eius impressum ab eo nō p̄t̄ eē nisi peccatū. ergo videt̄ q̄ semp̄ quando temptat in hominem peccatum imprimat. **C** Preterea motus vis concupiscibilis in illicitum tendens tēptatio carnis est que peccatum in l̄ra d̄r: sed vis concupiscibil̄ cū sit affixa organo corporali: cogi p̄t̄ 7 immutari per i mutationem organi. ergo vt q̄ demon tēptando nos possit facere in nobis peccatum esse: 7 ita temptatio que est tantum ab hoste peccatum erit. **S**contra vt d̄r **M**at. iiii. christus a dyabolo temptatus fuit: sed in eo locus peccati non fuit. vnde ip̄e dicit **J**o. xiiii. ue nit princeps mundi huius 7c. ergo non omnis temptatio que est ab hoste peccatus est. **C** Preterea vt **A**ugu. dicit nullus peccat in eo quod vitare non potest: sed homo nullo modo vitare potest quin hostis eum temptet. ergo temptatio que est ab hoste non ē peccatum. **R**espondeo d̄d q̄ peccatum vnusq̄ nō consistit in actu alterius: s̄z in actu proprio prout d̄r **E**zechielis. x. viii. anima que peccauerit ipsa morietur. **I**n temptacione autem carnis ip̄e appetitus illicitus s̄m quem aliquis temptari dicit̄ est actus ei⁹ qui temptat: non enim sola caro cōcupiscit̄: sed cōiūctum: 7 ideo talis temptatio est peccatum in eo qui temptat. temptatio autem que est a mundo vel ab hoste est a principio extrinseco. vnde actus non pertinet ad temptatū: sed passio tantum. 7 propter hoc non est peccatum in tali temptacione nisi per delectationem consensus: quia tunc temptatus incipit cooperari temptanti. **A**d primū ergo dicendum q̄ q̄uis potestas demonis sit simpliciter maior q̄ potestas hominis: tamen quantum ad aliquid non est maior. s. quantum ad actus li. ar. qui cogi non possunt: quia horum actuum ip̄e homo domin⁹ est: 7 non demon: 7 ideo potest homo temptationi eius resistere. **A**d secundum dicendum q̄ temptatio carnis p̄ tanto dicit̄ esse grauior: quia est ipsi temptato p̄ximio: secundum q̄ per eam quodammodo in diuersa desideria diuidit̄ interioris 7 exterioris hominis: nec tamen est ibi violentia absoluta: quia interior homo non cogitur sequi motus exterioris hominis. vnde adhuc remanet ratio peccati: 7 magis q̄ in temptacione hostis secundum q̄ ipsū desiderium est actus ipsius temptati: 7 quodammodo in potestate eius. **A**d tertium dicendum q̄ q̄uis homo non possit vitare omnem temptacionē carnis: ita q̄ nullam habeat potestatem vitare hanc vel illam singulariter: 7 ita quodammodo est in potestate eius: s̄z temptatio q̄ est ab hoste nullo modo. **A**d quintū dicendum q̄ demon potestatem habet imprimēdi in imaginem vel representando aliqua sensibilia exterius vel etiam turbando imaginez interioris: 7 quo modo hoc fit supra in tractatu de angelis dictum ē. 7 ideo s̄m q̄ hoc modo imprimat in nos temptare

S3

Quartū.

dicitur: h̄ autē impressio ad h̄ nō h̄z rōnē peccati. cūz nō sit in appetitu: sed i appetitōe tantū: sed est ten dens in peccatum quantum est de ratione tēptantis. **C** Ad quintū dō q̄ mot⁹ vis p̄cupiscibil⁹ pōt duplī insurgere. vel ex qualitate organi: sicut calefacto cor pore i surgit motus libidinis sine aliqua imagine: et ille motus est pure natural⁹ nec rōnē peccati h̄is: et ad hoc pōt virtus demonis ex potestate sue natur⁹ q̄ i trāsmutationē corporaliū pōt nisi virtute diuina cohibeaf. **A**li⁹ mot⁹ p̄cupiscibil⁹ ē q̄ insurgit ex appetitōe delectabil⁹: et ex pte illa appetitus p̄cupiscibil⁹ h̄z quādā libertatē: ad minus i hoie: s̄z q̄ pōt obedir impio rōnis phibētis: et sic in p̄cupiscibili pōt eē peccatū: s̄z h̄ic motū dyabolus ertor: quere nō pōt.

**D** tertiū sic pcedit. v̄f q̄ tēptatio sit appetēda. **P**rimo p̄ hoc qd̄ d̄r̄ J̄a. i. d̄r̄ gaudiū erit. et. s̄z illud de quo gaudēdū ē q̄ h̄ ē appetēdū cū nō h̄etur. s̄ tēptatio ē appetēda. **P**re. illud in quo manifestat bonū alicuius ē appetēdū: sed virtus mentis in temptatōibus ostēdit: et ibi quodā mō refloret. s̄z idēz qd̄ prius. **P**re. illud qd̄ ē materia et organū virtutis est appetēdū: s̄z sicut dicit Aug. tēptatio cui nō p̄sentit: ē materia exercēde virtutis. s̄ est appetēda. **P**re. illud sine quo nō pōt perueniri ad regnū ē sumo studio appetēdū: s̄z tēptatio ē huius: qz nō coronabit nisi q̄ legitie certauerit. ii. thi. ii. certamē autē spūale sine tēptatōe n̄ ē. s̄ tēptatio ē appetēda. **P**re. v̄f scribit. ij. cor. xii. **P**aul⁹ petiuit stimulū carnis a se remoueri p̄ quē carnis tēptatio in telligir: s̄z ibi dicit glosa q̄ ipse hoc petēs nesciuit qd̄ peteret. s̄z v̄f q̄ nō ē desiderādū extra tēptationē eē. **C** Sed p̄ illud qd̄ debemus orare debem⁹ desiderare: s̄z d̄ns Mat. vi. docet nos orare dicens: et ne nos inducas in tēptationem. ergo debemus desiderare tēptationes a nobis remoueri. **P**re. sic volūtas n̄ra d̄z diuine volūtatē eē p̄formis: ita a volūtate hostis d̄z eē discordās: s̄z hostis vult et petit nos tēptare vt h̄r̄ Luc. xxi. Ecce sathan erpetiuit nos et. s̄ tēptationē velle nō debem⁹. **R**espōdeo dō q̄ cū bonū sit obiectū volūtatē et desiderij eo mō aliquid est adamādū quod bonū. Inter bona autē inuenit aliqd̄ qd̄ ē bonū simpliciter: et p̄ se: sicut bona honesta q̄ tāq̄z fines appetitū sui grā: et si aliud ducāt: qz i oib⁹ honestis vtilitas honestati coincidit nisi in vltimo qd̄ est finis finū qd̄ p̄ se t̄m appetēdū ē. aliqd̄ t̄m ē qd̄ in se bonitatē h̄z nō t̄m appetitū: si absolute confide ref: s̄z ex ordine ad finē bonitatē quādā fortis q̄ vtilitas noiatur: et h̄ sunt t̄m pp̄ aliud appetēda vt sec tio memb pp̄ sanitatē et huiusmodi. **S**z sciēdū q̄ ad finē aliquē consequēdū p̄tingit aliqd̄ duplī ordinari p̄ se. i. et accidēs. p̄ se dico q̄ quātū ē in se. i. finē debitū ductū ē. p̄ accidēs autē qd̄ quātū in se est i aliud duceret: s̄z ex p̄cursu alteri⁹ cause ducit ad finem ip̄s: sicut q̄ comedit venenū: vt moriat⁹: et p̄tingit ex h̄ sanitas. **L**ū s̄z cā p̄ accidēs nō sit p̄portio nata ad effectum: s̄z solū cā p̄ se ex ordine ad finē q̄ ē p̄ accidēs nō erit dō aliquid bonum vel appetibile simplr̄ acceptū: s̄z solū p̄currētib⁹ oib⁹ q̄ ad h̄ic effectū determināt. **D**ico s̄z q̄ tēptatio p̄ se ordinata ē ad hois p̄ditionē: ad salutē vero nō ordinat nisi p̄ accidēs. i. ex h̄ q̄ vincit p̄ auriliū grē diuine: et iō tēptari simplr̄ nō ē appetēdū: s̄z tēptari et vincere sil acceptū: appetēdū ē. s̄z qz pp̄ nostrā fragilitatē victoria nimis dubia ē: iō securius fugit q̄z q̄rat. **C** Ad primū dō q̄ beat⁹ Jacob⁹ loq̄ de tēptatiōe tribulationū ad qua

rū patiētā hortat: vt iter eas equanimitatē et gaudiū mentis seruent. nō em̄z alr̄ eas vincere possunt nisi p̄ paciētāz. v̄f ip̄m gaudiū victoria qd̄ ē. qd̄ q̄ dem est nō de tēptationibus s̄m se: s̄z de paciētā q̄ tēptationē vincit. **C** Ad scdm̄ dō q̄ in tēptationib⁹ nō relucet bonū hois nisi p̄supposito quodā alio. i. earū victoria cū qua appetēde sunt. **C** Ad tertiū dō q̄ n̄ sunt materia virtutis tanq̄z p̄ se ad virtutē ordinate: s̄z p̄ accidēs t̄m. **C** Ad quartū dō q̄ tēptatiōes nō sūt necessarie vt pueniat ad regnū: nisi necessitate p̄dationata sic. i. vt si tēptatōes adueniāt non veniat ad regnū nisi vincant: s̄z tēptationes aduenire non est necessariū absolute nisi s̄m corruptionē status p̄ntis ex qua sequit pugna carnis aduersus spiritū q̄ tēptatio d̄r. **C** Ad quintū dō q̄ **P**aulus petēs a se stimulū carnis remoueri recte petiit hita p̄siderare ip̄s suis stimuli absolute: sed qz cōsiderato euentū pugne in qua victor futurus erat: remotio stimuli nō sibi expediebat qui tā euentus sibi certus non erat. p̄ tanto d̄r̄ nescisse quid peteret. v̄f certificatus de victoria v̄f bo domini dicens: sufficit tibi gratia mea: paciēter stimulum sustinuit. **Q. 3.**

**E**inde queritur sp̄aliter de tēptatiōe p̄mor d̄ parentū. **E**t circa h̄ querunt tria. **P**rimo d̄ p̄gressu tēptatiōis. **S**ecundo d̄ quātitate peccati tēptationē sequētis. **T**ertio v̄trū **A**dā potuerit peccare venialiter anteq̄ mortaliter.

**P**rimū sic pceditur. v̄f nō fuisse talis tēptatiōis p̄gressus qual in littera describitur. **I**nvidia enim respectu superioris ē. v̄f d̄r̄ Job. 5. puulū occidit inuidia: s̄z **A**dā nō erat supior: demōe ad minus reputatiōe demonis qui fuit sup̄bissimus ergo nō est ex inuidia stimulat⁹ ad tēptādū. **P**re. terea in p̄mo statu aia corpi oio impabat. ergo diuer sitas q̄ erat ex pte corpi nullo mō i aiaz redūdabat: s̄z mulier differēbat a viro s̄m corpi dispōnē. vnde p̄bs in. x. metha. dicit q̄ mas: et femina differunt dif ferentis materialibus. s̄z tunc tēporis nō oportebat q̄ femina esset minus sapiens vel fortis q̄z vir: et ita nulla rō v̄f quare pro muliere ad virū tēptando trā fierit. **P**re. tēptatio est assimilatio boni ad fallen dū vt **L**assi. sup̄ra p̄s dicit. Si ergo iniquus p̄suasor tēptare hominē disponebat formaz boni p̄suasoris. i. angeli assumere debuit. Si dicat q̄ nō fuit p̄missus ne homo quasi violēter deciperetur. **C** **L**ōtra. **A**d piū custodem permittit magis infirmis maioris defensionis auriliū exhibere. cū ergo post peccatūz q̄ natura humana est infirmior: non cohibeatur sathanas quin in angelum lucis se transformet vt dicitur. ij. Cor. x. multo minus t̄m cohiberi debuit.

**P**reterea consideratio precepti in actu a peccato retrahit: et sic tēptatiōis effectū ipedit: si ergo temptator ad trabēdū in peccatum venerat: videtur q̄ inconuenienter mulierem in memoriam precepti ad duxerit. **C** Sed contra est quod dicitur sap. iij. Inuidia dyaboli et. Et ita videtur q̄ ex inuidia dyabolus commotus fuerit ad temptandum. **P**reterea vt Aug. dicit ordo temptatiōnis interioris qui in nobis nunc agitur presentat ordinem temptatiōnis in primis parētibus seruatum: sed in nobis temptatio a sensualitate a sentiente incipit: et per inferiorē rationem in superiorē producit. cum ergo sensualitas serpentem representet: et inferior ratio mulierem: et superior virum: videtur q̄ decentissimus fuit talis ordo temptatiōis i primo peccato

vt i eo possit peccatorum sequentiū similitudo ostendi.  
**C** Respondeo dō q̄ sicut magister dixit. vii. di. de  
 mones quedāz possunt per nature sue potestātē que  
 non possunt propter dei vel angelorum cohibitionē  
 ita ē t̄ eorū astutia intellectus t̄ nequitia voluntatis  
 i multis ipe dicitur: vt nō faciant oē qd volūt etiā qd  
 ad finē sue intentionis conueniens astute vident. vñ  
 in temptatione primorum parentum dyabolus ali-  
 quid fecit quod voluit vt. s. a muliere temptationē  
 inciperet: t̄ vt in aliena forma veniret. q̄ autem in  
 forma serpentis veniret: non sponte e legit: sed ex  
 permissione diuina que cum alias species in quib⁹  
 magis posset latere assumere prohibebat vt i lra dī.  
**C** Ad primum ergo dō q̄ dyabolus homini inuide-  
 bat quē sibi superiorē futurū putabat si illuc ascenderet:  
 vñ ipse descēderat: t̄ in h̄ ipso tā superiorē q̄ ad bonū il-  
 lud habendū paratus erat homo: quod ipse demon  
 in perpetuum amiserat: nec in h̄ aliquid eius supbie  
 derogatur: q̄ superbia potius est in appetitu excel-  
 lentie q̄ in extirpatione nisi prout extirpatione ex appe-  
 titu excellentie nascitur qui oculos mentis claudit.  
 Unde superbi frequenter alios se superiores in mul-  
 tis extirpant que tamen multa sibi magis digna esse  
 cogitant propter alia bona i quibus alios excedere  
 videntur: t̄ ideo ex ipsa superbia inuidie zelus orit̄.  
 Unde dicit Aug. xi. super Gene. amando quisq̄ ex-  
 cellentiam suāz vel paribus inuidet q̄ ei coequant̄.  
 vel inferioribus ne sibi coequentur vel superiori-  
 bus q̄ ei non coequentur. **C** Ad secundum dicen-  
 dum q̄ alia est obedientia corporis ad animam in  
 primo statu t̄ alia in vltimo. In primo enim statu sic  
 erat subiectio corporis anime vt nihil in corpore cō-  
 tingeret e posset qd cōtra bonū anime foret vel quātū  
 ad esse: vel quātū ad opationē nec tñ remouebat qn  
 etiam tunc s̄m diuersitatem corporū diuersa fuisset  
 dignitas animarum cum oporteat anime ad corpus  
 proportionem esse vt forme ad materiam: t̄ motoris  
 ad motum: t̄ ideo mulier etiam quantū ad animam  
 viro impetior: erat. In vltimo vero statu tal̄ erit  
 subiectio: vt etiam qualitas corporis sequatur vir-  
 tutem mentis. vñ s̄m diuersitatem meritorū erit aia  
 vnus alia dignior: t̄ corpus gloriosius. vnde n̄ erit  
 dīa propter seruum diuersum. **C** Ad tertium dō q̄ si  
 cur in littera dī aliam speciem in qua appareret: et  
 precipue boni angeli libenter eligisset: sed pmissus n̄  
 fuit. **C** Ad quartum dicendum q̄ quis homo in pri-  
 mo statu esset fortior: tamen post peccatum factus est  
 cautior: per experientiam mali. vnde fraudibus ho-  
 stis quas quotidie experitur melius resistere nouit.  
 vel q̄ in penam peccati h̄ consecutum est: vt homo  
 qui dyabolo se sponte subiecit: violentius ab eo ipu-  
 gnetur. **C** Ad quintum dicendum q̄ s̄m philosophū  
 in tertio t̄ in septimo ethicorum omnis malus quo-  
 dāmodo ignorans est. o3 enī q̄ estimatio rationis  
 in peccante corrumpatur qui malus pro bono eligit.  
 Hoc autem cōtingit dupl̄titer. vel i vniuersali. vt  
 in particulari. rectam autem estimatiōem in parti-  
 culari corrumpit delectatio: vt philosophus in sexto  
 ethicorum dicit. t̄ etiāz alie passionēs que tunc in cē  
 homini non poterant p̄ter regulam ratiōis: t̄ ideo  
 oportet vt in vniuersali estimatio corrumperetur. t̄  
 ideo preceptum ad memoriaz reducit temptator: vt  
 estimatiōem rectam falsis suasionibus corrumperet  
 t̄ sic ad peccandum inclinaret. Vel dicendum vt di-  
 cit Aug. xi. super Gen. Ideo prius interrogauit ser-

pens t̄ responderet h̄ mulier: vt suaricatione esset i ex-  
 cusabilis nec villo modo dici posset illud quod prece-  
 perat deus oblitam fuisse mulierem: q̄ q̄ t̄ oblitio  
 precepti maxime vnus ad maximam culpam dam-  
 nabil negligentie pertineret. verum tamē euidētior  
 eius transgressio est cum memorie retinetur: t̄ tanq̄  
 in illo deus assistens presensq̄ cōtētur.

**D** secundum sic proceditur. videtur q̄ pec-  
 a  
 catu3 ade grauius fuerit omnibus aliis pec-  
 catis q̄ sicut dicit Aug. i libro de ciui. dei ma-  
 gna est enim in peccando iniquitas cui tanta est in  
 nō peccando facultas: sed Adam facilius potuit vi-  
 tare peccatum q̄ aliquis sequentium. ergo ipse gra-  
 uius peccauit. **C** Preterea Aug. dicit q̄ ex hoc ali-  
 quid est malum: q̄ adimit bonum: sed peccatu3 pri-  
 mi hominis plus de bono adem̄: totaz naturaz hu-  
 manam corrumpens: q̄ aliquid peccatorum sequē-  
 tium. ergo peius alijs fuit. **C** Preterea maiori cul-  
 pe maior pena debetur: sed peccatum ade graui-  
 me punitum fuit a deo. q̄ ad omnes posteros eius  
 pena extēditur. ergo grauius alijs fuit. **C** Preterea  
 videtur q̄ etiāz irremissibile fuerit: q̄ bonus gratie  
 excedit bonus nature: angelus quēz per peccatu3 a  
 statu naturalī tantūz cecidit s̄m opinionēz illorum  
 qui dicunt eos in naturalibus tantūz creatos: homo  
 autēz etiāz a statu gratie cecidit. Qu3 ergo tantūz ca-  
 sus sit grauior q̄ tū gradus sit altior: videtur q̄ irre-  
 missibilis fuerit peccatu3 ade q̄ etiam demonis.  
**C** Preterea bonus est potius q̄ malus: sed adāz p  
 peccatu3 totaz naturaz humanaz corrupit: q̄ in eo  
 originaliter erat. si ergo penitere potuisset: t̄ sic re-  
 mediūz peccati sui habere videtur q̄ totaz naturaz  
 humanaz reintegrare potuisset quod falsūz est: q̄ h̄  
 solus filius dei potuit. ergo idēz quod prius. **C** Cō-  
 tra illud quod habet plures rationes mali: magis ē  
 malus: sed adāz peccauit faciendo illud qd erat ma-  
 lus solus: q̄ prohibitu3: multo autēz peccant faciedo  
 illud quod est vtroq̄ modo malus t̄ s̄m se: t̄ q̄ pro-  
 hibitu3. ergo videtur q̄ multoz peccata grauiora  
 sint peccato ade. **C** Preterea peccatu3 quod est ex  
 certa malitia grauius est peccato quod est per igno-  
 rantiaz: sed peccatu3 primūz hominis fuit quodam  
 modo per ignorantiaz vt isra patebit. ergo videtur  
 q̄ eo multa grauiora sint que ex certa malitia gene-  
 rantur. **C** Respondeo dō q̄ in peccato possunt mul-  
 ta considerari: ex quibus peccatu3 grauitatez trabe-  
 re potest: t̄ contingit q̄ illud peccatu3 quod secundū  
 vnus est grauius secundū aliud leuius inueniatur.  
 illud tamen simpliciter grauius considerandūz est  
 quod secundum plura t̄ potentiora grauius inueni-  
 tur: t̄ precipue secundūz species peccati: quia quan-  
 titas consequens speciem peccati est peccato essen-  
 tialior q̄ que circumstantias peccati segt. Sedm h̄  
 ergo dicendū q̄ peccatu3 ade quantūz ad hoc gra-  
 uius alijs fuit q̄ minori temptatione pulsatus ceci-  
 dit: t̄ q̄ facilius resistere potuisset: sed quantum ad  
 speciem peccati: t̄ quantum ad alias circumstantias  
 que peccatu3 magis exaggerant multa grauiora pec-  
 cata sunt secuto. et per hoc patet responsio ad p̄mū.  
**C** Ad secundum dicendum q̄ hoc fuit per accidēs  
 q̄ maiorem lesionem intulit ex hoc q̄. s. naturam in  
 tegrā inuenit. vnde non sequitur q̄ grauius ceteris  
 fuerit: q̄ hoc idem etiāz sequentia peccata fecissent  
 si talem naturam inuenissent. sicut t̄ s̄m peccatū mor-  
 tale gratiam non priuat: q̄ eam non inuenit: sed p̄i

uaret si inueniret. **C** Ad tertium dicendum quod pena peccati Ade dupliciter dicitur. vna que debet sibi in quantum est quoddam singulare peccatum et personale: et sic multis aliis peccatis grauior pena debita fuit. Alia que debet sibi indirecte ratione infectionis originis peccati ex ipso create: et sic maxima pena ipsius primi peccatum secuta est: sed grauitas huius pene non commensuratur quantitati primi peccati: ut fuit quoddam personale peccatum: sed secundum quod corrupta natura. **C** Ad quartum dicitur quod quibus gratia excedat naturam: tunc quod potentia naturalis est que substantiam actus animi nistrat qui ex gratia informatur: ideo defectus naturalis boni magis excusatur peccati actum quam etiam careria gratie. gratia enim non eleuat hominem: ut statim elicitur actum intellectus deiformis quod tamen angelus ex natura habet: et ideo magis facit ad irremediabilem peccati superioritatem nature quam excessus gratie. Causa tamen quare peccatum angeli est irremissibile et non peccatum hominis supra in tractatu de angelis dicta est. **C** Ad quintum dicendum quod sicut homo per se gratiam amittere potest nec tamen per se potest gratiam recuperare: quod gratia virtutem nature excedit ita etiam homo potest integritatem innocentie amittere que conditionem nature excedebat ut dictum est nec tamen potuit eam recuperare nisi ille qui supra naturam erat: nam gratia que postmodum ad reditum creditur non nisi ad actus personales se extendebat. unde naturam in illud quod supra se esse eleuare non poterat. scilicet in originalem iustitiam et impassibilitatem que supra conditionem principiorum nature humane erat.

**T**ertium sic proceditur. videtur quod Adam in primo statu venialiter peccare potuit. dispositio enim precedit perfectionem: scilicet veniale est dispositio ad mortale. ergo videtur quod prius venialiter quam mortaliter peccauerit. **P**reterea licet. ar. se habet ad opposita: et precipue si confirmatum non sit: scilicet licet. ar. hois in primo statu confirmatus non erat. sic poterat non peccare venialiter: ita et poterat peccare venialiter. **P**reterea. quicquid potest id quod plus est potest illud quod minus est: sed plus est peccare mortaliter quam venialiter. cum ergo potuit peccare mortaliter potuit peccare venialiter. **P**reterea mortale peccatum magis repugnat rectitudini et gratie quam peccatum veniale: sed rectitudo innocentie non impediatur quomodo mortaliter peccare posset. ergo multo minus impediatur quin etiam venialiter peccaret. **P**reterea impossibile est quod aliquis credat vel extimet illud de cuius contrario certus est. sed Adam ut dicit Augustinus credidit peccatum quod ipse committeret veniale esse. ergo ipse nesciebat se non posse venialiter peccare: sed si non potuisset se nescire se non posse: quod hoc nobilitatis in eo erat: et inconueniens est nos habere nobilissimos habitus et nos lateant ut philosophus dicitur secundo posteriorum. ergo Adam venialiter peccare potuit. **S**i dicatur quod non potuit peccare venialiter: quod non poterant inferiores vires auerti nisi prius ratio superior auerteretur. **C** Contra in ratione superior non tantum est peccatum mortale: sed et veniale. ergo potuisset deordinario aliqua in superiori ratione fuisse per veniale peccatum sicut et quando aliquis aliquem motum infidelitatis sentit. **S**ed contra. peccatum veniale in nobis creatur ex pronitate ad peccandum: et ex quadam impulsione carnis corrupte: sed hoc totum per peccatum secutum est. ergo

videtur quod ante mortale peccatum veniale peccatum esse non potuit. **P**reterea prius motum non commouet magnam virtutem: sed veniale peccatum prius habet motum in quo appetitus non ut in fine quiescit. ergo cum virtus humana in primo statu esset fortissima videtur quod per veniale peccatum commoueri non poterat. **H**oc dicitur quod sicut supra dicitur est taliter prius status relictus ut superior per rationis deo subiceret cui subiceret inferiores vires quod subiceret corpus: ita quod prima subiectio erat causa secunde: et sic deinceps manente autem causa maneret effectus. vnde sicut quod dicitur homo erat subditus deo nihil in corpore partibus contingere poterat contrarium anime ita etiam nihil in viribus anime contingere poterat quod superior ratio non ordinaret in deum. quod autem in deum recte ordinatum est veniale peccatum non est: ita veniale peccatum in primo statu contingere non poterat: sicut nec mors nisi prius ordo metis ad deum tolleretur quod sine peccato mortali fieri non potuit. **C** Ad primum ergo dicendum quod duplex est dispositio. quedam est que necessaria est ad esse eius ad quod disponit: et habet semper precedit illud ad quod disponit: sicut calor formam ignis. quedam vero dispositio ordinatur ad facultatem eius ad quod disponit quod quidem sine ea esse potest: sed non ita de facili: sicut quod ligna per funditur oleo ut inflammetur citius: et sic veniale peccatum est dispositio ad mortale. **C** Ad secundum dicendum quod Adam in primo statu habebat licet. ar. ad peccandum venialiter: sed habet non poterat in actus errare nisi prius peccaret mortaliter: et ratio huius dicta est. ut potest dici quod comparando licet. ar. ad obiectum suum confirmatum non erat: sed comparando vnum ordinem ad alium habebat quandam confirmationem ut. scilicet inferior ordo superiorem inuolabiliter sequeretur. **C** Ad tertium dicendum quod differt in potentis actiuis et passiuis: quod in potentis actiuis quod potest in plus etiam in minus potest ut qui potest ferre lib. potest etiam ferre. r. In potentis autem passiuis est conuerso: qui enim potest pati a paruo potest etiam pati a maiori: ut si aliquis potest vinci ab vno potest etiam vinci a duobus: sed non conuertitur: et talis potest est peccandi. qui enim peccat a peccati sui concupiscentia vincitur. **C** Ad quartum dicendum quod recitudo originalis iustitie in tantum repugnabat culpe mortali: ut simul cum ea esse non posset tamen culpa mortalis que ei opposita erat ipsa priuare poterat. Venialis autem culpa nec priuare iustitiam originalem poterat cuius principium erat in ordine superioris prius in deum a quo veniale peccatum non separatur nec simul poterat cum ea esse propter ordinem inferiorum sub superiori. **C** Ad quintum dicendum quod Adam si peccare non posset venialiter tamen poterat de hoc certus non esse. quod enim habitus nobilissimus non si lateant intelligitur de habitus cognitue prius de quibus perfectio certitudo est non autem de habitus affectiue que lateant ut in caritate patet. **E**t preterea si seiuisset in vniuersali poterat in particulari non considerare. **V**el melius dicendum quod veniale dicitur tripliciter. scilicet veniale ex genere ut verbum otiosum veniale ex causa: ut quod ex infirmitate vel ignorantia geritur quod excusabilitatem quandam habet et est veniale ex euentu: sicut culpa precedentem mortalem confirmationem sequens veniale facit ut Ambrosius dicit: quod relinquit reatus temporalis pene. cum ergo Augustinus dicit quod creditur peccatum esse veniale intelligitur veniale ex causa

quod quandoq; etiam mortale est simpliciter. **C** Ad  
ferum dicendum q; sicut in pre intellectiva specula  
tiva suprema pars est que principiis per se notis in  
heret: ita in ratione practica suprema ps est que fini  
adheret: q; finis in operabilibus est sicut principius  
primum indemonstrabile in speculatiuis vt in sexto  
et septimo ethico: pbus dicit et hec ps non potest  
deordinata esse nisi per peccatum mortale quod sine  
hriū ponit ab ordine aut huius ptis totus ordo origi  
nalis iustitie dependebat: et ideo nisi prius mortali  
peccasset nulla inordinatio in eo esse potuisset. Dia  
bolus per serpentem temptabat in quo loquebatur.  
Modus i quo angeli boni vel mali i assumptis cor  
porib; loqui possunt supra. d. viii. tactus ē. Serpens  
dictus est esse callidior et videtur hoc esse falsus: q;  
quodcuq; al' Diabolus assumpsisset eandem calidi  
tatem habuisset: si propria caliditate astutus nō erat  
vt ipse subdit. Sed dō q; in hīs que visibiliter ge  
rebantur ea que non videntur intelligi poterāt. serpens  
autem: et si astutiam ad nocendū hōi spūaliter ex se nō  
hret habz tamen astutiam ad nocendū sibi corporali  
ter. vnde astutia exterior: serpentis astutiam spūales  
demonis designat. et iō callidior alius aiantibus dici  
tur ppter astutiā demonis qua mouebat p quā: et dia  
bolus designabat. Sicut per energuminos et phana  
ticos Energumini dicunt quasi interius laborantes  
ab en quod est in et erge quod est labor phanatici di  
cuntur et hoc q; in phanis vel templis ydolorum a  
demonibus responsa accipiebant: sed vtrūq; hic pro  
areptis a demone accipitur Auaritia imoderata hū  
di cupiditas et c. Hoc quod hic dicitur de auaritia si  
est intelligendū de ea fm q; est spāle vitium vñ de  
vii. capitalibus: q; sic non differt a superbia que est  
appetitius imoderatus proprie excellentie. sed sumi  
tur hic auaritia prout est generale vitium ad omnia  
peccata que in appetitu quorūcuq; bonoz naturalū  
consistunt vt curiositas superbia et huiusmodi vt di  
stinguit Aug. xi. super Gene.

Di.

Vigesimasecunda.

De origine illius peccati.

**I**c videtur diligentē i  
uestiganduz  
b esse que fuerit origo et radix illi  
peccati. Quidam putant quan  
dam elationem in animo homi  
nis precessisse: ex qua diaboli suggestioni cō  
sensit. Quod videtur Aug. innuere sup Ge  
nesim ita dicens. Non est putandum q; hō  
deiceret nisi precessisset in eo quedam elatio  
comprimenda vt per humilitatez peccati sci  
ret q; falso de se presumpserit: et q; non bene  
se habet natura si a faciente recesserit. Item i  
eodem. Quomodo verbis temptatoris cre  
deret mulier deum se a re bona et vtili probi  
buisse: nisi inesset eius menti amor ille pprie  
potestati: et de se superba presumptio? Que  
per temptationem fuerat conuincēda aut pi  
mendā. Deniq; non contenta suasionē ser

pentis: asperit lignum bonum est: decoruz  
aspectu: nec credens se inde posse mori forte  
putauit deum alicuius causa significationis  
illud dixisse. Ideo comedit et dedit viro suo  
fortassis cum aliqua suasionē quam scriptu  
ra intelligenda reliquit. Vel forte nō fuit sua  
deri necesse: cum eam mortuam esse illo cibo  
inuideret vir. Sicut ergo non est permittus  
diabolus temptare feminam nisi per ser  
pentem: ita nec virum nisi per feminā. At sic  
preceptum dei per virum venit ad mulierem  
ita diaboli temptatio per mulierem ad virum  
transiret.

Quod aliter locutus est diabolus mulie  
re q; in serpente.

**I**n muliere vero que rationalis erat  
non est ipse locutus vt in serpente: s;  
persuasio eius quis instinctu adiuua  
ret interius: quod per serpentem gerebat ex  
terius. Ex predictis temptationis mod; at  
q; progressus insinuat. Nec non etiam quod  
prediximus innui videt. s. q; temptationem  
precesserit quedam electio et presumptio in  
mente hominis.

Obiectio contra illos qui dicunt elatio  
nem precessisse in mente.

**Q**uod si illa fuerit: non igitur alterius  
suggestione postorius peccauit: cum  
auctoritas tradat: ideo peccatum dia  
boli incurabile esse: quia non suggestione: s;  
propria superbia cecidit. hominis vero cura  
bile quia non per se: sed per alium cecidit. et  
ideo per alium surgere potuit. Quocirca pre  
dicta Aug. verba pium ac diligentem lecto  
rem efflagitant: que sic itelligere sane quim?  
Nō deiceret homo. s. in actu illius pecca  
ti vt scilicet lignum vetitū ederet: et in has mi  
serias per temptationem diaboli: nisi elatio  
comprimenda precessisset: non vtiq; tempta  
tionem: sed oppus peccati. Talis enim fuit  
ordinis processus. Diabolus temptando di  
xit. Si comederit erit sic dii: scientes bonū  
et malum. quo audito statim menti mulieris  
subrepsit elatio quedam et amor proprie po  
testati. Ex quo placuit ei facere quod diabo  
lus suadebat: et vtiq; fecit. Suggestione igitur  
peccauit. quia temptatio precessit ex qua in  
mente eius orta est elatio: quam peccatū ope  
ris secutum est et pena peccati.

Que fuit elatio mulieris.

**T**alis quidem elatio in mente mu  
e lieris fuit p certo: qua credidit et vo  
luit habere similitudinez dei cū equa  
litate quadam putans illud esse verum quod

diabolus dicebat. & ideo specialiter mulierem commemorat Aug. inquitens. Quomodo crederet mulier diabolo nisi esset in mente eius de se superba presumptio. Et quod ibi sequitur. scilicet que per temptationem fuerat convincenda vel perimenda: ad mulierem referendum est: ut intelligat: que mulier non elatio fuerat per temptationem &c.

Que fuit elatio viri: an crediderit & voluerit quod mulier.

Olet queri vtrum illa talis elatio et amor proprie potestatis in viro fuerit sicut in muliere. Ad quod dicimus quia Adas non fuit seductus eo modo quo mulier. Non enim putauit esse verum quod diabolus suggererat. In eo tamen fuisse seductum credi potest quod commissum veniale putauerit quod peremptorium erat. Sed nec prior seductus fuit: nec in eo in quo mulier: ut crederet deum illud lignum idcirco tangere prohibuisse: quia si tangerent fierent sicut dii. Verumtamen prevaricator fuit Adam ut testatur apostolus. Potuit ergo aliqua elationi eius inesse illico post temptationem ex qua voluit lignum vetitum experiri: cum mulierem non videret mortuam esca illa percepta Unde Aug. super Genesim. Cum apostolus Adam prevaricatorem fuisse ostendat dicens in similitudinem prevaricationis Adae: seductum tamen negat. Ubi ait Adas non est seductus: sed mulier. Unde & interrogatus non ait: mulier seduxit: me sed dixit. de dit mihi & comedi. Mulier vero inquit. serpens seduxit me. Hanc autem seductionem proprie vocavit apostolus per quam id quod suadebat cum falsum esset: verum putatus est. quod deus lignus illud ideo tangere prohibuerit: quia sciebat eos si tetigissent sicut deos futuros tanquam eis diuinitatem inuideret: qui eos homines fecerat. Sed & si virum proprie aliquam mentis elationem que deum latere non poterat: sollicitauit aliqua experendi cupiditas: cum mulierem videret: accepta illa esca non esse mortuam. non tamen eum arbitror si ias spirituali mente peditus erat vlllo modo credidisse quod diabolus suggererat.

Quis plus peccauit Adam vel Eva.

Ex quo manifeste aduertiri potest quis eorum plus peccauerit: Adam. scilicet vel Eva. Plus enim videtur peccasse mulier que voluit usurpare diuinitati equalitatem & nimia presumptione elata: credidit ita esse futurum. Adas vero nec illud credidit: & de penitentia & dei misericordia cogitauit dum

uxori morem gerens eius persuasioni consentit: nolens eam contristare: & a se alienatas relinquere: ne periret. arbitratus illud esse veniale: non mortale delictus. Unde Aug. apostolus inquit. Adam non est seductus. Quod vtiq; ita accipi potest: ut intelligat non esse seductus prior. scilicet vel in eo in quo mulier ut. scilicet crederet illud esse verum. Eris sic dii. Sed putauit vtrunq; posse fieri: ut & uxori morem gereret. & per penitentiam veniam haberet. Vbi nus ergo peccauit qui de penitentia & dei misericordia cogitauit. postquam enim mulier seducta manducauit: eiq; dedit ut simul ederet noluit eam contristare: quam credebat sine suo solatio contabescere: & a se alienatam omnino interire. Non quidem carnali victus concupiscentia. quam nondum senserat: sed amicabilem quadam beniuolentia. qua plerumq; fit. ut offendant deus ne offendant amicus. quod eum facere non debuisset. diuine sententie iustus exitus indicauit. Ergo alio quodammodo ipse etiam deceptus est. Inexpertus enim diuine severitatis in eo falli potuit. ut veniale crederet esse commissum. sed dolo illo serpentina quo mulier seducta est. nullo modo arbitror illum potuisse seduci. Ex his datur intelligi quod mulier plus peccauerit in qua maioris tumoris presumptio fuit. Que etiam in se & in proximum & in deum peccauit. Vir autem tantum in se & in deum peccauit. inde etiam colligitur quod mulier plus peccauerit. quia grauius punita est. Cui dictum est. in dolo rapies filios &c.

Quod predictae sententiae aduersari videtur.

Ad hunc videtur contrarius quod Aug. super Genesim de viro & muliere peccatum suum excusantibus ait. Dixit Adam. Mulier quae dedisti mihi. dedit mihi & comedi. Non dicit peccavi. Superbia enim habet confusionis deformitatem: non confessionis humilitatem. Nec etiam mulier confitetur peccatum. sed refert in alterum dicens. Serpens decepit me. & comedi. in impari sexu: sed pari fastu. Ecce hic dicit Aug. quia parem fastum habuit mulier cum viro. Pari ergo superbia & pari peccauerunt. Sed hoc ita determinari potest ut dicamus pariter vtriusque fuisse fastum in excusatione peccati & in esu ligni vetiti. sed disparem & in muliere multo maiorem in eo quod credidit & voluit esse sic deus. quod non vir. Verumtamen & de viro legitur quod voluit esse sic deus. dicit enim Aug. super illum locum psalmi. Quando rapui tunc exolebam. Rapuit enim Adas

Et Eva presumens ut diabolus de divinitate. Rapti voluerunt divinitatem et perdidit felicitatem. Item super illud locum psalmi. Deus quasi similis tibi. Qui pro se vult esse ut deus: puerse vult esse similis deo. ut diabolus qui noluit sub eo esse et homo qui ut servus noluit teneri precepto sed voluit ut nullo sibi dominante esse quasi deus. Item super illud locum epistolae. non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Quia non usurpavit quod suum non esset: ut diabolus et primus homo.

Quorundam sententia quod Adam ambierit esse ut deus: sed non credidit esse possibile.

Deo quibusdam videtur quod etiam Adā ambierit esse sic deus: non tamen id credidit posse fieri. et ideo falsum est quod diabolus promittebat: cognovit. et licet divinitati equalitates concupiverit: non tamen adeo exarsit: nec tanta est affectus ambitione: sic mulier quae illud posse fieri putavit. et ideo magis illud ambiendo superbiuit. Virum autem aliqua forte ambitionis. subreptio movit: sed non ita ut illud putaret verum vel possibile fore. Aliis autem videtur ideo dictum esse quod Adā illud voluerit: quia mulier de eo sumpta illud voluit sic inquitur peccatum dicitur per unum hominem intrasse in mundum. id est in humanam naturam: cum tamen mulier ante virum peccaverit: quia per mulierem intrauit de viro factam. Vel potius ideo per hominem dicitur intrasse: quia etiam peccante muliere: si vir non peccasset humanum genus minime peccati corrupti periret. Adinus ergo peccavit vir quae mulier.

Obiectio contra id quod dictum est virum minus peccasse.

Is autem opponi solus hoc modo tribus modis ut ait Isidorus peccatum gerit. scilicet ignorantia infirmitate et industria. Et gravius est infirmitate peccare quam ignorantia. Graviusque industria quam infirmitate. Eva autem videtur ex ignorantia peccasse: quia seducta fuit. Adam vero ex industria: quia non fuit seductus ut apostolus ait. Ad quod dicitur: quia licet Eva in hoc pro ignorantia deliquerit: quae putavit verum esse quod diabolus suadebat: non tamen in hoc quin noverit illud dei esse mandatum: et peccatum esse et contra agere. et ideo excusari a peccato per ignorantiam non potuit. Est enim ignorantia que excusat peccantem: et est ignorantia que non excusat. et est ignorantia vincibilis: et est ignorantia invincibilis. Excusatio omnis tollit ubi mandatum non ignorat.

De triplici ignorantia quae excusat et quae non.

St autem ignorantia triplex eorum scilicet qui scire nolunt cum possint. que non excusat: quia et ipsa peccatum est. et eorum qui volunt: sed non possunt. que excusat et est pena peccati et non peccatum: et eorum qui quasi simpliciter nesciunt: non renuentes vel proponentes scire. que neminem plene excusat: sed sic fortasse ut minus puniat. Unde Augustinus ad valentinum. eis auferet excusatio qui mandata dei noverunt. quae solget habere homines de ignorantia. et licet gravius sit peccare scienter quam nescienter. non ideo tamen confugiendum est ad ignorantie tenebras ut in eis quisquam excusationem requirat. Aliud est enim nescisse. aliud scire noluisset. quia in eis qui intelligere noluerunt ipsa ignorantia peccatum est. In eis vero que non potuerunt pena peccati. Ignorantia vero que non est eorum qui scire volunt. sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt nullum sic excusat ut eterno igne non ardeat. sed fortasse ut minus ardeat. Non igitur mulier excusationem habuit de ignorantia cum et mandatum noverit: et peccatum esse secus agere non ignoravit.

Unde processerit consensus illius peccati cum natura hominis esset incorrupta.

Olet etiam queri: cum sine vitio esset natura hominis: unde consensus mali processerit? Ad quod responderi potest. quia ex libero arbitrio proprie voluntatis fuit. et in ipso enim et in alio causa extitit. ut fieret deterior. In alio quia in diabolo: qui suavit. in ipso quia voluntate liberi arbitrii consensit. et cum liberum arbitrium sit bonum. ex re utique bona. malus ille consensus provenit. et ita ex bono malus manavit. De hoc autem in sequenti plenius tractabitur. cum origo mali. et in qua re calefcat: investigabitur.

An voluntas processerit illud peccatum.

Quero queritur utrum voluntas illud peccatum processerit: Dicimus quia peccatum illud. et in voluntate et in actu consistit. et voluntas actum processit. Sed ipsam voluntatem alia hominis voluntas mala non preit atque ex diaboli persuasione et hominis arbitrio. illa voluntas mala prodiit. qua iusticiam deseruit. et iniquitatem inchoavit et ipsa voluntas iniquitas fuit.

Se diligenter videtur inuestigandus  
 7c. Postq̄ determinauit principium  
 humani casus ex pre temptatoris.  
 Hic determinat principium intrinse  
 cum ex pre ipsius hominis peccatis.

Et diuidit i pres duas. In prima inq̄  
 rit quod fuerit in homine primum peccatum origo 7  
 radix peccatorum sequentium. In secunda inquit  
 quid fuerit principium illius primi peccati. ibi. So  
 let etiam queri 7c. Prima diuiditur in partes tres.  
 In prima dicit q̄ primum peccatū i hoīe fuit elatio.  
 In secunda ostendendo q̄ diuersimode fuit in viro  
 7 muliere. ibi. Et talis quidem elatio. In tertia ex h  
 concludit peccatum mulieris grauius peccato viri  
 fuisse. ibi. Ex quo manifeste animaduerti potest. Cir  
 ca primum tria facit. Primo ponit quorūdam opinio  
 nem 7 rōnis eorum ponentium superbiam in corde  
 hominis etiam temptacionem demonis precessisse.  
 Secundo obicit incontrarium. ibi. Quod si ita fue  
 rit 7c. Tertio determinat veritatem. ibi. Quod cir  
 ca predicta Aug. Et tal quidā 7c. Hic ostendit qual  
 fuerat elatio viri a mulieris. Et pmo qual fuerit ela  
 tio mulieris. 2º qual fuerit elatio viri. ibi. Solet q̄ri  
 vtrū tal ex q̄ māifeste 7c. Hic claudit ex p̄dictis q̄ pec  
 catū mulieris graui⁹ fuit peccato viri. Et pmo ostendit  
 ppositū. Secundo obicit incontrarium. ibi. Sed h  
 videtur contrarium. q̄ autem peccatum mulieris  
 grauius fuerit ostendit tripliciter. Primo ex moti  
 uo ad peccandum: q̄ ex maiori superbia. Secundo  
 ex offensa: q̄ in plures peccauit. ibi. Que etiam se.  
 Tertio ex pena: quia grauius punita est. ibi. Inde et  
 colligitur. Sed h videtur contrariū 7c. Hic obicit  
 hoc quod dictum est. Et primo ostendit equale fuis  
 se peccatum. Secundo ostendit peccatū viri fuisse gra  
 uius. ibi. Hic autem opponi solet. C Circa p̄mum  
 duo facit s̄m q̄ duas auctoritates contra definita in  
 ducit. Secunda incipit. ibi. Verumtamen 7 de viro  
 7c. Quelibet autem istar p̄tū diuidit in obiectiones  
 7 responsionem. Solet etiam queri 7c. Hic inquit  
 quod fuerit principium illius peccati: 7 diuidit i duas  
 pres s̄m q̄ duas mouet q̄ones. Secunda incipit. ibi.  
 Si vero queritur 7c. Hic duo querunt. Primo de  
 peccato primi hoīs. Secundo de ignorantia. C Cir  
 ca primum querunt tria. Primo quod fuerit primū  
 peccatum s̄m genus. Secundo qd hō peccando ap  
 petiit. Tertio qd plus peccauit vtrū vir vel mulier.

Primum sic pcedit. videt q̄ supbia nō fuit  
 primū hoīs peccatū. Dissidere enim verba  
 diuina peccatū infidelitatis est: sed peccatus  
 hoīs ex hoc pcessisse: vt q̄ verba dei discedit: vel  
 de eis dubitauit vt supra dictū est. ergo p̄mū pecca  
 tū hoīs fuit infidelitas. C Pre. in sp̄iali edifitio pri  
 mū fundamentū est fides vt heb. xi. d̄r: sed fidei oppo  
 nit infidelitas. ergo etiā in p̄gressu p̄ditionis huma  
 ne p̄mū peccatū fuit infidelitas: 7 nō supbia. C Pre.  
 Ro. v. d̄r per inobediētiā vnus hoīs peccatores  
 constituti sunt multi: 7 loquit̄ ibi de peccato p̄mi hoīs  
 per peccatū enī mors in mūdū intrauit. ergo p̄mum  
 peccatū est inobediētia. C Pre. species peccati de  
 terminatur ex motiūo ad peccandū: sed mulier mo  
 ta fuit ad peccandum ex delectabili s̄m gustum. vn  
 de dicitur Gene. iii. videns. ergo mulier lignū 7c.  
 Cum ergo circa delectabile ad esum sit gula: videt̄  
 q̄ primum hominis peccatum non gula. C Pre. re.  
 promisso demonis mulierem ad peccandū i nstiga

uit: sed demon promisit perfectionem scientie. ergo  
 ex appetitu scientie peccauit: sed imoderatus appe  
 titus sciendi ē curiositas. ergo p̄mū peccatū ē curio  
 sitas. C Pre. re. quicūq̄ non facit illud qd̄ facere  
 tenet peccat peccato omissionis: sed tenebat homo i  
 temptacione conferre de precepto iniuncto: q̄ si con  
 sultisset non peccasset. ergo videtur q̄ peccato omis  
 sionis primo peccauerit. C Pre. re. primum pec  
 catum hominis fuit radix: 7 origo sequentium pecca  
 torum: sed sicut d̄r. i. Thi. vult. Ad adū diuim maloz  
 est cupiditas. s̄ vt q̄ p̄mū peccatū fuit cupiditas: et  
 non supbia vel electio vt in l̄ra d̄r. C Sz. p̄. ē qd̄ d̄r  
 eccle. xi. initium d̄is peccati superbia est: sed in p̄mo  
 peccato hoīs oē peccatū initium sumpsit. ergo pecca  
 tū fuit superbia. C Pre. diabolus temptas hominē  
 sui imitatorē coactus est reddere: sed demon per su  
 perbiā peccauit vt supra dictū ē. ergo 7 hō. Respon  
 deo d̄d q̄ contingit q̄nq̄ i vno actu pluriū peccatorū  
 deformitates inueniri: sed illa deformitas est: sed in  
 paliō: 7 formalitor cōplēs sp̄ez peccati que ex princi  
 pali motiūo relinquit̄ in qd̄ ordinant̄ alia. q̄ finis ē  
 id qd̄ p̄mū cadit in voluntate ex qua est origo pecca  
 ti: 7 ex fine actus morales specificant̄. vnde p̄bs d̄r  
 i. vi. ethicor q̄ si aliquis mechaf: vt accipiat lucrū  
 magis auarus seu iniustus q̄ mechus est. s̄m hoc di  
 co q̄ in primo peccato hoīs multe deformitates ap  
 parent. vnde magister supra in eo notauit gullā ina  
 nē gloriā 7 auaritiā merito propter quod vnum pecca  
 tū multiplex potest dici: nihilominus tamen sunt oia  
 alia materialia respectu superbie: q̄ ad finē excellē  
 tie cōtinere omnia ordinant̄ sic promisso demonis ē  
 que ad peccatum instigauit dicit enim: Eritis sicut  
 dii Gene. iii. 7 merito vtriusq̄ peccatum 7 demonis  
 7 hominis incipit: q̄ omnium aliorum peccatorum  
 defectus aliquis occasio solet esse sola vero superbia  
 est que fundamentum et perfectione fuit. vnde  
 Aug. dicit q̄ etiam bonis operibus insidiatur vt pe  
 reant. C Ad primum ergo dicendum q̄ non credi  
 derunt deum falsum dixisse h̄ enim simpliciter infi  
 delitatis fuisset: sed crediderunt forte alio modo in  
 telligendum fore verba. vel ad aliquid significādū  
 dictum. Vel d̄d q̄ ex ipsa electione qua illud qd̄ pro  
 mittebatur appetebant oculis mentis impeditus fu  
 it ne actualiter veritatem diuini dicti attenderēt s̄m  
 q̄ ois mal⁹ aliquo modo ignorans est: s̄ talis igno  
 rantia vel dubietas etiam credendo: um infidelita  
 tem non facit. C Ad secundum dicendum q̄ ordo cō  
 positionis est contrarius ordini resolutionis: q̄ qd̄ ē  
 primum in compositione est vltimum in resolutione  
 7 ideo non sequitur q̄ si fides ē prima in compositio  
 ne edificat̄ spiritalis q̄ infidelitas sit prima in reso  
 lutione eiusdem. C Ad tertium dicendum q̄ inobe  
 dientia dupliciter sumitur. quandoq̄ enim est sp̄ale  
 peccatum quando. s̄. ex contemptu precepti. aliquis  
 specialiter peccat: quandoq̄ autem sumitur prout ē  
 conditio generalis consequens omne peccatum mor  
 tale. cum enim preceptum legis actus omnium vir  
 tutū ordinat̄ p̄ns est vt quodlibet vitū transgressio  
 nem annexam precepti habeat 7 inobediētiā: 7 sic  
 dicitur per inobediētiā vnus 7c. C Ad quartū  
 dicendum q̄ motiūo gule non fuit principale motiūū  
 s̄ secundariū 7 ordinatū ad aliud vt dictum ē. C Ad  
 quintū d̄d q̄ n̄ peccauit mulier i hoc q̄ appeteret sciaz  
 eoz q̄ ad ipsam nō p̄tinebāt: q̄ h̄ curiositas fuisset: s̄  
 in hoc q̄ in scia omnētā desiderauit vt in hoc quo



dāmodo deo equare. **C** Ad. vi. dō. q̄ nō tenebat  
tūc p̄ferre: q̄ ē sine collatōe poterat tēptationi resi  
stere. Vel dō melius q̄ fuit ibi omissio nō put ē spāle  
peccatū: s̄ put ē oīs oē peccatū. In oi. n. p̄to cōe ē  
h̄ q̄ aliquis nō facit qd̄ in se est ad resistendum pec  
cato quod si faceret non peccaret. **C** Ad. vii. dō q̄  
cupiditas triplr̄ sumitur. Uno mō put est spāle pec  
catum: et h̄z materiā spālem. s. bona ad vsum vite p̄  
tinētia prout possident: et sic non est radix oīs pecca  
ti nisi p̄m q̄ infra magister dicit q̄ nō est aliqd̄ gen<sup>o</sup>  
peccati qd̄ non interdū ex auaritia oriatur. Secūdo  
mō d̄r cupiditas vt est generale peccatum prout est  
imoderatus appetitus habendi quodcūq̄z vel sciaz  
vel possessionē vel quodlibet aliud: et hoc mō similr̄  
dicit in p̄mo peccato hoīs esse auaritia: et hos duos  
modos ponit Aug. xi. super Gene. Tertio modo p̄  
ut non est peccatū: sed radix peccati prout dicit quā  
dā p̄nitentem appetitus vt inclinē ad aliquid inor  
dinate apertendum in actu: et constat q̄ primo modo  
vt cupiditas est speciale peccatum homo ex auari  
tia non peccauit.

**D** secūdū sic p̄cedit. videt q̄ peccatū hoīs  
a non fuerit in hoc q̄ appetit esse sicut deus  
cōpleta enī volūtas prudētis de impossibili cō  
nō pōt: et p̄cipue de illo qd̄ in apprehensione non cadit:  
sed aliq̄a creaturā eē sicut deus ē impossibile nec in  
tellectu capi pōt. q̄ h̄ mō non appetit cū prudentiaz  
et reliquas virtutes h̄t vt infra magister dicit. Si  
dicat q̄ non appetit esse sicut deus p̄ equalitatem: s̄  
p̄ similitudinē. **C** d̄tra. sicut dicit Aug. amor est eozū  
que habent: sed appetitus eozū q̄ nō habent. cū ergo  
hō in sui creatione ad dei similitudinē factus sit: vt  
q̄ h̄ hō nō appetit. **C** p̄re. constat q̄ malū p̄ expien  
tiā deus scire nō pōt: sed scia boni et mali intelligitur  
de malo p̄ expientia que prius erat per cognitionez  
rū. ergo vt q̄ ex h̄ q̄ appetit sciam boni et mali dei  
similitudinē non affectauit. **C** p̄re. p̄bs dicit in. r.  
ethicoz q̄ debemus nos in diuina trahere quantuz  
possumus: qd̄ ipse nobis diuina nō inuidet vt quidā  
poeta mentiebat. **D**yo. aut̄ Aug. dicit q̄ ad deum  
accedit nō loco: sed similitudine. cū ergo ad ipsuz ac  
cedere debeamus vt in p̄s. d̄r accedente ad eum et  
illu. vt q̄ non peccauit in hoc q̄ dei similitudinē ap  
petiit. **C** p̄re. nullus peccat in appetendo illud qd̄  
naturaliter desiderat: sed oēs homines vt p̄bs dic  
natura desiderat scire. cū q̄ nō appetit diuinā simili  
tudine nisi in scia vt verba serpentis ostendūt: vt q̄ i  
appetēdo dei similitudinē nō peccauit. **C** Sz̄ est  
qd̄ in l̄ra d̄r p̄ Aug. qui peruerse vult esse sicut deus  
peruerse vult eē filis deo vt diabolus et hō. **H**oc etiāz  
vt ex ipsope dei qd̄ Gene. iii. ponit ecce Adā qua  
si vnus ex. no. r̄c. **C** Respōdeo d̄r q̄ hō quantuz  
ad aliqd̄ appetit eē sicut deus quātū vero ad aliqd̄  
nō. Si enī sicut dicat equalitatem in aliq̄ p̄fectione sic  
hō noluit q̄ ipse h̄tēt tāta sciētia: vel potētia: vel bo  
nitate quātā h̄z deus: qz hoc ipm̄ impossibile et incogi  
tabile ē: sed quātū ad aliq̄nē modum habendi voluit  
deo parificari tam homo q̄z diabolus vt. s. vterq̄z ha  
beret perfectionem: sibi datam sicut habet deus p̄m  
aliquem modum: sed differenter: quia superbus an  
gelus appetit talem equalitatem in potestate: s̄z ho  
mo in scientia: cuius ratio est: quia primus angelus  
inter alias creaturas excellentior erat. vnde quodā  
modo ex ordine sue nature influentiam super alias  
creaturas habebat: voluit. ergo dignitati sue nature

inīus vt ipse principium quoddam creaturaruz se  
quentium existeret: et gubernationis: et cālitatis cuius  
dam modi: tamen sub primo principio a quo suā po  
tentiam recognoscebat: sed hoc p̄m dignitatem natu  
re sue adipisci p̄sumebat non ex diuino munere su  
peraddito. homo vero qui creaturis inferioribus su  
perpositus erat vt eas regeret: et eis vteret non tā  
per potentiam q̄z per prudentiam: hoc modo appe  
tur vt per nature sue conditionem: et ligni prohibiti  
edulium tantam scientie plenitudinem consequere  
tur vt ex lumine propzie rationis quod tamen a deo  
sibi collatum esse credebatur: et seipsum regeret in om  
nibus: et inferiora sibi subiecta. Unde Aug. dicit q̄ nō  
luit vt seruus teneri esse p̄cepto quasi ab alio regu  
la per lumen naturali lumini superadditum. Et h̄ ē  
verba serpentis ostendunt: qui promisit scientiā bo  
ni et mali quod ad actiones pertinet: et ad guberna  
tionem rerum. **C** Ad primum ergo dicendum q̄ elat  
io in tantum cecat oculos mentis vt illud estimet  
esse possibile: quod possibile non est. vnde potuit esse  
vt ad verba serpentis homo excellentiam inordina  
te appeteret in cōi: ex illo appetitu vero excecatus  
peruersum iudicium de impossibili proferret: et sic  
appetitus declinaretur ad hunc excellentie modum.  
Vel d̄r q̄ equalitatem equipantē quod impossibile  
est et cogitari non potest non appetit: sed assimilatio  
nem quandam vt dictum est quam cogitare potuit.  
**C** Ad secundum dicendum q̄ similitudinem natu  
ralis dignitatis quam in creatione accepit appeten  
do non peccauit: sed quia ipse super h̄ aliam simili  
tudinem appetit vt. s. sicut deus lumine sue nature  
omnia regit et gubernat: ita etiam homo per natura  
le lumen rationis sibi subdita gubernaret: et seipsum  
sine adiutorio exterioris luminis. **C** Ad tertium di  
cendum q̄ homo non appetit mala per experientia  
scientie: sed per iudicium. sed hoc consecutum est ex  
peccato suo q̄ malum per experimentum cognosce  
ret vt sic: et demonis promissio verificaret in cōple  
ta cuius p̄suetudo est vt dubiis verbis homines fal  
lat: et vt nomen arbori impositū non frustra videat.  
**C** Ad quartum dicendum q̄ ad dei similitudinē  
accedendum est p̄m modum et ordinem vterq̄z a  
deo prestitum: sed qui proprio motu ad dei similitu  
dinē accesserit peruerse vult esse similis deo vt Aug.  
dicit in littera. omnis enim peccator appetit simili  
tudinem dei cum nihil sit appetibile nisi prout eius  
similitudinē habet: sed in hoc peccat: qz querit  
eius similitudinē inordinate: et in quo q̄renda n̄ ē.  
**C** Ad quintum dicendum q̄ non peccauit in hoc q̄  
scientiam appetit: sed quia inordinate appetit vt  
dictum est.

**D** tertium sic proceditur. videtur q̄ mulier  
a grauius q̄z vir non peccauerat. **V**terq̄z enīz  
elationis vitio peccauit: sed elatio illa nō su  
it nisi in hoc q̄ dei similitudinē peruerse appetit /  
runt. ergo vertitur q̄ vterq̄z idēz appetit: et sic equa  
liter peccauerunt. **C** p̄terea. infirmitas peccatū  
excusat: sed mulier infirmior fuit viro propter quod  
diabolus vt dictum est supra eam primo aggressus  
est. ergo videtur q̄ ipsa minus peccauerit. **C** p̄re  
terea. propter hoc peccatū demonis grauius iudica  
tur q̄z peccatum hominis q̄ eminentiorem cognitio  
nem de deo habebat: sed vir magis erat p̄ditus  
spirituali mente q̄ mulier vt in littera dicitur. ergo  
videtur q̄ ipse grauius peccauerit. **C** p̄terea. re

gimen mulieris ad virum pertinebat. vnde & supra dictum est q̄ per virum ad mulierem preceptus de latum est. ergo videtur q̄ etiam peccatum mulieris viro imputandum sit & magis agrauandum.

**P**reterea. peccare ex consideratione misericordie diuine videtur esse peccatum presumptionis que est species peccati in sp̄m sanctum quod est grauissimū cum ergo vir peccauerit cogitans de dei misericordia vt i s̄a d̄r: vt q̄ ip̄e graui⁹ peccauerit q̄ mulier.

**S**ed contra. Peccatum a diabolo peruenit i mulierem: & a muliere in virum: sed diabolus grauius peccauit. q̄ mulier. ergo & mulier grauius q̄ vir.

**P**re. ad idē sunt ea que in littera adducuntur.

**R**espondeo d̄d q̄ sicut supra dictum est nō ē inco ueniēs q̄ duoz peccatoz vnū sit altero grauius di uersis circūstantiis cōsideratis illud tñ simpliciter grauius. d̄d est qd̄ in pluribus sine potioribus p̄pon derat: illud autem potissimum in quolibet peccatō ē quod ad peccatum mouet vt prius dictū ē: & iō s̄m hoc maxime grauitas peccati attēdēda ē. & s̄m h̄p̄ q̄ peccatum mulieris grauius est: mulier enim ex so la elatione mentis ad peccandum mota fuit: vir aut non ex sola elatione: sed simul cu; hoc ex quadā amī cabili benignitate ad vroz q̄ quod aliquo modo pec catum eius mitigat: Item elatio que mouit mulierē maio: fuit q̄ elatio que mouit virū. In muliere. n. talis fuit elationis progressus vt ad verba serpentis tantum exclamatione appetit vt iudicium rationis puerteret & crederet hoc possibile: & veruz quod diabolus dicebat: & propter hoc dicitur esse seducta. In viro autem nō tantum exeruit in principio amor proprie excellentie vt iudicium eius per uerteret quasi crederet hoc esse futurum: sed quia il lud vellet si possibile foret: & ideo non dicitur fuisse seductus: sed tamen talis elatio ad experiendum ip sium incitauit. vnde aliquam dubitationem elatio in eo fecit que in muliere firmam opinionem conceperat: & ideo etiam voluntas mulieris perfecta conse cuta est in appetitum diuine similitudinis: sed viri imperfecta. s. sub conditione si possibile foret.

**A**d primum ergo dicendum q̄ sicut ex predictis patet licet id quodammodo vterq; appetierit: non tamen equaliter. quod enim creditur esse possibile completum desiderium habet: id vero quod impos sibile credit esse possibile vel d̄ cuius possibilitate dubitatur habet desiderium conditionatum tantum quia homo illud vellet si possibile foret. q̄ ergo mēs mulieris per elationem ad verba serpentis concep tam in tantum excecata est vt illud possibile crede ret quod diabolus promittebat completum deside rium habuit vir vero incompletum: quia hoc possi bile non credit. **C** Ad secundum dicendum q̄ in muliere non erat tanta debilitas quin peccato resi nere posset: vñ quis debilitas mulieris sit aliqua circūstantia diminuens peccatum ipsius per com parationem ad virum: non tamen simpliciter min⁹ peccatum fecit. Et similiter d̄d ad tertius & quartū.

**A**d tertū dicendū q̄ cogitare de dei misericordia cum proposito penitendi & resiliēdi a peccato non fa cit presumptionis peccatum: sed magis peccatum al leuar: sed cogitare de dei misericordia sine propo sito penitendi hoc presumptionis est: & contemptus di uine iustitie nec sic adā de misericordia cogitauit.

Inde queritur de ignorantia de qua fit mē d̄ tio in littera. Et queruntur duo. Primo. an

ignorantia peccatum sit. Secundo an peccatum ex cuset.

**P**rimū sic proceditur. videtur q̄ ignoran tia peccatum non sit. Omne enim peccatuz vt Aug. dicit est in voluntate ignorantia au tem est in intellectu. ergo non est peccatum. **P**re terea. omne peccatum est originale vel actuale: sed ignorantia non est originale peccatum: sed magis cō cupiscentia vt infra dicitur: nec etia; est actuale: q̄ non est dictum vel factum vel concupituz contra le gem dei. ergo ignorantia non est peccatuz. **P**re. omne peccatum consistit in defectu alicuius actus: & non in defectu alicuius habitus: alias aliquis doz miendo peccaret: ignorantia autem magis opponit̄ habitui q̄ actui. ergo idē quod prius. **P**re. igno rans in ignorantia sua continue manet. si ergo ipsuz ignorare peccatū esset: videt̄ q̄ continue peccaret: n̄ enim appareret rō quare magis n̄ sit peccatū q̄ pri us: sed h̄ vt graue dicere. ergo vt q̄ ignorantia non sit peccatum. **P**re. Aug. dicit q̄ oē peccatū ē vo lūtariū: ignorantia aut nō ē volūtariū cū ab hominib⁹ naturaliter scia desiderat s̄m p̄bm. ergo non est pec catū. **S**z h̄ ē qd̄ p̄ma cor. xiiii. d̄r. qui ignorās igno rabis. & loquitur de ignorantia reprobationis: s̄z nul li debet reprobatio nisi p̄ peccato mortali. ḡ ignorā tia ē peccatum mortale. **P**re. Ysa. v. d̄r p̄pterea captiuus ductus est populus meus: q̄ nō ha. sci. sed pena nō debetur nisi culpe. ergo carere scia ē culpa.

**R**espondeo q̄ quidam dixerunt nullam ignorantiam quan tum in se est culpam esse: sed ratione alicuius anneri vel precedentis vel sequentis: precedentis vt cāe s̄. negligentie ad discedendi: sequentis vt effectus. s. ali cuius inordinati actus qui ignorantiam sequitur: s̄z quia de ratione culpe non est plus nisi q̄ sit priuatio alicuius quod debitum est habere in potestate eius qui priuatur existens: ideo etiam ipsam ignorantiaz s̄m se possumus culpam dicere: si tamen ignorantia priuatiue: & non negatiue accipitur. & dico ignoran tia priuatiue acceptam, que est eius quidē qd̄ quis natus est addiscere: quicquid sit: illud non enim idē est quod omnes scire tenentur: cum ad plura sciēda quidam magis aliis teneatur. vnde aliqua ignoran tia est peccatum vni que non est peccatū alteri. vni cuiq; enim peccatū ē ignorantia eoz q̄ ad bonos mo res: & fidei veritate prinēt: s̄z alicui i officio constitu to est etiam peccatū ignorantia eoz que ad suū offic ium pertinent. nec est mirum: si h̄ ipsum q̄ est scia ca rere peccatū ē ei q̄ pot̄: & tenet h̄re cū ēt carere aliq̄ corporali ad officiū prinētē peccatū sit vt tonsura ul veste ad offiū accomodata. & ista in se peccata sint: pena ondit̄ q̄ priuatis iuste infligit. **C** Ad primum: ḡ dicendū q̄ eē in volūtate ptingit dupliciter: vel sic in s̄bo: h̄ mō nō oē peccatū i volūtate ē aliq̄d cui in cō cupiscentia vel irascibilitate est: & sic de aliis viribus: vt sicut in cā vt. s. ipsa volūtate sit d̄na eius q̄ in ea esse d̄r quasi in eius p̄tate eris: & h̄ mō oē peccatū in vo lūtate ē ēt ignorantia. ipsa enī volūtate imparat aliis viribus: & intellectui. vñ actus aliaz viriū sunt i po testate voluntatis: & defectus earum. s. solum illi qui rationi obediunt. **C** Ad secundū d̄d q̄ ignorantia nō est originale peccatum non enim ignorantia iputaf puero i peccatū anq̄ ad tēpus deputatum venerit: sed peccatū ē actuale eo modo quo omissio peccatū actuale dicitur: & eodē mō puenit peccati actuali de scriptio ignorantie: sic omissio qd̄ ql̄ sit isra dices.

**C** Ad tertium dicitur: quod si quis scientia cui opponitur ignorantia non sit actus qui est operatio: sed habitus tamen per operationem aliquam que est in parte voluntatis acquiritur. et ideo hoc ipsum quod est scientia habet voluntati subiectum est: et per se habet quod est scire carere: et ideo est quod culpe rationem habet. **C** Ad quartum dicitur quod peccatum omissionis non habet rationem culpe nisi ex hoc quod opponitur precepto affirmativo legis naturalis vel scripte. Preceptum autem affirmativum obligat semper sed non ad semper. et ideo omnis omisio in illo tempore est peccatum in actu in quo quis per preceptum obligat et quotiens illud tempus reuertitur totiens peccatum multiplicatur. **C** Ad quintum dicitur: quod si quis omnia habet naturaliter scientiam desideret et scientiam velit: non tamen omnes volunt id quod ad scientiam pertinet: et sic quodammodo ignorantia voluntarium efficitur: non per se sed per accidens: sicut et quodlibet malum.

**D** secundum sic procedit. videtur quod ignorantia peccatum non excuset. Primo per hoc quod dicitur glossa ab eodem. **R**o. ii. Gravissime peccas si ignoras: sed quod aggravat peccatum non excusat. ergo ignorantia non excusat peccatum. **P**re. quod per ebrietatem hominem occidit: stat quod per ignorantiam peccat. sed secundum philosophum in tertio ethicorum talis meretur duplices maledictiones. ergo ignorantia non excusat sed aggravat. **P**re. peccatum additum peccato non excusat sed aggravat. sed ignorantia peccatum est ut dicitur est super peccatum quod non excusat. **P**re. illud quod sequitur de peccato non potest excusare vel alleviare peccatum: quod sic de quolibet excusaret: sed ignorantia sequitur de peccato: quod omnis malus est ignorans secundum philosophum in iii. ethicorum. **S**ed quod potest. **P**re. ut Beda dicit quatuor sunt penalesitates que nos peccato primi hominis sequuntur. scilicet ignorantia: infirmitas: concupiscentia: et malicia: sed malicia non excusat sed aggravat peccatum nec est concupiscentia: sed videtur quod nec ignorantia nec infirmitas. **C** Contra est quod apud Lyman. ii. dicit. Misericordia sequitur si quis ignorat. sed nihil provocat ad misericordiam nisi peccatum excuset vel alleviet. ergo ignorantia excusat vel alleviat peccatum. **P**re. de peccato est voluntarium secundum Augustinum. **S**ed quod tollit vel diminuit rationem voluntarii excusat vel alleviat peccatum. sed ignorantia est huiusmodi: quod voluntarius per ignorantiam creat. ut philosophus in quarto ethicorum dicit. **S**ed ignorantia vel excusat vel alleviat peccatum. **R**espondeo deo dicitur quod ignorantia quodammodo ex toto excusat peccatum: quodammodo vero alleviat in parte. quodammodo vero nec in toto excusat nec in parte alleviat. **E**t ad huiusmodi evidentiā sciendum est quod ignorantie divisio triplici potest sumi. Primo ex parte ipsius scientie: quod quodammodo est in parte scientie et hoc de ignorantia vincibilis vel affectata. quodammodo autem non est in parte scientie. et hoc de invincibilis. **S**ed hoc quod ignorantia sit in parte scientie quod ignorat contingit dupliciter. quod vel est in parte scientie sed sicut qui ignorat aliquod preceptum quod statim scire posset. vel est in potestate eius quantum ad suam causam sed non in se ut patet in eia sicut non autem ignorantia consequens: cum ignorantia ebrii. quia ebrietas que est causa ignorantie in potestate versus rationis impeditur. Secundo sumitur divisio ignorantie ex parte scibilis. est. n. quodammodo ignorantia est quod quis scire tenetur. et hoc de philosophum in philosophum ignorantia velis: et secundum iuris peritos ignorantia iuris: et hoc variat in diversis ut supra dictum est. quod quodammodo tenetur scire vnum que non tenetur scire alius. Quodammodo vero ignorantia est eius quod quis scire non tenetur. et hec est scientia particularium circumstantiarum in actu quam philosophus vocat ignorantiam particularis in iure vero ignorantiam facti. Tertia divisio sumitur ex ordine ad actum. quedam enim ignorantia est que est

causa actus: quod si non ignoraret non faceret: et tunc dicitur per ignorantiam peccare: et huius signum est peccatum in actu. quedam vero est ignorantia que non est causa actus: sed per actum se habet ad actum. **E**t sic habet ut philosophus in quarto ethicorum dicit. non dicitur aliquis per ignorantiam facere: sed dicitur. unde in actu talis non penitet: ut si aliquis credens accedere ad vinam mulierem accedat ad aliam ad quam tamen accederet si eam non ignorasset. Quedam vero ignorantia est que quodammodo affectum peccati consequitur: ut quando ex concupiscentia peccati quod voluntas non reprimat absorberetur iudicium rationis et particulari operabili secundum quod dicitur in sexto ethicorum. quod delectatio corrumpit estimationem prudentie et hec est ignorantia electionis secundum quam omnis malus dicitur ignorans. **C** His ergo visis sciendum est quod ignorantia non excusat nec minuit peccatum nisi secundum quod causat in voluntarium: non enim potest esse voluntarium quod est ignoratum. Ignorantia autem que non est causa actus non causat in voluntarium: ut philosophus dicit in tertio ethicorum: unde illa modo excusat nec diminuit peccatum sed solum illa que est causa actus. **H**ec autem potest excusare peccatum vel in toto vel in parte. si enim sit talis ignorantia cui nullo modo amisceatur ratio culpe: ex eo quod ignorantia est sic excusat in toto sicut ignorantia invincibilis et ignorantia particularis adhibita tamen debet diligentia. Ignorantia vero que rationem culpe habet excusat quidem quantum ad aliquid. scilicet in quantum ignorantia est: quia sic habet quod in voluntarium causat: non autem excusat in quantum culpa est: quia sic rationem voluntarii retinet. et ideo ignorantia vniuersalis excusat peccatum sequens non ex toto sed a tanto. Similiter etiam et ignorantia vincibilis siue sit secundum se vincibilis siue secundum causam suam tamen rei illicite operam non dedit quando ignorantiam incurrit. si. n. operam rei licite dedisset moderate ignorantia sequens culpam non haberet. et ita post sequens peccatum ex toto excusaret: ut patet in his qui exercitio spiritualium operationum in amentiam vertuntur. **C** Ad primum ergo dicendum quod ignorans dicitur gravissime peccare: non propter quantitatem peccati sed propter periculum: quia deus morbum non cognoscit medicina non querit. **V**el dicendum: quod Ambrosius loquitur de gravitate peccati quod est ignorantia ipsa beneficiorum dei: quod est gravissimum inter species ingratitude: cum. scilicet. homo beneficium non recognoscit. **C** Ad secundum dicendum: quod ebrius homicida duobus peccatis peccat. scilicet ebrietate et homicidio: propter quod dicitur duplices maledictiones mereri: nihil tamen prohibet quin quantitas sequentis peccati per ignorantiam ex precedenti consequente minuatur. unde in processu argumenti est figura dictionis que mutatur discretum in continuum. **C** Ad tertium dicendum: quod ignorantia omnis que est peccatum est etiam in intellectu: sicut in subiecto et in voluntate sicut in causa ut supra dictum est. unde secundum hoc quod est in intellectu: dicitur scilicet prout directam scientiam in actu minuit quantitatem sequentis peccati nec ex eo habet quod peccatum sit: sed prout est in voluntate: sicut in causa habet quod peccatum sit: et sic non habet quod excuset: sed quod ad peccatum adferat: et potest esse quandoque quod plus ponderat

ipsum peccatum igno rante q̄ illud quod per igno rantiam de sequenti peccato minuitur. ¶ Ad quartum dicendum: q̄ ignorantia que consequitur omne peccatum non est causa peccati vt dictum est. ⁊ ideo non excusat nec dimiuit peccatum. ¶ Ad quintum dicendum: q̄ ignorantia ⁊ infirmitas habent q̄ excusent peccatum vel in toto vel in parte ex hoc q̄ causant in voluntarium. malicia vero ⁊ concupiscentia magis voluntarium augent. ⁊ ideo non excusant s; aggrauant peccatum. ⁊ hoc dico si concupiscentia sumatur pro actu voluntatis. si vero sumatur pro passione concupisibil' trahente voluntatem quodam modo renitentem: sic concupiscentia excusat. qz quāto aliquis maiori tentatōi succumbit minus peccat: sed hoc ad infirmitatem reducitur. Que per tentationem fuerat conuincenda aut perimenda. s. spiritu ali mente vel etiam corporali: vel a se: vel a viro: v' a deo. si de muliere intelligatur vt magister exponit. In eo tamen fuisse seductum credi potest: q̄ eommissum veniale ⁊c. Hoc intelligitur vt supra dictum ē de veniali ex causa ⁊ non ex genere. putauit enim qz fecit vt vxoris morem gereret q̄ peccatum suum excusationis causam haberet ⁊ veniam de facili acciperet: ⁊ huiusmodi seductionis causa videtur fuisse elatio mentis que ad suggestionem mulieris sup' repit: ex qua voluit lignum veritum experiri. Cum enim experimentus non sit nisi de dubiis: patet q̄ elatione in quadam dubitatione adductus est eius i quo etiam mulier seducta fuit. Tribus modis vt ait Isidorus ⁊c. videtur q̄ insufficienter enumeret: qz quoddam peccatum est etiam ex concupiscentia: de qua mentionem non facit. Et dicendum q̄ peccatum ex concupiscentia proueniens ad peccatum ex infirmitate reducitur: non enim tunc solum est ex infirmitate peccatum quando aliquis aliquo exteriori impulsu peccat: sed etiam quando per tentationes carnis in peccatum labitur. Que etiam ipsa peccatū est ⁊c. Hoc verum est si sit eorum que quis scire tenetur: alias non: quia etiam habere voluntatem non sciendi geometriam peccatum non est ei qui illā nō proficetur per officinam magisterii.

### Distinctio Vigesimatertia.

Quare deus pmiserit hoicm tentari sciēs eum casurum.

**Refereat** queri solet quare deus hoiez tentari pmiserit quē decipiēdū eē p̄sciebat. S; non eēt laudabile hōi si ideo bñ vivere poss;: quia nemo male. vivere suaderet: cū in natura posse: ⁊ i p̄tate haberet velle. nō cōsentire suadenti deo iunāte. ⁊ est gloriosius non p̄sentire q̄ tentari nō posse. Mouentur et qdā dicētes: cur creauit de⁹ quos futuros malos p̄sciebat. Qz p̄uidet qd boni de malis eoz eēt facturus. Sic. n. fecit eos: vt relinqueret eis vñ aliqd faceret. ⁊ si culpabiliter aliqd facerent illum de se laudabiliter operantē inuenirēt: a se

habebāt volūtate malā: ab illo naturā bonā ⁊ iustā penam. frustra ergo dicit: nō deberet deus creare quos p̄sciebat malos futuros. Sciebat. n. bonis profuturos ⁊ iuste pro mala volūtate puniendos. Addunt etiā tales de beret hominem facere qui nollet oīno peccare. Concedimus quidē meliorem naturā eē quo oīno peccare nollet. Lōcedāt ⁊ ipsi non esse malam: que talis facta est vt possēt nō peccare si vellet: ⁊ iuste punitam que volūtate nō necessitate peccauit. Cū ergo hec bona sit: il la melior: cur non vt rursus faceret vt vberius laudaretur de vt rursus: Illa enim de sanctis angelis: hec de hominibus est. Item inquit. Si deus vellet ⁊ isti boni essent: ⁊ hoc quod dem cōcedimus: sed meli⁹ voluit vt quod vel lent essent. Et boni quidem non infructuose male vero non impune essent. Item inquit. Possēt deus voluntatem eorum vertere in bonum quia omnipotens est: Possēt reuera: cur non fecit: qz noluit. cur noluit: ipse nouit: non debemus plus sapere q̄ oportet sapere. Et quidem secundum animum rationalis fuit homo habens discretionem boni et mali. Scientiam quoqz rerū creatarum ⁊ cognitionem veritatis que prime perfectioni congruebat mox cōditus non incongrue accepisse putatur: ⁊ ad illam non studio vel disciplina alia per intervallum temporis profecisse: sed ab exordio sue conditionis diuinitus illam percepisse.

Qd triplicem cognitionem habuit homo ante lapsum. s. rerum p̄pter se factarum ⁊ creatoris ⁊ sui.

Vt itaqz homo primus ante lapsus triplici cognitione p̄ditus: rerum s. propter se factarum: ⁊ creatoris et sui. Rerum quippe cognitionem hominē accepisse perspicuum est. cum non ipse creator vel angelus aliquis: sed homo omnibus animantibus nomina imposuerit: homo ipse habuit. Que enim propter illum creata erant: ⁊ ab illo regenda ⁊ disponenda erant: horum omnium deus illi ⁊ scientiam tribuit ⁊ prouidentiam atqz curam reliquit. Quia vt ait Apostolus. Non est cura deo de bobus. Quorum aliorumqz animalū deus homini curam reliquit ⁊ prouidentiam: vt domi nationi eius subicerentur ⁊ rationi ipsius gubernarentur: vt sciret illis necessaria prouidere a quibus emolumentum debebat recipere. Hanc autem scientiam homo peccando nō pdidit: sicut nec illā q̄ carnis necessaria p̄uidēt. Et iccirco in scriptura homo d̄ hu

iusmodi non eruditur: sed de scientia anime quam peccando amisit.

*De cognitione creatoris.*

Cognitionem quoque creatoris primo homo habuisse creditur. Cognouit enim a quo creatus fuerat: non eo modo cognoscendi quo ex auditu solo percipitur: quomodo a credentibus absens queritur: sed quadam interiori inspiratione qua dei presentiam contemplabatur. non tamen ita excellenter sicut post hanc vitam sancti viri sunt. neque ita in enigmate qualiter in hac vita videmus.

*De sui cognitione.*

Ordo sui cognitionem idem homo talem accepisse videtur: ut quid deberet superiori: et quid equali et quid inferiori non ignoraret. Conditionem quoque suam et ordinem. scilicet qualis factus esset: et qualiter incedere deberet: quid agere: quid cauere intellexit. Si horum noticiam non habuisset: non esset reus preuaricationis neque seipsum cognouisset.

Utrum homo prescius fuerit eorum que sibi futura erant.

Autem queritur utrum homo scientiam habuerit eorum que circa eum ventura erant. id est si ruinam suam prescuerit: et similiter si prescuerit bona que habiturus fuisset: si in obedientia persistisset. Responderi potest quod ei magis facienda indita sunt quam futura reuelata. Accepit enim scientiam et preceptum eorum que facienda fuerant: sed non habuit prescientiam eorum que futura erant. Non fuit ergo homo prescius sui casus: sicut et de angelo diximus. Quod Augustinus super Genesim asserit: ratione utens quas supra posuimus. hec de scientia hominis quantum ad primum statum pertinet dixisse sufficiat.

Reterea solus querit. Postquam diffiniuit magister principium humane perdito et nis et ex parte tentationis: et ex parte peccantis. In parte ista determinat de permissione diuina que quodammodo principium peccati dicitur: sicut causa sine qua non. Si enim deus non permisisset homo non peccasset. Et diuiditur quinque partes secundum quinque questiones quas mouet. Secunda incipit. ibi. Mouentur etiam quedam. Tertia. ibi. Ad dunt etiam talem hominem. Quarta. ibi. Item inquirunt: Si deus vellet. Quinta. ibi. Item inquirunt: Posset deus etc. Deinde accedendum ad partem alteram: in qua ostendit quam perfectionem anime habuit adam ex qua posset peccato resistere que incipit. ibi. Et quidem secundum animam. Et diuiditur ibi per. iii. In prima ostendit

qualis fuit factus secundum animam quantum ad scientiam. In secunda quantum ad naturalem potentiam. xlii. distin. ibi. Nunc diligenter inuestigandus. In tertia ostendit qualis fuerit quantum ad gratias. xxvi. di. ibi. Hec est gratia operans et cooperans. Prima in duas. In prima ostendit quorum cognitionem homo in principio sue conditionis accepit. In secunda ostendit qualem de his noticiam habuit. ibi. Rerum quippe cognitionem homo accepisset etc. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit qualem cognitionem habuit de rebus creatis. Secundo qualem de deo. ibi. Cognitionem quoque creatoris. In tertia qualem de seipso. ibi. Porro sui cognitionem. Et circa hoc duo facit. Primo determinat veritatem. Secundo mouet dubitationem et soluit. ibi. Si autem queris utrum homo scientiam habuit etc. Hic est duplex questio. Prima de permissione diuina respectu peccati primi hominis. Secunda de cognitione primi hominis quantum ad primum statum. Circa primum queruntur duo. Primo utrum deus potuerit conferre alicui nature create ut peccare non posset ex nature conditione. Secundo utrum deus debuerit permittere hominem tentari et peccare.

Sunt namque libertas arbitrii triplex. scilicet a necessitate: a peccato et a miseria. A necessitate et ante peccatum et post eque liberum est arbitrium. Sicut enim tunc cogi non poterat: ita nec modo. Ideoque voluntas merito apud deum iudicatur: que semper a necessitate libera est: et nunquam cogi potest. Ubi necessitas: ibi non est libertas. Ubi non est

libertas: nec voluntas: et ideo nec meritum. Hec libertas in omnibus est tam in bonis quam in malis. Est et alia libertas a peccato. scilicet de qua dicit Apostolus. Ubi spiritus domini ibi libertas et veritas: et in euangelio. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Hec libertas a seruitute peccati liberat et seruos iustitie facit. sicut econuerso seruitus peccati liberat a peccato serui facti estis iustitie. Et item. Cum serui essetis peccati liberi fuistis iustitie. Hanc libertatem homo peccando amisit. Ideoque Augustinus dicit quod homo male utens libero arbitrio et se perdit et ipsum: quia perditam est per peccatum libertas non a necessitate sed a peccato. Qui enim facit peccatum seruus est peccati. Istam libertatem que est a peccato illi soli nunc habent: quos filius per gratiam liberat. et reparat: non ita quod penitus sint sine peccato in hac mortali carne. sed ut peccatum in eis non dominetur neque regnet. Et hec est vera et bona libertas que bonam parit seruitutem: scilicet iustitie. Unde Augustinus in enchiridion. Ad iusticiam faciendam non erit aliquis liber nisi a peccato liberatus esse iusticie ceperit seruus. et ipsa est vera libertas propter recte facti letitiam. simul et pia seruitus propter precepti obedientiam. Est alia libertas non vera male seruituti adiecta. que est ad malum faciendum: ubi ratio dissentit a voluntate iudicans non esse faciendum quod voluntas appetit. Ad bonum vero faciendum concordat ratio voluntati. et ideo ibi vera libertas est et pia. De libertate autem ad malum et seruitute mala: ait Augustinus in enchiridion. Serui additi peccato. id est que potest esse libertas nisi quando eum peccare delectat. Liberaliter enim seruit qui sui domini voluntatem libenter facit: ac per hoc ad peccandum liber est qui peccati seruus est.

Questio de libertate ad malum: an sit ipsa libertas liberi arbitrii. an alia.

Ita queri potest. utrum hec libertas qua quis liber est ad malum: sit libertas arbitrii. Si enim libertas arbitrii est: bonum quidem est. quia libertas arbitrii bonum naturale est. Quibusdam videtur quod sit ipsa libertas arbitrii que semper bona est. sed propter peccati seruitutem ad malum fit liberior et pronior: et ideo dicitur non vera est libertas: quia ad malum est. Aliis autem videtur quod hec libertas arbitrii ad malum quam supra commemorauit Augustinus: non sit ipsa libertas arbitrii. sed sit quedam pronitas

peccandi: et curuitas que ex peccato est et mala est  
fit *Questio alia de libertate ad bonum an ipsa  
libertas liberi arbitrii vel non.*

**S**imiliter etiam queri solet utrum et il  
la libertas vera que est ad iustitiam fa  
ciendam sit ipsa libertas arbitrii. *Qui  
dam dicunt illam eandem esse: sed per gratiam  
reparatam qua iuuante libera est ad bonum  
sine gratia vero non est libera ad bonum. unde  
Augustinus in ench. Ista libertas ad bene  
faciendum: unde erit homini addito et vendi  
to: nisi eum redimat ille qui dicit. Si filius  
vos liberauerit vere liberi eritis. Quod antequam  
fieri incipiat in homine: quomodo quisquam  
libero arbitrii gloriatur qui nondum est liber  
ad operandum bene: Ecce aperte ostendit li  
berum arbitrii per gratiam liberari: ut per illud  
bene operetur quis. Ideoque dicunt illam li  
bertatem veram que est ad bene faciendum cu  
ius supra meminit Augustinus. esse libertatem  
ipsam arbitrii gratia dei liberatam et adiutam.  
Alii vero putant non esse ipsam arbitrii liber  
tatem: sed aliam quandam que ex gratia et li  
bero arbitrio in mente hominis deo opera  
te incipit esse cum reparatur.*

*certa determinatio utriusque questionis qua  
dicitur libertas ad bonum et ad malum esse li  
bertas arbitrii.*

**E**rum nobis magis placet ut ipsa li  
bertas arbitrii sit: et illa qua quis li  
ber est ad malum: et illa qua quis liber  
est ad bonum faciendum. *Ex causis enim va  
riis sortitur diuersa vocabula. Dicitur enim  
libertas ad malum faciendum antequam per gratiam  
sit reparata. Sed cum per gratiam fuerit repa  
rata dicitur libertas ad bonum faciendum.  
quia ante gratiam libera est voluntas ad malum:  
per gratiam vero libera fit ad bonum. Sem  
per igitur voluntas hominis aliquo modo li  
bera est: sed non semper bona est. Non enim  
est bona nisi a peccato liberata. Est tamen a  
necessitate libera. Unde Augustinus in lib.  
de gratia et libero arbitrii. Semper in nobis volun  
tas libera est: sed non semper bona est. aut. n.  
libera est iusticie quando seruit peccato: et tunc  
est mala: aut et peccato libera est quando ser  
uit iusticie: et tunc est bona.*

*De libertate a miseria.*

**S**i iterum libertas a miseria de qua  
apostolus ait: et ipsa creatura libera  
bitur a seruitute corruptionis et liber  
tatem glorie filiorum dei. hanc libertatem ho  
mo ante peccatum habuit: qui omni carebat  
miseria: et nulla tangebatur molestia: et pleni

habebit in futura beatitudine: ubi miser esse  
non poterit sed in hac vita que est inter pri  
mum peccatum et ultimam confirmationem  
nemo a miseria liber est quia pena peccati non  
caret

*Repetit de corruptione liberi arbitrii  
ut addat alia.*

**E**t predictis iam apparet in quo per  
peccatum sit imminutum vel corrup  
tum liberum arbitrium. *Quia ante  
peccatum nulla erat homini difficultas: nul  
lumque impedimentum de lege membrorum  
ad bonum: et nulla impulsio vel instigatio ad  
malum. Nunc autem per leges carnis ad bo  
num impeditur: et ad malum instigatur ut non  
possit velle et perficere bonum nisi per gratiam  
liberetur et adiuuetur. Quia ut ait apostolus.  
Peccatum habitat in carne. liberus ergo ar  
bitrium cum semper et in singulis sit liberus  
non est tamen pariter liberum: et in bonis et  
in malis: et ad bona et ad mala. Liberius tam  
est in bonis ubi liberatum est quam in malis ubi  
liberatum non est. Et liberius est ad malum  
quod per se potest quam ad bonum quod nisi gra  
tia liberetur et adiuuetur non potest.*

*De libertate que fit ex gratia: et que ex  
natura.*

**L**ibertas ergo a peccato et a miseria  
per gratiam est. Libertas vero a ne  
cessitate per naturam utramque liber  
tatem nature scilicet et gratie notat apostolus  
cum ex persona hominis non redempti ait.  
Velle adiacet mihi: perficere autem non inue  
nio: ac si diceret: habeo libertatem nature: sed  
non habeo libertatem gratie. Ideo non est  
apud me perfectio boni. Nam voluntas ho  
minis quam naturaliter habet non valet eri  
gi ad bonum efficaciter volendum vel opere  
implendum: nisi per gratiam liberetur et adiu  
uetur. liberetur quidem ut velit et adiuuetur  
ut perficiat. Quia ut ait apostolus non est vo  
lentis velle neque currentis currere: id est ope  
rari: sed miserentis dei qui operatur in nobis  
velle et operari bonum. Cuius gratiam non  
aduocat hominis voluntas vel operatio: sed  
ipsa gratia voluntatem preuenit: preparando  
ut velit bonum: et preparatam adiuuat: ut  
perficiat.

*Alia ad propositum redeamus. Postquam  
determinauit de libero arbitrii ostendendo quod  
sit et consequenter de alius potentis aie:  
ut ostenderet in quibus lib. arbitrii. pone  
retur. Hic determinat quasdam liberi  
arbitrii. conditiones. Et diuiditur in partes duas. In*

Prima ostendit quorum sit lib. arbi. vt obiectorum.  
 In secunda quorum sit vt subiectorum .ibi. Et qui-  
 dem fm predictam assignationem. Circa primū duo  
 facit. Primo ostendit q liberuz arbitriū se habet ad  
 vtrunqz oppositorum fm q est tantum futuro:ym cō-  
 tingentium .ibi. Hoc autem sciendum est ꝛc. Et qui-  
 dem secundum predictam assignationem. D. vidit  
 hec pars in duas. In prima ostendit quorum sit lib.  
 arbi. quia dei. angelorum: ꝛ hominum. In secunda  
 quomō in hominibꝫ diuersimode iuenitur fm diuer-  
 sos status .ibi. Et predictis perspicuum sit ꝛc. Circa  
 primū duo facit. Primo inducit obiectiones q li. ar. nō  
 sit i deo nec in beatis. Secōdo determinat veritatē ibi.  
 Sed q de? li. ar. ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo  
 determinat qm ptinet ad deū. Secōdo qm ptinet  
 ad angelos .ibi. Angeli vero ꝛ sci ꝛc. Circa primū duo fa-  
 cit. Primo ostendit q li. ar. est in deo. Secōdo q nō eo-  
 dē modo ē in deo sicut in aliis .ibi. Sꝫ alit accipit ꝛc.  
 Et predictis perspicuum sit ꝛc. Hec pars diuidit in duas  
 In pma ostendit quō fm diuersos status li. ar. crescit vt  
 minuitur in oibus. Et q hoc ratione diuersarū liber-  
 tatus cōtingit. iō in scda parte distinguit libertatē ar.  
 .ibi. Est namqz libertas ar. ꝛc. Circa primū tria facit.  
 Primo ostendit ex predictis q libertas ar. qnqꝫ ma-  
 ior qnqꝫ minor inuenitur. Secōdo distinguit statꝫ hois  
 fm quos libertas variat .ibi. Et posset notari in ho-  
 mine ꝛc. Tertio inducit qdādam correlarium ex dictis  
 ibi. Unde manifestum est q ppter alias ꝛc. Namqz li-  
 bertas ꝛc. Diuidit hec pars in duas. In pma ostendit  
 multiplicē ar. libertatē. In scda ostendit q sit cā vni-  
 uscuiusqꝫ .ibi. Libertas at a peccato. Prima diuidit  
 in duas. In pma ponit libertatis distinctionē. In se-  
 cūda inducit quādā pclōnem ex predictis ibi. Ex pre-  
 dictis iam apparet ꝛc. Circa primū tria facit. Primo  
 distinguit triplicē libertatē ꝛ psequit de primo men-  
 bro qd est libertas a coactione. Secundo prosequit  
 de secūdo membro qd est libertas a peccato .ibi. Est  
 et alia libertas a peccato ꝛc. Tertio prosequitur de  
 tertio membro: quod est libertas a miseria .ibi. Est  
 iterum libertas ꝛc. Circa scdm tria facit. Primo ostendit  
 q sit libertas a peccato. Secōdo quozuz sit .ibi. Inā  
 libertatem ꝛc. Tertio mouet qdā dubitationē .ibi.  
 Hic queri pōt ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo mo-  
 uet dubitationē ꝛ ponit opiniones ad vtrāqz partē.  
 Secōdo determinat fm suā opinionē .ibi. Verum nob  
 placet ꝛc. Itē circa p:imū duo facit. Primo mouet q  
 tionem de libertate ad malū. Secōdo de libertate ad  
 bonū .ibi. Silt et queri solet ꝛc. Hic querunt quinqz  
 Primo in quibus inueniat lib. ar. Secōdo vtrū li. ar.  
 semp sit li. ar. a coactione: ita q cogi nō posset. Tertio  
 vtrū ad oīa opera hūana li. ar. se extendat. Quarto  
 vtrū li. ar. augeatur vel minuat. Quinto de disti-  
 ctione libertatis que in littera tangitur.

D primū sic pcedit. videt q li. ar. non sit  
 a in deo: q vt in lib. de som. ꝛ vigil. dicit pbs:  
 cui? est potētia eius ē act? ꝛ eōuerso. sꝫ act?  
 li. ar. q est eligere deo nō cōuenit cū electio sequatur  
 consiliū: vt in tertio ethi. dicit. Consiliū aut inquisi-  
 tio quedam est cum quodam rōnis discursu: qd deo  
 non ppetit. ergo videt q in deo nō sit li. ar. C. Pre.  
 in his q fm naturā sūt derminata ad vnā partē nō  
 est li. ar. Ad. n. dicimꝫ q lapis libero arbi. deorsū rē-  
 dat: sed deus ex nature sue conditione semp determi-  
 nate bonū vult. ergo videt q li. ar. careat. C. Pre.  
 videt q nec in aliquibus creaturis sit: ad libertates

eni li. ar. pertinet vt aliqꝫ sit dñs sui actus. sed cuius-  
 cunqꝫ agentis actus ab aliquo priore agente causat  
 ipse agens nō est dñs sui actus: cū igit cuiuslibz crea-  
 ture act? in cām priore redicatur q est ipse de? q oīa  
 opera nostra in nobis operat: vt Ysa. tr. vi. dicit: vi-  
 detur q li. ar. in creatura nulla inueniat. C. Pre. vi-  
 detur q saltem in beatis non sit: quia electio est eorū  
 que sunt ad finem. sed veniēte fine cessant ea q sunt  
 ad finem. cum ergo beati fini vltimo pūcti sint: vi-  
 detur q ad eos nō pertinet electio: ꝛ per pns nec lib.  
 arbi. Itē videtur q nec in viatoribꝫ sit: q electio  
 eorum que sunt ad finem ex ratione finis trahitur: sꝫ  
 sicut in tertio ethi. pbs dicit: Qualis vnusqꝫ est ta-  
 lis etiam finis videtur ei. sed qualitas alicui? est de-  
 terminata ex natura. ergo videtur q electio eorū q  
 sunt ad finem determinetur alicui? ex natura sua. ergo  
 videtur q li. ar. non habeat hoies ad eligendū ea  
 que ad ipsos pertinent. C. Extra. videtur q etiam  
 in brutis sit: quibuscunqꝫ enim est voluntarium in ill-  
 li. ar. est. sed vt in tertio ethi. philosophus dicit: vo-  
 luntario ꝛ pueri ꝛ alia aialia comunicant. ergo videt  
 q alia aialia li. ar. habeant. C. Pre. li. ar. pstitit i sele-  
 ctione puenientū ꝛ refutatione nociuozuz. sꝫ alia ani-  
 malia fugiūt nociuū: ꝛ psequitur pueniens. ergo vi-  
 detur q li. ar. habeant pcpue cū spōte illd faciant.  
 C. Respōdeo dicēdo: q nihil agit nisi sꝫ q est i actu.  
 ꝛ inde est q oī omne agens esse determinatū ad alte-  
 ram partem: qd enim ad vtrūlibet est equaliter se ha-  
 bens est quodammodo potentia respectu vtriusqꝫ. ꝛ  
 inde est vt dicit pmentator in. scdo physi. q ab eo qd  
 est ad vtrūlibet nihil sequitur nisi determinat. deter-  
 minatio autem agentis ad aliquam actionem oportet  
 q sit ab aliqua cognitiōe prestituente finē illi acti-  
 oni. sed cognitio determinans actionem ꝛ prestituēs  
 finē in quibusdā quidē coniuncta ē. sicut hō fines sue  
 actionis sibi prestatuit. In quibusdā vero separata ē:  
 sicut in his que agunt per naturam. rerum eni natu-  
 ralium actiones non sunt frustra: vt in scdo physicoꝝ  
 pbarur. sed ad certos fines ordinate ab intellectu na-  
 turam instituentē vt sic totū opus nature sit quodam  
 modo op? intelligentie: vt philosoph? dicit. sic ergo  
 patet q hec est differentia in agentibus: quia quidā  
 determinat sibi finem ꝛ actum in finem illum: quidā  
 vero non: nec aliquod agens finem sibi prestituere  
 pōt: nisi rationem finis cognoscat ꝛ ordine in eius: qd  
 est ad finem ipm qd solum in habentibus intellectuz  
 est. Et inde est q iudicium de actione ppra est soluz  
 in habentibꝫ intellectum: quasi in potestate eorū cō-  
 stitutum sit eligere hanc actionem vel illam. vnde ꝛ  
 dominium sui act? habere dicuntur. ꝛ ppter hoc i so-  
 lis intellectum habentibꝫ li. ar. inuenitur: non autem  
 in illis quorum actiones non determinant ab ipsis  
 agentibꝫ: sed a quibusdam aliis causis prioribus.  
 C. Ad primū ergo ddm: q ea que dicuntur de deo ꝛ  
 creaturis: vt in primo lib. dicuntur est semper eminē-  
 tius in ipso inueniuntur. ꝛ ideo electio saluatori i deo  
 hoc modo q abiciat id qd iperfectōis est: retento eo  
 qd ad pfectionē ptinet. q. n. post inquisitionē pslit ele-  
 ctio fiat: hoc iperfectōis est ꝛ accidit li. ar. put ē i na-  
 tura ignorāte. vñ fm hoc i deo nō saluat: sed qstū ad  
 hoc q determinatio sui actus non est sibi ab alio sed  
 a seipō: vnde ipse verissime sui operis dominus est.  
 ꝛ ppter hoc etiā in sra dicit: q li. ar. alit i deo q alit  
 inuenit. C. Ad scdm ddm: q ad rationem li. ar. nō p-  
 tinet vt ideterminate se habeat ad bonum vel ad ma

lum: q. li. ar. per se in bonum ordinatum est: cum bonum sit obiectum voluntatis: nec in malum tendat: nisi propter aliquos defectus: quia apprehendit ut bonum: cum non sit voluntas aut electio: nisi boni aut apparentia boni: et ideo ubi perfectissimum est li. ar. ibi in malum tendere non potest: quia imperfectum esse non potest: sed hoc ad libertatem ar. pertinet ut actionem aliquam facere vel non facere possit: et hoc deo puenit. bona enim que facit potest non facere: nec tamen malum facere potest. **C** Ad tertium dicitur: quod deo operatur in omnibus: ita tamen quod in vnoquoque secundum eius conditionem: unde in rebus naturalibus operatur sicut ministrans virtutem agendi: et sicut determinans naturam ad talem actionem. In libero autem ar. hoc modo agit ut virtutem agendi sibi ministret et ipso operante li. ar. agat. sed tamen determinatio actionis et finis in potestate lib. arb. constituitur. unde manet sibi dicitur sui actus: sed non ita sicut primo agendi. **C** Ad quartum dicitur: quod illud quod est ad finem est duplex. quoddam enim est distans a fine: et quoddam est coniunctum fini: ut patet in generatione naturali. Imperfectus enim calor qui est dispositio ad formam ignis dum est in alteratione precedente non coniungitur ipsi fini: sed caliditas ultima que est in termino alterationis coniungitur forme substantiali nec excluditur per eam: ita dico quod quedam ordinata sunt ad finem ultimum beatitudinis que ipsi fini coniunguntur: ut videre: amare: et huiusmodi: et respectu horum erit sempiterna et libera electio: non autem imperfectorum que a fine distant. ut fides: spes: et huiusmodi.

**C** Ad quintum dicitur: quod qualitas alicuius est duplex. quedam ex habitu: et quedam ex naturali complexione. et secundum illam que est ex habitu videtur alicui finis talis qualis est ipse: verbi gratia. ei qui habet habitum luxurie videtur optimum delectabile venereum quod est secundum situm suum actus. sed eius quod est tales esse vel non tales est in potestate nostra: quia vel opera causant habitum: sicut in agnitione: vel saltem sunt dispositiones ad habitum: sicut in infusis. qualitas autem que est ex naturali complexione non est ad hoc quod faciat finem videri huiusmodi: sed sicut est dispositio ad illud: sicut patet in illis qui ex naturali complexione ad luxuriam proni sunt: quod non omnes delectabile venereum presequuntur: sed eos ad hoc quodammodo naturalis complexio inclinet. **C** Ad sextum dicitur: quod philosophus accipit voluntarium large: non secundum quod dicitur a voluntate: sed secundum quod diuiditur contra violentum. unde cum violentum sit cuius principium est extra voluntarium erit cuius principium est intra: et inde est quod animalia que mouentur ex seipsis motus voluntarios habere dicuntur: nec tamen electionem habent aut voluntatem: sicut philosophus ibidem ostendit: unde nec li. ar.

**C** Ad septimum dicitur: quod animalia non apprehendunt rationem puenientis per collationem sed per quandam naturalem instinctum. et ideo animalia habent estimationem: sed non cognitionem: sicut et habet memoria: sed non reminiscencia: quibus omnia huius partis sensitiva sunt. et ideo ex determinatione nature actus suos exercent: non autem ex propria determinatione agentis. unde omnia eiusdem speciei similes operationes faciunt: sicut omnia aranea similes facit telas: quod non esset nisi ex seipsis quasi per arte operantes sua opera disponerent et propter hoc in eis non est lib. arbi.

Secundum sic procedit. videtur quod li. ar. cogi possit.

Quod enim imitatur ab aliquo agere cogit ab illo. sed ut dicitur glo. ad Rom. Deo potest imitare voluntatem hominum in quibus voluerit. ergo videtur quod voluntas a deo cogi possit: et ita li. ar. **C** Preter omne

agens quod non potest aliter operari quam ab altero sibi determinat cogit ab illo: sed li. arbi. non potest aliter operari quam deo presciuit vel predestinauit. ergo videtur quod li. arbi. a deo cogatur. **C** Preter. virtus superior potest cogere inferiorem: sed in ordine vniuersi que dam virtutes sunt superiores quam li. ar. ergo ipsum cogere potest. **C** Preter. intellectus est alioquin potentia quam voluntas. sed intellectus cogit in demonstrationibus: ut ex quinto metaphysice apparet. ergo videtur quod etiam voluntas et lib. ar. cogi possint. **C** Preter. motus inferiores regulantur secundum motus superiores: quia omne quod non vniiformiter se habet regulatur per aliquid vniiformiter se habens. sed motus lib. arbi. maxime difformiter se habet. ergo videtur quod indigeant regulari per actiones vniiformiter se habentes. huiusmodi autem inuariabilia non sunt nisi motus celi. ergo per motus siderum regulantur opera lib. ar. et per eorum positionem cogi possunt: quod patet ex his que astrologi per cursum siderum aliqua de operationibus libero arbitrio subiectis prenuunt. **C** Preter. omne quod vincit ab aliquo cogit ab illo: sed in continentibus qui ducuntur passionibus vincuntur: ut ex septimo ethicorum patet. ergo videtur quod lib. ar. cogi possit.

**C** Preter. difficilius est aliquem priuare oio suo actu: quam suum actum imitare. sed versus lib. arbi. potest per violentiam impediri: ut in freneticis patet. ergo etiam videtur quod per violentiam cogi possit ad aliquid agendum **C** Contra. ut dicit Augustinus contra Iulianum in libro de ciuitate dei. Quod est necessarium non est voluntarium. sed lib. ar. in ratione sua voluntarium habet: cum sit facultas rationis et voluntatis. ergo videtur quod non possit per necessitatem cogi. **C** Preter. quicquid cogit non habet dominium sui actus. sed ex hoc li. ar. in nobis dicitur: quod dominus sumus nostrorum actuum. ergo videtur quod hoc sit contra rationem li. ar. quod cogatur. **C** Respondetur dicendo: quod est duplex coactio quedam sufficiens que compulsio vocatur. quedam vero insufficientis que vocatur impulsio. Sciendum est igitur quod in partibus anime quedam sunt que compelli possunt. sed hoc dupliciter. quedam enim compellentur ex subiecto: sicut ille vires que sunt organice affixe: cum enim sine organice operationes habere non possint compulsis organice ipse virtutes prohibentur et compelluntur earum actibus violenter extorsis. quedam vero sunt que quidem subiecto non compelluntur: quod organice affixe sunt: compelluntur tamen obiecto: sicut intellectus ipse enim non est actus alicuius partis corporis: ut philosophus dicit in tertio de anima: et tamen demonstrationis vigeat. voluntas autem neque subiecto cogi potest cum non sit organice affixa neque obiecto: et tunc quicquid enim aliquid ostendatur esse bonum in potestate eius remanet eligere illud vel non eligere. Quis ratio est: quod obiectum intellectus est verum obiectum aut voluntatis est bonum. Inuenitur autem aliquid verum in quo nulla falsitatis apparatus admisceri potest. ut patet in dignitatibus. unde intellectus non potest subterfugere quin illis assentiat. Similiter etiam inuenitur aliquid falsum: quod nullam veri apparentiam habet: ut patet in oppositis dignitatibus. unde illi nullatenus intellectus assentire potest. Similiter etiam si ponatur voluntati aliquid bonum quod completam boni rationem habeat: ut ultimus finis propter quem omnia appetuntur non potest voluntas habere non velle. unde nullus non potest non velle esse felix aut velle esse miser. In his autem que ad finem ultimum ordinantur nihil inuenitur adeo malum: quin aliquid bonum admixtum habeat nec aliquid

odio bonum quod in omnibus sufficiat. vñ quātun-  
 cūq; ostendatur bonum vel malum : semper potest  
 adherere & fugere in contrarium ratione alterius qđ  
 in ipso est: erquo accipitur si malum est simpliciter:  
 vt apparens bonum. & si bonum esset simplr vt appa-  
 rens malū. & inde est q; in omnibus que sub electiōe  
 cadunt voluntas libera manet in hoc solo determina-  
 tiōe habens q; felicitatem naturalr appetit & nō de-  
 terminate in hoc vel illo: q̄suis autem cogi non possit:  
 nihilominus tñ pōt inclinari ad agendum aliqd  
 per aliquas dispōnes & habit⁹ ex quibus p̄rior effici-  
 tur ad eligendū alterā partē. ¶ Ad primū ergo dđz:  
 q; de⁹ operatur in voluntate & in lib. ar. s̄m eius eri-  
 gentiam. vnde etiam si voluntatem hominis in aliō  
 mutet nihilominus tamen hoc sua oipotentia facit vt  
 illud in quod mutatur voluntarie velit: & ita coactio-  
 nis ratio tollitur: alis esset contradictionis implicatō  
 si diceretur nolle illud in qđ mutatur & cogi ad illud  
 q; necessitas coactionis voluntati contraria est: vt i  
 quinto metaphysice p̄hs dicit. ¶ Ad scđm dđz: q;  
 diuina prescientia necessitatē lib. ar. non imponit: q̄s/  
 uis hoc qđ prescītū est impossibile sit non euenire: & h  
 quō esse possit in primo lib. ostensum est. ¶ Ad ter-  
 tium dđm: q; ad actum li. ar. nulla virtus est eo supe-  
 rior: nisi deus: q̄suis forte aliqua alia virt⁹ creata sim-  
 pliciter potentior sit. vnde nulla virtus cāta li. arbi.  
 cogere nec imitare potest. de⁹ aut pōt quidez imita-  
 re: sed nō cogere eo modo quo dicitur nō posse face-  
 re vt duo contradictoria sint simul. ¶ Ad quartum  
 dicendum: q; q̄suis intellectus sit superior virtus q̄s  
 voluntas ratione ordinis: q; prior est & a voluntate  
 presupponitur: tamen voluntas etiam quodāmodo su-  
 perior: est s̄m q; imperium habet super omnes anime  
 vires p̄pter hoc q; eius obiectum est finis. vnde cō-  
 uentientissime in ipsa sūmum libertatis inuenitur. Li-  
 ber enim dicitur qui causa sui est: vt in p̄mo metha-  
 physice dicitur. ¶ Ad quintum dđm: q; motus cele-  
 stis se habet ad li. ar. sicut inclinans ad aliquid agē-  
 dum in quantum ex impressione corporis celestis re-  
 linquitur aliqua dispositio in corpore s̄m quā anima  
 efficitur p̄na ad hanc actionem vel illam sicut ex na-  
 turali completionē quidam sunt magis p̄ni ad vnū  
 vicium q̄s alii: & hoc modo possunt astrologi p̄nunci-  
 are aliquid ex his que ex li. ar. dependent cōiectu-  
 raliter & non per certitudinem scientie: q; virtutem  
 coactam sufficienter super li. ar. non habent corpora  
 celestia. Vnde etiaz Ptolemeus dicit: q; homo sapi-  
 ens dominatur astris: q; per sapientiaz suā potest vi-  
 tare ea ad que astra disponunt. Auicenna tamen vi-  
 detur velle: vt supra dictum est: q; motus voluntatis  
 reducatur: sicut irregularis in animas corporuz ce-  
 lestium: q; ponit q; anime inferiores sunt ex animab⁹  
 superioribus. vnde non est mirum si impressiones h  
 abet anima superior in aiām inferiorem: sed s̄m fidez  
 catholicaz hoc stare nō pōt que ponit aiās imediate  
 a deo creati. vnde ipse solus in voluntate operari po-  
 test & in ipsam imprimere. & ideo diuersitates huma-  
 ne voluntatis in vniformitatem voluntatis diuine re-  
 ducuntur: sicut in primam regulam. ¶ Ad sextū dđz  
 q; incontinens dicitur vinci a passionibus non quasi  
 cogentibus: sed vehementer inclinantibus ad aliqd  
 agendum. ¶ Ad septimum dđm: q; vsus lib. ar. non  
 impeditur per se sed per accidens: in quantum. s. ad  
 vsus li. ar. requiritur vsus rationis: & ad vsus rati-  
 onis requiritur vsus imaginatiue virtutis qui per le-

sionem organi impeditur.  
 D tertium sic pceditur. videf q; li. ar. nō se  
 a extendat ad omnia opera humana. Li. n. ar.  
 cogi nō pōt vt dictum est: sed quedam opera  
 humana cogi possunt. impeditur. n. homo a motu p  
 violentiam. ergo non omnia opera humana sunt lib.  
 ar. ¶ Pre. in primo ethi. dicit q; qđam opera huma-  
 na sunt fines: electio aut nō est finis: vt i tertio ethi.  
 dicit. cū igitur eligere sit actus liberi arbitrii : videf  
 q; li. ar. non sit oium humanozum actuum. ¶ Pre-  
 rea. omnes actus li. ar. sunt in potestate nostra: sed q  
 dam actus sunt in nobis non in potestate nostra exi-  
 stentes: sicut actus generatiue: nutritiue: & augmen-  
 tatiue. ergo non omnes actus nostri sunt lib. arbi.  
 ¶ Pre. potentia determinata est ad determinatos  
 actus. si igitur li. ar. esset omnium humanozū actuum  
 non esset determinata sed vñs potentia: quod supra  
 falsum esse dictum est. ¶ Pre. illud quod est preter  
 voluntatem est etiam p̄ter li. ar. cum li. ar. sit factas  
 voluntatis & rationis: vt supra dictum est. Sed vt  
 Dionysius dicit quarto cap. de diu. no. malum ē pre-  
 ter voluntatem. ergo li. ar. hominum ad mala ope-  
 ra non se extendit. ¶ Sed p̄trarium est qđ Dama-  
 scenus dicit in scđo lib. q; homo libero arb. ingrit: eli-  
 git: impctū facit ad opus: & sic de aliis. ergo videtur  
 q; ad ipm p̄tineant omnes actus humani. ¶ Pre-  
 rea: vt s̄ dictū est li. ar. ē volūtas: sed oēs act⁹ huma-  
 ni sūt volūtarii. ergo sūt et li. ar. ¶ Respōdeo dđ. q;  
 actus alicuius potētie vel habit⁹ pōt esse dupli. vt  
 q; elicit ipm: vt q; imperat eū. Ille at actus p̄prie a  
 potentia elici dicitur: qui imediate ab ipa potentia p-  
 cedit: sicut ab intellectu intelligere: & hoc modo non  
 oēs actus humani sunt li. ar. sed p̄prie actus eius  
 qui eligere: vt supra dictum est. sed per imperium vo-  
 luntatis & li. ar. mouentur et alie potētie in suos act⁹  
 vnde virtus appetitiua dicitur mouens : q; imperat  
 morum: & virtus motiua affira musculis & nervis et  
 equitur. & per modum istum omnes actus hūani sūt  
 li. ar. quasi ab ipso imperati. ¶ Ad primū ergo dđm:  
 q; li. ar. nō potest cogi in suo actu proprio q; est elige-  
 re: sed tñ pōt cogi in aliquibus actionibus imparis ab ipso  
 p̄pter coactionem virtutū erequentiū. ¶ Ad scđz di-  
 cendū: q; illd qđ est finis respectu quozundam pōt eē  
 terminatū ad vltioriē finem nisi sit vltim⁹  
 finis. nulla aut opatio humana est finis vltim⁹: nisi  
 per accidens: in quantum. s. fini vltimo cōiungit. & iō  
 diuinū operationū humanarū pōt esse electio nō qđaz  
 in quantum est finis sed in quantum sunt ad finē: q̄suis  
 eni n vincere sit finis militaris potentie : ordinat tñ  
 ad vltioriē finem. vnde sub electione cadere po-  
 test. ¶ Ad tertium dicendum: q; homo ex hoc dicit  
 homo q; rationem habet: vnde illi tñ actus dicunt  
 actus humani qui sunt virtum rationalium : vel p  
 essentiam: vel per participationem: sicut actus con-  
 cupiscibilis & irascibilis. virtutes autem nutritiue  
 partis nullo modo rationem participant: vt i primo  
 ethicorum dicitur. vnde earum actus operationes  
 humane non dicuntur. ¶ Ad quartum dicendū: q;  
 ratio illa sequeret si omnia opera humana essent li.  
 ar. quasi elicita ab ipso qđ nō est vñ vt dictum ē.  
 vnde nō sequit q; sit vñs potētia. ¶ Ad quintū dđz  
 q; malū in eo q; malū est preter voluntatē est. s; ope-  
 ratio humana in q̄tum apparet bona sub voluntate  
 cadere potest. & ita potest esse eius electio & libero ar-  
 bitrio subiaccere.



**D** quartū sic pcedit. videt q̄ libertas arbi-  
 a triū nō augeatur neq̄ minuitur. Illud enim  
 qd̄ pertinet ad rationē potētiē nō variatur p  
 actus vel habitus cū priora a posterioribus nō vari-  
 entur: sed eis subiaceant. sed libertas pertinet ad ra-  
 tionē potētiē que li. ar. dicitur. ergo nō pōt p̄ actus  
 vel hūis virtutis aut vicu augeri z̄ minui. C̄ p̄re.  
 illud qd̄ sequitur naturā aliquā equaliter inuenitur i  
 omnibus habentibus naturā illam: sed li. ar. confeg-  
 tur naturā intellectiua: vt dictū est. ergo in eis nō au-  
 getur nec minuitur. C̄ p̄re. li. ar. dicitur ex eo q̄ co-  
 gi nō potest: sed negationes nō recipiunt magis z̄ mi-  
 nus in diuersis: nec in eodem s̄m diuersos status.  
 C̄ p̄re. illud qd̄ est fortius nō vincitur nec in serui-  
 tute deducitur ab eo quod est debilius. sed li. ar.  
 est fortius q̄ sint passiones peccati: q̄ eis resistere p̄t  
 z̄ sibi subiugare. ergo videtur q̄ non resistitur li. ar.  
 per seruitutem peccati. C̄ p̄re. in illud qd̄ quilibet  
 per se pōt vnus nō est altero liberior: sed in malum  
 quilibet per se potest z̄ in gratia z̄ sine gratia. ergo vi-  
 detur q̄ li. ar. aliquid non sit liberius ad malū q̄ al-  
 terius: ita videt: q̄ li. ar. non augeatur vel minua-  
 tur. C̄ Sed p̄tra est qd̄ dicitur ad Ro. vii. nō q̄ vo-  
 lo bonū h̄ ago. h̄ autem persona hominis damnati di-  
 citur vt vna glo. exponit: cum ergo in statu innocen-  
 tiē nihil ad bonum impediret. videtur q̄ lib. ar. au-  
 geatur z̄ minuitur. C̄ p̄re. non redimitur nisi quod  
 in seruitutem fuit. sed per sanguinē christi de pecca-  
 to redempti sumus: vt prima p̄tri. i. dicitur. ergo  
 per peccatū in seruitutē trahimur: ita libertas mi-  
 nuitur. C̄ Respondeo d̄. q̄ li. ar. dicitur ex eo q̄ co-  
 gi nō pōt: coactio aut vt p̄ri<sup>o</sup> dictū ē: est duplex. vna  
 p̄pellens z̄ alia inducens vel impellens. h̄ autem est  
 naturale z̄ cōtiale li. ar. vt sufficienter nō cogat co-  
 actione compellente: z̄ h̄ sequitur ipsum in quolibz̄ sta-  
 tu. vnde nō auget talis libertas nec diminuitur per  
 se: sed per accidens tñ. Omnis enim p̄prietas que  
 confegitur naturam aliquā q̄to natura illa nobilius  
 inuenitur in aliquo: tanto etiam p̄prietas illa p̄fer-  
 etius participatur ab eo s̄m quē modum homo dicit  
 minus intelligens q̄ angelus: ita etiā libertas a ne-  
 cessaria coactione nobili<sup>o</sup> inuenitur in deo q̄ in ange-  
 lo: z̄ in vno angelo q̄ in alio: z̄ in angelo q̄ in homi-  
 ne. Libertas aut illa q̄ ē ab impellētibus z̄ disponen-  
 tibus in vna parte auget z̄ minuit: z̄ acquiritur z̄ amit-  
 titur s̄m q̄ illa disponētia augetur z̄ minuuntur z̄ acq-  
 runt z̄ amittunt. vñ libertas talis per se etiam auget  
 z̄ minuit in hoīe s̄m diuersos status. C̄ Ad primum  
 ergo dicendum: q̄ libertas a necessitate est que con-  
 sequitur naturā potētiē. z̄ ideo p̄ actū z̄ habitum non  
 variat: s̄ libertas a disponētibus sequitur habitū z̄ ac-  
 tū. z̄ ideo s̄m diuersitatem actū z̄ hūis variatur.  
 C̄ Ad scdm̄ d̄. q̄ in gbus inuenit natura vna equa-  
 liter inuenitur et equaliter illud qd̄ p̄sequit naturas  
 illas: sed natura intellectiua nō inuenit equalit̄ in deo  
 angelo z̄ hoīe. vñ nec etiā libertas a coactiōe equa-  
 liter in oibus est. C̄ Ad tertiu<sup>o</sup> d̄. q̄ q̄uis negatio p̄  
 se non recipiat magis ac minus tñ per accidens iten-  
 dit z̄ remittit. s̄. per intentionē z̄ remissionem sue cāe  
 sicut dñr maiores tenebre quanto est maius obstacu-  
 lum lucis: vnde etiam s̄m q̄ causa libertatis que est  
 natura intellectiua inuenitur nobilior: z̄ minus nobi-  
 lis s̄m h̄ etiam ipsa libertas intenditur quodāmodo  
 z̄ remittit. C̄ Ad quartū d̄. q̄ li. ar. nunq̄ ita vin-  
 ditur aut seruituti subiugatur passioib<sup>o</sup> peccati vt ad

peccandū cōpellatur: q̄ iam sibi in peccatū nō impu-  
 tare: sed dicit eē subiectū pctō inq̄tū ex pctō incli-  
 natur ad peccandū: sicut a disponēte: nō sicut a cōpel-  
 lente. Ad quintū d̄. q̄ q̄uis quilibet per se pos-  
 sit in malū: nō tñ pōt quilibet eodē modo malū facere:  
 sicut ille q̄ h̄ habitū malicie. vnicuiq̄. n. habēti ha-  
 bitū est delectabilis operatio que est s̄m habitu illam  
 z̄ iō illi qui habēt habitū corruptos opa abominabi-  
 lia delectabiliter z̄ sine abhoiatiōe exercēt. z̄ iō libe-  
 re illud facere dicunt inq̄tū per habitū corruptū re-  
 p̄mitit p̄tradictio rōnis rōne obtenebrata: qd̄ nō pōt  
 eē in illis qui rōlibus habitib<sup>o</sup> carēt. z̄ iō dicit p̄bs in  
 quinto ethi. q̄ iustus nō pōt statū facere opera iniusti-  
 tie: sicut iniustus facit.

**D** quintū sic pcedit. videt q̄ incōuenienter  
 a distinguit li. ar. tripl̄: s̄m enim diuersos stat<sup>o</sup>  
 libertas ar. variatur. status at hoīs quatuor  
 in littera assignant: ergo z̄ quatuor libertates ar. di-  
 stinguit debet. C̄ p̄re. plus differt pctū a iustitia q̄  
 peccatū a miseria: cū p̄ma se habeant vt opposita. se-  
 cūda vt cā z̄ effectus. si ergo assignat alia libertas a  
 pctō z̄ a miseria: multo fort<sup>o</sup> debet assignari: vt eē  
 alia libertas a pctō z̄ iustitia. C̄ p̄re. Ansel. dicit: q̄  
 posse peccare neq̄ est libertas neq̄ pars libertatis.  
 sed libertas a iustitia est s̄m h̄ q̄ est posse peccare. z̄  
 videt q̄ incōuenienter libertatē talem assignet.  
 C̄ p̄re. sicut differt peccatū z̄ iustitia: sic differt glo-  
 ria z̄ miseria. si ergo p̄tra libertatē a pctō ponit liber-  
 tatē a iustitia: videt q̄ etiā p̄tra libertatē a miseria de-  
 beret ponere libertatē a glia. p̄re. necessitas qdā  
 miseria est: sed ps nō debz̄ diuidi p̄tra totū. ergo icon-  
 uenienter libertatem a necessitate diuidit z̄ libertates  
 a miseria. C̄ p̄re. Ber. distinguit triplicē libertates  
 .s̄. libertatē ar. libertatē p̄siliū z̄ cōplaciti: cū igit̄ hoīz̄  
 magister mentionē nō faciat: videt insufficiens in li-  
 bertatis distinctione. C̄ Respondeo d̄. q̄ libertas in  
 sui rōne negationē coactionis includit oīs aut priua-  
 tio distinguit s̄m ea que p̄uant. vñ s̄m ea q̄ cogere  
 possit vel impedire: oīs libertatis distinctionē sumi-  
 vt aut p̄ri<sup>o</sup> dictū est: duplex est coactio qdā perfecta  
 q̄ quidē simplr̄ coactio dici pōt. z̄ qdā que est imper-  
 fecta q̄ poti<sup>o</sup> impulsio q̄ coactio d̄. Si ergo p̄sidere  
 tur libertas s̄m q̄ remouet p̄fecta coactio. sic erit li-  
 bertas a coactiōe z̄ necessitate q̄ quidē per se z̄ semp  
 li. ar. sequit. vnde in littera dicit: q̄ in omnib<sup>o</sup> inueni-  
 tur sine qua pctū iputari nō possz̄. Si aut dicitur li-  
 bertas p̄ remotionē ipellētis seu ipediētis h̄ ē dupl̄:  
 q̄ hoc qd̄ ipellit li. ar. aut ipedit z̄ facit h̄ p̄ se: sicut ha-  
 bit<sup>o</sup> z̄ disponēs que sūt i ipsa aia: z̄ sic ē libertas a pec-  
 cato. vel p̄ accidēs sicut impotētiē z̄ penalitates que  
 sūt ex pte corporis vsū li. ar. ipediētēs: z̄ sic ē libertas  
 a miseria. C̄ Ad primū q̄ d̄. q̄ libertates nō disti-  
 guunt s̄m diuersos stat<sup>o</sup> hoīs: cū vna libertas in di-  
 uersis statibus p̄ticipet. libertas. n. a necessitate om-  
 nib<sup>o</sup> statib<sup>o</sup> cōis est. Libertas aut a pctō ē tribus sta-  
 tib<sup>o</sup> cōis. s̄. p̄mo statui innocētiē z̄ terrio q̄ ē p̄ reparati-  
 onē gr̄e. ergo z̄ q̄to q̄ ē in glia: tñ s̄m magis z̄ minus  
 sicut in l̄ra designat. libertas aut a miseria duob<sup>o</sup> sta-  
 tib<sup>o</sup> cōis. s̄. statui innocētiē z̄ statui glie. C̄ Ad scdm̄  
 d̄. q̄ li. ar. q̄uis possit in bonū z̄ in malū: tñ per se  
 in bonū ordinatū ē. z̄ iō illd̄ qd̄ ipedit ip̄m a bono s̄m  
 pliciter ipeditiū ip̄i<sup>o</sup> ē z̄ corruptiū. z̄ p̄pter hoc li-  
 bertas ab eo q̄ ipedit a bono simplr̄ libertas d̄: que  
 est libertas a peccato: qd̄ aut ipedit illd̄ a malo q̄ cor-  
 ruptio ei<sup>o</sup> est: nō est impeditiū ei<sup>o</sup> nisi s̄m qd̄: sicut z̄

cu3 corruptis ignorantia in hoie dē corruptio sūm qd. h autem quod a peccato impedit est iustitie rectitudo i rōne etiā: et inde ē qd libertas a iustitia n̄ ē libertas simpliciter: sed sūm qd. Et ideo inter principales pres libertatis assignari non d3: sed tñ reducitur ad illam libertatem que est a peccato pp̄ similitudinem i mō: sicut enim peccatū p se ipedit a bono p modū hirtus: et dispositionis: ita etiā iustitia ipedit a malo. Ad tertiu dō: qd nō ē simpliciter vt dictū est libertas a iustitia: sed sūm quid: pp̄ h etiā nō cōputat inter pres principales sed quasi p p̄ns reducitur ad alteraz libertatū vt dictū ē. Ad quartū dō: qd de rōne beatitudinis: et glorie est vt aliqs oia hēat que vult: et nihil mali velit: vt dicit Aug. et ideo glia i nullo ipedit vsūm li. ar. et pp̄ h non assignat aliqua libertas agliā nulla enī volūtas miserā querit: et gloriā fugit cū oēs naturaliter beati esse velint. Ad quintū dō: qd coactionē illā que p libertatē necessitatis excludit miseria nō icludit eo qd nūq̄ ad tantā miserā devenit vt li. ar. cogi possit. et id nō ē incōueniēs: si libertas a necessitate libertatē a miseria distinguat. Ad sextū dō: qd magister vt ex dictis p3 distinguit li. ar. s3 ea a qbus est libertas: et hec est per se diuisio eius vt dictū ē. Bernardus at̄ distinguit libertatē sūm terminā ad quem: et h est illud qd sub electōe cadit: cum igit̄ nihil cadit sub electōe nisi sūm qd h3 aliq̄ rōnē boni sūm diuersos gradus bonitatis i hūanis actibus diuersas libertates distinguit enī aliqd in hūanis actibus qd ē licitū: qd nulla lege phibet: et respectu huius modi dicit libertatē arbitrii: qd in iudicio n̄o cōsistit vtrum h sequamur vel nō: vltius est aliqd qd n̄ tñ est licitū: sed etiā vtile est: qd omnia licent: s3 nō oia expediunt vt apostolus ait: et sūm. h assignat libertatem consilii: qd consilium ē de meliori bono qd est expediēs ad salutē: est et aliqd qd delectat: et respectu huiusmodi assignat libertatē cōplaciti. vnde dicit qd libertas ar. discernere h3 qd liceat: libertas aut̄ p̄sili probare qd expedit: libertas aut̄ cōplaciti experiri qd libeat. Quod p̄bi diffinitio dixerunt et. Sciendum qd illa non est vera diffinitio: sed que dā notificatio. vñ large diffinitionē sumit: differt at̄ a p̄dicta superius assignata: qd illa data ē sūm h ad quod est li. ar. qd. s. in bonum et malū: h aut̄ dat sūm libertatis cām. vñ cū d̄ liberum de voluntate et. h p̄ positio de libertatis cām notat: qd volūtas vt prius dictū est totius libertatis finis est. Et qd sūm p̄dictā assignationem et. non sūm illam p̄hoz quam ponunt sūm suam expositionem quam addidit dicens qd libera est ad vtrūlibet et. Et sūm illā quam supra ex verbis Aug. accepit. Non potest non peccare ante reptationē et. Intelligendū quantū ad presens pertinet quia de hoc infra quare non peccare. i. non in peccato esse: sicut etiā videre dupliciter sumitur pro habere vsūm: et pro vni vsū. Corrupta est ergo et. Corruptam dicit propter libertatem a necessitate que naturalis est: sicut etiā alia bona naturalia per peccatūz corruptūtur licet semper maneant: perditam vero ostendit propter libertates a peccato que quidem ex toto adueniente peccato tollitur sicut: et alia innocentie et gratie bona. h queri potest: et vtrū libertas et. Sciendum est qd si libertas dicat facultatem ipsius potentie: sic eadem est libertas arbitrii et a peccato et a iustitia que quidem per illa: sicut per quosdam habitus disponitur: si autem dicat facultatem habitus tunc alia libertas est a peccato et a iustitia:

et vtrāq̄ superadditur libertati arbitrii: sicut habitus potentie. vnde secundum aliquid vtrāq̄ opinio verum dicit. Liberior est ad malū: videtur hoc esse falsum: quia vt dictum est ad malum non est libertas nisi secundam quid: et quod est simpliciter est magis eo quod est secundum quid. Et dō qd hec cōparatio non attenditur secundum proprietatem libertatis: quia libertas ad bonum magis est libertas q̄ libertas ad malum: sed attenditur sūm sufficientiā li. ar. quod quidem per se in quodlibet malum potest non autē in quodlibet bonum.

## Distinctio

## Vigesimasexta.

## De grā operāte et cooperāte

**Ec est** gratia operās et cooperās. Operās enī grā preparat hoīs volūtatē ut velit bonū. Grā cooperās adiuvat ne frustra velit. An̄ Aug.

in li. de gratia et li. ar. Cooperādo deus perficit i nob. quod operādo icipit. Quia ipse vt velimus operatur icipiēs: quod volētibus cooperatur perficiēs. vt ergo velimus operatur. Cum autem volumus et sic volumus vt perficiamus: nob cooperat. Tamē sine illo vel operat vt velimus: vel cooperāte cū volumus bōa pietatē opera nihil valeamus. Ecce his verbis satis aperitur q̄ sit operās grā et que cooperās. Operās enī est que preuenit volūtatē bonam. Ea enim liberatur et preparatur hominis volūtas: vt sit bona bonūq̄ efficaciter velit. Cooperās vero gratia volūtatē iam bonam sequitur adiuvādo. Unde Augu. cōtra Julianum hereticūz qui bonam volūtatē ex libero ar. tātum esse dicebat: atq̄ hominem per liberum arbitrium posse bonum velle et operari sine gratia asserbat: ait. Apertam de cōmēdatōe gratie apostolus protulit sētētiā cū ait. Nō est volētis neq̄ currentis: sed miserentis dei. hoc si attenderes Juliane non extenderes cōtra gratiam merita voluntatis humane. Nō enim ideo miseretur deus allicuius quia voluit et cucurrit: sed ideo voluit et cucurrit quia misertus est deus. Preparatur enim hominis voluntas a deo: et a domino gressus hominis diriguntur. Ideoq̄ congrue ait. Non est volnetis neq̄ cur. sed. mi. dei. Non quia hoc sine nostra voluntate agatur sed quia voluntas nostra nil boni agit nisi diuinitus adiuetur. Unde alibi Apostolus ait. Non autem ego: sed gratia dei mecum. Non ideo hoc dicit quia nihil boni agebat sed quia nihil boni agebat si illa non adiuuaret. His testimonijs aperte insinuat: quia

uoluntas hominis gratia dei preuenitur atq; pparatur ut fiat bona: n̄ ut fiat uoluntas. Quia ⁊ ante gratiā uoluntas erat: sed nō erat bona ⁊ recta uoluntas. Uoluntate ipsam Augu. in li. de duabus aiabus ita diffinit. Uoluntas est ai motus cogente nullo ad aliquid nō admittendum uel adipiscendum. Hec autem ut n̄ admittat malū uel adipiscatur bonum: preuenitur ⁊ preparatur dei gr̄a. Unde apostolus. gratiam preuenientem ⁊ subsequentes comēdans. i. operantem ⁊ cooperātem: uigilanter dixit. Non est uo. neq; cur. sed mi. dei. ⁊ nō eōuerso. Non est misericordis dei: sed uolentis ⁊ currentis. Nam si ut quibusdam placuit: quod dictus est ita accipiatur. Nō ē uo. n. cur. sed mi. dei. tāq; diceretur. Non sufficit sola uoluntas hominis: si non sit etiam misericordia dei econtra dicitur. Nō sufficit etiam misericordia dei si nō sit uoluntas hominis. At per hoc si recte dictū est illud: qz id uoluntas hominis sola non implet: cur non etiam econtrario recte dicitur. non miserētis ē dei: sed uolentis est hominis: cuz id misericordia dei sola n̄ impleatur. Homo enim credere uel sperare nō poterit nisi uelit nec per uenire ad palmam nisi uoluntate currat. Restat ergo ut ideo ita recte dictum intelligatur: ut totū de tur deo qui hominis uoluntates bonam puenit ⁊ preparat adiuuandā: ⁊ adiuuat pparatā uolentem preuenit ut uelit. uolentem subsequit ne frustra uelit. Ecce his uerbis ⁊ aliis premissis euidenter traditur qz uoluntas hominis preparatur ⁊ preuenitur gratia dei ut bonum uelit: ⁊ adiuuatur ne frustra uelit.

Quod bona uoluntas comitatur gratiā.

i Taq; bona uoluntas comitatur gratiam: non gratia uoluntatem. Unde Augu. ad Bonifacium papam scribens contra pelagianos inquit. Cum fides impetrat iustificationem: sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei: non gratias dei aliquid meriti precedit humani: sed ipsa meretur augeri ut aucta mereatur perfici uoluntate comitante: non ducente: pedissequa non preuia. Ecce hic expresse habes qz gratia preuenit bone uoluntatis meritum: ⁊ ipsa uoluntas bona pedissequa est gratie non preuia.

Que sit gratia uoluntatem preueniens. s. fides cum dilectione.

e Si diligenter intendas: nihilominus tibi monstratur que sit ipsa gratia uoluntatem preueniens ⁊ preparans. s. fides cum dilectione. Ideoq; Augu. in eodem tractans quomodo iustificati su-

mus ex fide: ⁊ tamen gratis utrunq; enim dicit Apostulus qz dicit iustificati ex fide. Alibi ait. iustificati gratis per gratiam. Hoc enim ideo dixit: ne fides ipsa superba sit: ne dicat sibi. Si ex fide iustificati: quomodo gratis? Quod enim fides meruit cur non potius red dicitur qz donatur? Non dicat iste homo fidelis: quia cum dixerit habeo fidem ut merear iustificationem: respondetur ei. Quid habes quod non accepisti? Fides enim qua iustificatus es: gratis tibi tradita est. Dic apte ostenditur qz fides est causa iustificationis: ⁊ ipsa est gratia ⁊ beneficium quo hominis preuenitur uoluntas ⁊ preparatur. Unde Aug. in .i. li. retractationum. Uoluntas est qua ⁊ peccatur ⁊ recte uiuitur. Uoluntas uero ipsa nisi dei gratia liberetur a seruitute qua peccati serua facta est: ⁊ ut superet uitia ⁊ adiuuetur: recte pieq; uiui a mortalibus non potest. et hoc beneficium quo liberatur nisi eaz preueniret: iam meritis daretur: ⁊ non esset gratia: que utiq; gratis datur. Preuenit ergo bona hominis uoluntas illo gratie beneficio quo liberatur ⁊ preparatur. ⁊ illud beneficium recte fides xpi intelligit. Sicut Aug. in ench. ostendit dicens. ipsum li. ar. liberandū est post illas ruinas a seruitute peccati. nec oio p seipsuz sed per solam dei gratiam: que in fide xpi posita est liberaf ut uoluntas ipsa preparetur. Ecce aperte dicit gratiam per quam liberaf arbitrium: ⁊ preparatur uoluntas posita esse in fide xpi. Fides enim xpi ut in eodem ait i petrat quod lex impat.

Quod uoluntas bona que preuenit gr̄a quedam dei dona preuenit.

i Ipsa tamen eadē uoluntas quedam gratie dona preuenit. Unde Aug. i ench. Precedit bona uoluntas hominis multa dei dona: sed non omnis. Que autem non precedit: ipsa in eis est: ⁊ ipsa iuuat. Nam utriq; legitur in sanctis eloquijs ⁊ pueniet me: ⁊ misericordia eius subsequet me. Uolentem quippe preuenit ut uelit: uolētē subsequit: ne frustra uelit. Cur. n. admonemur orare p inimicis nostris nolētib; pie uiuere: nisi ut deus i eis operet ⁊ uelle. Itēq; cur admonemur petere ut accipiamus: nisi ut ab illo fiat qd uolumus: a quo factus ē ut uelimus. Unde apostolus ait: Nō est uolentis neq; cur: s; mi. dei. Ex his apparet qz bona hois uoluntas quedam dei dona preuenit qz eam comitatur gr̄a adiuuans: ⁊ quibusdam puenitur: qz eam preuenit gr̄a operans. s. fides cum charitate.

Que p̄dictis vident̄ contraria. s. q̄ videt̄ di  
ci fidem esse ex voluntate.

**Q**uoniam t̄m̄ ignorādū quod alibi Aug.  
n significare videt̄: q̄ ex voluntate fit fi  
des. de illo verbo apl̄i. s. corde credit̄  
ad iustitiā. Ita sup̄ Joānē tractās. Jō n̄ sim  
pliciter apl̄s ait credit̄: sed corde credit̄: q̄ ce  
tera p̄t̄ hō nolēs: credere aut̄ nō nisi volēs.  
Intrare ecclesiaz: ⁊ accedere ad altare p̄t̄ no  
lens: sed nō credere. Itē sup̄ Genesim: vbi la  
ban ⁊ batuel dixerūt. Vocemus puellā ⁊ q̄  
ramus eius voluntates: dicit̄ expositor. Quia  
fides ē voluntatis: non necessitatis. Ad q̄d n̄  
dentes dicimus nō hec ita accipiēda fore: vt  
ex voluntate hoīs fides intelligat̄ puenire: cū  
ipsa sit proprie dei donuz: vt ait apl̄s. ⁊ ex ea  
bona hoīs merita incipiāt. p̄ hāc enim vt ait  
Aug. super sp̄almum. lxxvi. Iustificatur impi  
us. i. de impio pius fit: vt deinde ipsa fides i  
cipiat per dilectionē operari: vnde oīa bona  
merita incipiūt. Sed potius hec iō dicta sūt  
q̄ nō est fides: nisi in eo qui vult credere. cu  
ius bonam voluntatē fides p̄uenit: nō tēpo  
re: sed eā ⁊ natura. Unde Aug. supra cōgruē  
ter dixit: q̄ bona voluntas in eis donis est: q̄  
non precedit: ⁊ ipsa iuuat: q̄ ea iuuat quibus  
p̄uenit: dū eis p̄sentit ad effectū boni: ⁊ in  
eis ē: q̄ tēpore ab eis nō precedit̄.

Quedam adducit addit que grauiorem faci  
unt questionem. s. q̄ cogitatio boni precedit  
fidem.

**C**eterum hanc questionē magis acu  
unt ⁊ vrgente verba Augu. quibus  
in li. de predestinatione sanctorum  
vtitur: pertractans illud verbū apostoli. Nō  
q̄ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis  
quasi ex nobis. Attendant inquit hic ⁊ ver  
ba ista perpendant qui putant ex nobis esse  
fidei inceptum: ⁊ ex deo esse fidei sup̄lemētuz  
Comēdans enim istam gratiam que nō da  
tur secunduz aliqua merita: sed efficit oīa bo  
na merita: inquit. nō q̄ sufficientes simus co  
gitare aliquid boni. s. ex nobis. Quis autem  
nō videat prius eē cogitare q̄ credere: Nul  
lus quippe credit aliquid nisi prius cogitave  
rit esse credendum. Si ergo cogitare bonum  
non est ex nobis: vt hic apostolus tradit nec  
credere: q̄ q̄ ⁊ ipsuz credere nihil est aliud q̄  
cum assensione mentis cogitare. Nō videt̄  
insinuare q̄ cogitatio bona precedat fidem. ⁊  
ita bona voluntas p̄ueniat fidem: non p̄e  
ueniatur. quod p̄dictis aduersari videt̄. Ad  
hoc autē dicimus q̄ aliquando cogitatio bo  
na siue voluntas p̄uenit fidem: sed non ē il

la bona voluntas vel cogitatio qua recte viu  
tur. Illa enī sine fide ⁊ charitate nō ē. Nam  
vt ait Aug. ad Anastasium. Sine sp̄u nō ē vo  
lūtas hoīs libera: cū cupiditatibus vincat̄. n̄  
est libera: ad bonū nisi liberata fuerit. nō autē  
liberat̄ nisi p̄ spiritū charitas diffundat̄ i cor  
dib⁹. Nō ē libera volūtas nisi eā liberet gr̄a  
p̄ legē fidei. i. nō ē libera sine fide opante p̄ di  
lectionē: ⁊ illā sufficiēter habere bonū ē. Nō  
est enim fructus bonus qui de radice chari  
tatis non surgit. Si vero ad sit fides opans p̄  
dilectionem: fit delectatio boni.

De illa cogitatione boni que precedit fi  
dem plene differitur.

**U**la autem cogitatio siue voluntas q̄  
i fidem charitatem aliasq̄ iustificatio  
nes precedit: non sufficit ad salutem  
nec ea recte viuatur: ⁊ hac voluntate cupiscit̄  
tur illa bona voluntas que est magnuz bonū  
ista vero non. Alia ergo est illa volūtas siue  
cogitatio: alia ista. Et sicut illa istā precedit:  
ita illam p̄uenit intellectus. Unde Augu.  
istā distinguens super illuz locū psalmi. Cō  
cupiuit aīa. m. d. ius. tuas. cōcupiuit desidera  
re inquit. non desideravi videmus enim rōe  
nonnūq̄ q̄ vtilis sunt iustificationes dei: s̄  
infirmitate p̄pediti aliquādo non desidera  
mus. P̄ueniat ergo intellectus: sequit̄ tar  
dus aut nullus affectus: scimus bonum: nec  
delectat agere. ⁊ cupim⁹ vt delectet. Sic iste  
olim desiderare concupiscebatur: que bona eē  
cernebat: cupiens eorum h̄re dilectiones:  
quorum potuit videre rationem. Ostēdit vti  
q̄ quibus quasi gradibus ad eas perueniat̄.  
prius enim est vt videatur q̄ sint vtilis ⁊ ho  
neste. deinde vt eaz desiderū cupiscat̄. po  
stremo vt p̄ficiēte gr̄a delectet earū opatio:  
quarum sola ratio delectabat. Attende hunc  
ordinē gr̄az quē hic distincte assignat Aug.  
qual̄. s. intellectus bonoz precedit cōcupiam  
eorū: ⁊ ipsa concupiscentia delectationem  
que fit per fidem ⁊ charitatem. qua habita ve  
re bona est voluntas qua recte viuatur. ipsaq̄  
fidei comes ⁊ non p̄uua. Qui verba Aug.  
p̄missa s̄m hanc distinctionem considerat:  
nullam illi repugnantiam fore animaduertit:  
non ignorans etiam ante gratiam p̄ueniē  
tem ⁊ operantem: qua voluntas bona prepa  
ratur in homine: precedere quedam bona ex  
dei gr̄a ⁊ li. ar. quedā etiā ex solo lib. ar. q̄bus  
tamen vitam non meretur: nec gratiā q̄ iusti  
ficatur. Illius enī gr̄e p̄cipiēde q̄ voluntatem  
hoīs sanat: vt sanata legē impleat: nulla merita  
p̄cedūt. Ipsa ē enim qua iustificat̄ impius. i.

fit iustus qui prius erat impius. meritis autem impii non gratia: sed pena debet. nec ista est gratia. si non daretur gratuita. daret autem gratuita: quia nihil boni aut feceramus nisi hoc mereremur. Non negamus tamen multa aut hanc gratiam: et preter hanc gratiam ab hominibus bona pro lib. ar. ut tradit Aug. in responsionibus contra pelagianos: ubi dicit homines per lib. ar. agros colere: domos edificare et alia plura bona facere sine gratia cooperante.

Utrum una eadem que sit gratia que dicitur operans et cooperans.

Et considerandum est cum predictum sit per gratiam operantem et preuenientem voluntatem hominis liberari ac preparari ut bonum velit: et per gratiam cooperantem et subsequentem adiuuari ne frustra velit: utrum una et eadem sit gratia. id est unum munus gratis datum quod operetur et cooperetur: an diuersa: alterum operans et alterum cooperans. Quibusdam non irrationabiliter videtur quod una et eadem sit gratia: idem donum eadem virtus: que operatur et cooperatur. sed propter diuersos effectus dicitur operans et cooperans. Operans enim dicitur in quantum liberat et preparat voluntatem hominis ut bonum velit. Cooperans in quantum eandem adiuuat ne frustra velit. id est ut opus faciat bonum. ipsa enim gratia non est ociosa: sed meretur augeri ut aucta mereatur et perfici.

Et est gratia operans et cooperans etc. Ostendo quam sciam et quam potentiam homo in primo statu habuit. Sic ostendit quam gratiam accepit. Et diuidit in partes duas.

In prima determinat de gratia in se. In secunda determinat de ea in compatione ad statum primi hominis. 29. di. Post hoc considerandum est etc. Prima diuidit in duas. In prima determinat de gratia secundum veritatem. In secunda remouet quosdam errores circa gratiam. 22. di. b. vero in concussione: et incunctanter etc. Prima diuidit in duas. In prima determinat gratie potestatem distinguens eam per compationem ad lib. ar. In secunda ingreditur genus gratie et quod gratia mereri dicatur. 22. di. b. Si vero queritur quod ipsa gratia preueniens etc. Prima diuidit in duas. In prima diuidit gratiam in operantem et cooperantem que quidem diuisio sumitur secundum effectum que gratia lib. ar. habet. Secundo inquit de partibus diuisionis utrum diuidatur gratia per essentiam vel secundum rationem trium. ibi. Sic considerandum est cum predictum sit etc. In prima ponit gratie distinctionem. In secunda remouet quasdam dubitationes. ibi. Non est tamen ignorandum etc. Prima diuidit in duas. In prima distinguit gratiam in operantem et cooperantem. In secunda ostendit ordinem gratie ad bonam voluntatem. ibi. Ideoque bona voluntas etc. Circa primum duo facit. Primo diuidit gratiam in operantem et cooperantem. Secundo exponit diuisionis membra. ibi. Operans enim est qua preuenit etc. Ita bona voluntas etc. Et hoc

ostendit ordinem gratie ad bonam voluntatem. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod quodammodo gratia que operans vel preueniens dicitur bonam voluntatem precedit. Secundo quod quodammodo gratia que subsequens vel cooperans dicitur a bona voluntate preuenit. ibi. Ipsa eadem tamen etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod gratia bona voluntatem precedit. Secundo ostendit quod sit ipsa gratia. ibi. Sed diligenter intendas etc. Non est tamen ignorandum etc. Sic soluit quod predictis predicere videtur. Et diuidit in duas partes secundum quod duas auctoritates inducit que videntur predictis aduersari. Secunda incipit. ibi. Ceterum quod non habet etc. Et utraque diuidit in obiectionem et rationem. Sic quodammodo ser. Primo utrum gratia ponat quid creatum in anima. Secundo si ponit utrum sit substantia vel accidens. Tertio si est accidens in quo sit sicut in substantia utrum in essentia anime vel in potentia. Quarto utrum gratia sit virtus. Quinto de diuisione gratie in operantem et cooperantem vel preuenientem et subsequentem. Sexto utrum gratia diuidatur per essentiam in diuersis virtutibus et donis et huiusmodi modi.

Primum sic procedit. ut quod gratia nihil creatum in anima ponat. Gratia acceptationem quandam ponit in eo qui habet gratiam dicitur ut. scilicet sit acceptus ei cuius gratia habet: sed ex hoc quod aliquis dicitur acceptus alicui nihil ponit in acceptato: sed in acceptante. Et ex hoc quod homo gratiam dei habere dicitur nihil in eo ponit. Circa hoc. ut dicitur sap. 11. deus diligit omnia que sunt: sed gratia non aliud quam acceptationem dilectionis significat. si ergo in homine aliquid ponit supra sua naturalia per hoc quod gratiam habere dicitur: videtur quod in omnibus creaturis aliquid supra sua naturalia ponendum sit per hoc quod a deo diligi dicitur. Circa hoc. quanto natura perfectior est tanto expediri suum finem potest: sed non humana iter alias creaturas ad minus inferiores perfectior est. si igitur alie creature sola dei prouidentia sine aliquo supposito suis naturalibus finem proprium consequi possunt: videtur quod multo fortius hec rationalis creatura consequi possit. ergo nullo supposito naturalibus indiget quod gratia dici possit. Circa preterea. eius est recreare cuius est curare: sed ipse deus solus sine medio animam creauit. ergo eius solius est recreare: si igitur gratia recreare dicitur videtur quod gratia nihil creatum dicat. Circa preterea. sicut anima est vita corporis: ita deus est vita anime: sed anima viuificat corpus nullo medio. ergo deus viuificat animam immediate non. ergo gratia aliquid creatum in anima est cum per gratiam anime viuere dicantur. Ad hoc etiam possunt induci quedam rationes que supra posite sunt in primo libro. 22. di. de caritate. unde hoc dimittatur. Sed contra. Ysidorus dicit quod gratia est diuine misericordie donum per quod bone voluntatis fit eritus: sed dona que a deo percipimus quid creatum in anima ponunt. Et videtur quod gratia sit quid creatum in anima. Circa hoc. nullus dicit esse gratus alicui: si ille in diligendo non errat nisi per hoc quod aliquid boni in ipso est: sed deus in diligendo non errat. ergo per hoc quod aliquis gratiam dei habere dicitur aliquid in ipso prealiter significatur. Circa Respondeo deo deo: quod nomen gratie quandam liberalitatem importat. unde ex hoc quod gratis datur gratia dicitur. liberaliter autem donatio principium est amor: et inde est: quod nomen gratie dupliciter sumitur. uno modo per ipsam acceptationem amoris secundum quod aliquis gratiam alterius habere dicitur qui eum diligit. Alio modo pro ipso dono quod liberaliter datur ex amore. unde gratia dicitur donum quod gratis datur utrolibet autem modo gratia sumatur oportet quod aliquid creatum in anima sit.

gnificetur. si enim pro ipsa diuina dilectione gratia accipitur: patet quod aliquem effectum eius in anima ponit: sicut enim scientia dei a nostra differt in hoc quod nostra scientia causatur a rebus: ipsa autem est causa rerum: ita etiam noster amor ex bonitate dilecti catur quod ad amorem sui trahit. Amor autem diuinus bonitatem rebus profundit. vii. Dyo. dicit. iiii. c. de di. no. q. diuinus amor non permittit eum sine germine esse: vii. p. b. q. deus dicitur aliquem diligere: significat effectus diuine dilectionis in dilecto esse. Similiter et si accipiat gratia donum gratia daturus quod aliquid carum intelligatur. est enim quoddam donum gratia datum quod quidem increatum est scilicet. s. f. Sed quod donum nunc habeat cum prius non haberetur hoc non ex sui mutatione contingit: sed ex mutatione eius cui datur. vii. q. 3. ex hoc ipso quod. s. f. aliquid datur aliquid ipsi creature accrescat: quod prius non habebat: sed cuius adeptio ipsam scilicet habere dicitur. vii. q. gra. q. li. tertiūque significet ostendit aliquid creatum in anima esse quod gratis datur: quibus etiam nomine gratie aliquid increatum significari possit. unde vel ipsa diuina acceptio: vel etiam daturus increatum quod est spiritus sanctus potest dici gratia. Ad primum ergo dicitur: quod quoniam aliquis acceptus huius dicitur aliquid in huius figura. unde acceptus sed tamen huius non est causaturus semper ab acceptatione imo est acceptationis causa: sed cum aliquis deo gratias vel acceptus dicitur: significat aliquid in ipso quod ex dei acceptatione causatur. Ad secundum dicitur: cum dilectio dei bonitates creature caret secundum diuersos gradus bonitatis in creaturis: diuersimode deus aliqua diligere dicitur nulla diuinitate in ipso intellecta. vii. et diligere omnes creaturas dicitur secundum bonam nature omnibus tradit: sed illa est simpliciter. et perfecta dilectio quasi amicitie similis quod tamen diligit creaturam sicut artifex opus: sed etiam quod dicitur amicitie similitudine sicut amicus amicum in quantum trahit eas in societate sue fructuositas ut in hoc eorum sit gloria et beatitudo quo deus beatus est: et hec est dilectio qua sanctos diligit quod anthonomatice dilectio dicitur: et id est effectus huiusmodi dilectionis anthonomatice gratia vocatur quibus: et omnes naturales bonitates gratie dici possunt: quod gratis a deo dantur. Ad tertium dicitur: quod si finis huius non esset alio: sine ad quem perueniunt cetera creature sequeretur quod huius imperfectior alius esset si finis suus per naturam suam consequi non posset quod cetera possunt: sed quod finis ad quem huius pertingit excellentior est omni fine quod nature alie consequuntur: et omnem facultatem nature excedit huius ipso quod huius tale finem consequi potest licet non per se: sed aliquibus auxiliis diuinitus collatis inuenit ceteris dignior: sicut ille qui per sanctam sanitatem consequitur multis exercitiis melioris nature est quod ille qui non nisi modicam sanitatem pauco exercitio consequitur ut in secundo eorum. et mun. dicitur. Ad quartum dicendum: quod creare et recreare effectiue dei est. unde sicut creando formam substantialem rei confert per quam in esse naturali subsistit: ita etiam recreando formam gratie confert per quam in esse gratie permanet: non enim potest intelligi quod aliquis sit agens nisi aliquid in effectu suo faciat vel formam aliquam inducat vel substantialem vel accidentalem. unde gratia dicitur recreare formam: sed deus effectiue. Ad quintum dicendum: quod anima quodammodo. similiter se habet ad corpus ut deus ad animam: et quodammodo dissimiliter. In hoc enim similitudo tenet quod utraque rationem cause efficientis habet: sed in hoc differt quod anima est etiam causa formae materiae corporis. unde immediate corpus viuificat

cum inter materiam: et formam non sit aliquid medium ut in. viii. metha. philosophus dicit: deus autem non est forma materiae nisi exemplaris. vii. q. 3. quod mediante aliqua forma in esse gratuito eam viuificet.

Ad secundum sic procedit. vii. q. gra. non sit accensio  
a  
Accensio enim non transit de substantia in substantiam  
tionem a substantia habet: sed gratia de substantia in substantiam transit ut dicitur numeri. xi. Tollam de spiritu tuo: et dabo sententibus etc. Et iterum. iiii. h. ij. spiritus helye requieuit super helye seu. g. vii. q. gra. non sit accensio. C. Pre. o. accensio habet aliquid quod substantiam cuius per se accensio est cum o. quod est per accensio ad per se reducatur: sed gratia non est assignare aliquid substantiam per se cum o. accensio per se ex principijs subiecti caret: gratia vero nihil carum sit causa nisi solus deus. g. vii. q. gra. non sit accensio. C. Pre. nullum accensio est dignitas suo substantia: sed gratia dignior est: quod ipsa anima: quod per ipsam gratiam summo bono iungitur. g. vii. q. gra. non sit accensio. C. Pre. nullum accensio agit in substantia in quo est: et si in aliud exterius agit: sed gratia agit in ipsam animam gratificando eas: et mouendo in opus. g. etc. C. Pre. cetera omne accidens quod amitti potest et corrupti potest: sed gratia amittitur non tamen corrumpitur: cum sit expressio similitudo dei quod etiam naturalis similitudo anime ratione cuius anima incorruptibilis dicitur. ergo videtur quod gratia non sit accensio. C. S. sup. illud per: ut exilaret facies in oleo dicitur glo. gratia est nitore anime concilians sanctum amorem: sed nitore accidens nominatur. ergo videtur quod gratia sit accensio. C. Pre. cetera. omne quod intenditur et remittitur est accidens: quod substantia non recipit magis: et minus ut in per dicitur dicitur: sed gratia est huiusmodi ut ex littera per: quod meretur augeri ut aucta mereatur: et per fieri. ergo est accensio. C. Respondeo dicitur: quod ex quo gratia creatum quid ponitur: necesse est ipsam in genere accidentium poni. cuius ratio est: quia omne illud quod aduenit alicui potest esse completum accidens taliter se habet ad ipsum. unde cum gratia post esse anime sibi adueniat non est aliquid de essentia eius unde oportet quod accidentaliter ad ipsam se habeat: sed tamen aliquid accidentaliter ad aliud se habet quod tamen in se substantia est: sicut indumentum ad corpus sicut etiam e converso aliquid substantialiter ad alterum se habet quod tamen in se accidens est sicut color ad albedinem: et sic non potest de gratia accidere cum enim ponatur: gratia esse coniungens animam fini ultimo: hoc non potest intelligi nisi vel per modum forme vel per modum efficientis. Si per modum efficientis sic oportet aliquam substantiam creatam esse mediam inter animam: et deum que eas coniungeret: et sic anima non immediate a deo gratificaretur: et glorificaretur quod est alienum a fide oportet enim quod sicut anima immediate a deo creatur effectiue: ita et immediate ab ipso recreetur. si autem intelligatur formaliter tunc oportet quod gratia sit forma anime et cum adueniat post esse completum: de necessitate erit accidens non enim inuenitur aliqua forma in genere substantie que alteri accidentaliter adueniat. Ad primum ergo dicendum: quod gratia eadem numero non transit de subiecto in subiectum: sed talis modus loquendi intelligitur in scripturis propter similitudinem gratie ad similes actus in specie. Ad secundum dicendum: quod quedam accidentia sunt per se que semper actu consequuntur suum substantiam: quedam autem non semper in actu semper autem in habilitate. unde cum illud quod per se in esse semper in sit subiectum aliquando dicitur esse per se substantiam respectu ipsius accensio

sicut ignis est per se subiectum caloris: tale accidens ex principiis subiecti datur non solum quantum ad habilitatem: sed etiam quantum ad essentiam accidentis. Aliquando respectu habilitatis tamen sicut aer qui non semper illuminatur in actu semper tamen illuminabilis est: hec illuminabilitas ex principiis subiecti causatur quibus lumen ab extrinseco est: sed receptibilitas gratie semper subiectum consequitur: et ex principiis subiecti causatur: sicut etiam per se in hoc quod est discipline preceptibile. Ad tertium dicitur: quod simpliciter esse suo consideratum subiectum accipere nobilius est: sed quo ad quod nihil prohibet accipere subiecto melius esse quantum ad esse accidentale. semper enim illud quod se habet per modum actus nobilius eo quod se habet per modum potentie in quantum huiusmodi: sicut autem forma substantialis est actus materie in esse substantiali: ita accipere est actus subiecti in esse accidentali. unde secundum hoc albedo est nobilior corpore et gratia anima. Ad quartum dicitur: quod agere aliquid dicitur dupliciter. scilicet formaliter sicut albedo facit albus parietem et hoc modo accidens in subiectum agere potest: sic gratia in animam agit mundando ipsam et gratificando. Alio modo effectiue: sicut pictor parietem album facit: et hoc modo nec gratia nec aliquid accipere in subiectum suum agit. Ad quintum dicitur: quod ymago dei: et similitudo dei de anima et de gratia: sed diuersimode: quia anima dicitur ymago secundum hoc quod deum imitat: sed corpus dicitur ymago: sicut illud quo anima deum imitat: sicut corpus figuratum: alio modo dicitur ymago quod figura ipsa. unde cum non eodem modo anima et gratia dicantur ymago non sequitur quod si anima est incorruptibilis quod gratia non corrumpatur imo cum corrumpitur simul etiam in nihilum redit.

Ad tertium sic proceditur. unde quod gratia sit in potentia anime sicut in subiecto. Illud enim quod naturalibus superadditur inter naturalem causam: et effectum medium non cadit: sed gratia naturalibus superadditur: cum igitur potentia sit effectus naturalis ipsius essentie: unde quod gratia non cadat medium inter essentiam et potentiam: et ita non sit in essentia: sicut in subiecto: sed magis in potentia. Preterea illud quod est immediatum principium actus est potentia: quod sicut potentia ab essentia: ita operatio a potentia procedit: sed gratia immediate ordinatur ad actum quod ex diffinitione eius patet: unde enim gratia meritum dei donum quod bonum facit habitem: et opus eius bonum reddit. ergo unde quod gratia sit in potentia: sicut in subiecto. Preterea Aug. dicit in libro quod gratia preparat voluntatem non autem nisi sicut accidens preparat subiectum: alibi etiam dicit quod gratia se habet ad libitum. sic scilicet ad equum. Cum igitur voluntas siue libitum sit potentia unde quod gratia sit in potentia sicut in subiecto. Preterea gratia opponitur culpe sed omne vitium ad minus actuale est in aliqua potentia sicut in subiecto: cum igitur opposita sint circa idem videtur quod gratia etiam sit in potentia anime sicut in subiecto. Preterea habitus infusi: et acquisiti non differunt nisi secundum principium efficiens constat enim quod ad eundem actum in specie ordinatur: sed habitus acquisiti sunt per se in potentia unde quod in essentia non enim sunt in essentia nisi mediante potentia. ergo et habitus infusi non igitur gratia est in essentia anime sic in subiecto: sed magis in potentia. Sed si gratia dicitur esse vita anime: sed vivere in virtutibus est esse unde in secundo de anima philosophus dicit esse autem essentiam respicit. ergo et gratia per se essentiam quod potentiam respicit. Preterea nullum accidens extendit in agendo ultra actionem: sui subiecti cum agens non proprie dicitur accipere: sed subiectum accipere: sed gratia non determinatur ad aliquem ac-

tum cum omnis actus humanus meritorius esse possit nec habet posse esse nisi a gratia que merita bona in nobis causat: unde in libro dicitur: cum igitur omnis potentia se habeat ad determinatos actus: videtur quod gratia non sit in potentia anime sicut in subiecto. Respondetur dicitur: quod ab omnibus contra dicitur quod gratia respicit essentiam anime virtus autem potentiam: sed qualiter hoc intelligendum sit a diuersis diuersimode traditur. Quidam enim habet accipere voluntatem secundum proprietatem quandam et non proprie dicitur: cum enim virtus dicitur id quod operationis principium est: operatio autem potentiam sequatur puenientem virtus ad potentiam: respicitur. gratia autem effectus est unde deo acceptum facit. habet autem per prius respicit ipsam animam quod opera eius. unde Gene. iiii. dicitur quod respicit deus abel: et ad munera eius quasi per prius acceptans offerentem quod ea que offerebant. Quidam vero habet accipere proprie dicitur dicentes quod proprium: et subiectum primum gratie est essentia anime: virtus autem potentia: et habet rationabilis est et dicitur Dionysii consonat. Cum enim nullius operatio supra facultatem nature operantis extendatur oportet quod si operatio alicuius supra id quod nature potest extenditur quod etiam quodammodo. scilicet seipsam eleuet. cum igitur actus meritorii facultate humane nature excedant non potest isti actus ab homine procedere: quod in eos solis naturalibus homo non potest nisi quodammodo natura humana etiam altius esset sublimata. Et ideo dicit Dionysius secundo. c. celestiarum. quod sic in rebus naturalibus est quod illud quod non habet spiritum per generationem adeptam non potest habere operationes speciei debitas: ita ille qui non est adeptus diuinitatem non potest per spirituale generationem non potest participare diuinas operationes: ergo quod primum donum quod gratia habet hoc dicitur hanc habeat effectum unde ipsam essentiam anime i quod dicitur diuinum esse eleuet unde idonea sit ad diuinas operationes et ideo quod unum quod simpliciter dicitur quod per prius dicitur sic substantia ens: ideo tale donum quod essentiam anime nobilitat principaliter gratia vocatur: tamen etiam: quod non determinatur per aliquem specialem actum. unde spirituale nostrum fortiter: et ideo proprie: et per se gratia respicit essentiam anime sicut subiectum. Ad primum ergo dicitur: quod quibus gratia sit in essentia anime sicut in subiecto non tamen sequitur quod intercidat media inter potentiam et essentiam nisi esset eiusdem ordinis. scilicet unde sic gratia esset ab essentia: ita potentia a gratia per quem modum potentia cadit media inter essentiam et operationem: sed habet non est ita: quia potentia non est per gratiam: sed per naturam. unde obiecto non procedit. Ad secundum dicendum: quod sicut potentia non habet quod sit principium talis operationis nisi secundum quod manat a principis talis essentie: ita etiam perfectio potentie habet quod informat actum et virtute gratie perficiens ipsam essentiam: et ideo gratia non tantum dicitur gratificans essentiam anime: sed etiam opus gratum reddens non quidem sicut proximum informans: sed sicut primum quod naturam in altius esse eleuat. Ad tertium dicitur: quod inter potentias anime voluntas: et libitum. maxime contra dicitur eo quod eius imperio actus aliarum potentiarum subiacet unde dicitur est: et quod gratia non respicit aliquem determinatum actum cum sit in essentia que ad nullam operationem determinatur: ideo gratia immediatum voluntatem vel libitum. respicit cum omnes actus gratia informati quodammodo sint voluntatis: et libitum. non tamen sequitur quod sit in voluntate vel libitum. sicut in subiecto: sed ex gratia voluntas: et libitum. habet unde actum meritorium educere possit.

**C** Ad quartum dicendum: q̄ culpa actual' non ē per infusionem vel immissionem: sed per aliquēz determinatum actum nobis aduenit: q̄z omnis operatio respicit determinatam potentiam que est eius p̄ncipiū inde ē q̄ culpa p̄ pri<sup>o</sup> ē i po<sup>o</sup> q̄ i essentia. si erga ēt n̄ acquiratur p̄ act<sup>o</sup> n̄fos: s̄ a supiori infundit. vnde illud quod superius anime est. s. essentiam que est origo omnium potentiarum per prius respicit. Et p̄ h̄ etiā pater. 1<sup>o</sup> ad quintum q̄z habitus acquisiti per actus nostros aggranant: ita ad potentiam immediate pertinet. vnde magis proportionantur virtuti q̄z gratie. Similiter est culpa immediatius virtuti q̄z gratie opponitur s̄m q̄ in actu consistit.

**D** quartus sic proceditur. videtur q̄ gratia sit virtus. Cum enim sit in genere accidētis ad nullum genus reduci potest nisi ad qualitatem. nec inter qualitatis species nisi ad primam vt deducendo in singulis patet: erit igitur gratia v̄l scientia: vel virtus. non enim inter habitus: et d̄spōnes corporales computatur: si conueniat q̄ non est scientia. ergo de necessitate est virtus. **P**reterea. philosophus in septimo phisicorum dicit q̄ virtus nihil aliud est q̄ dispositio p̄fecti ad optimum sed h̄ precipue gratie comperit que animam q̄z perficit ad optimum disponit. s. ad vltimum finem. ergo ipsa est virtus. **P**reterea i primo ethi. philoph<sup>o</sup> dicit q̄ h̄ est virtus vniuscuiusq̄z q̄ bonum facit habitentem: et opus eius bonum reddit: sed gratia bonas facit animam: et opus eius. cuius vtrūq̄z gratificet: nec aliquid deo possit reddi acceptum nisi per hoc q̄ bonum sit. ergo videtur q̄ gratia sit virtus. **P**reterea in littera dicitur ab Aug. q̄ gratia p̄ueniens est fides per dilectionem operans: sed fides est virtus. ergo et gratia. **P**reterea. caritas dicitur esse forma omnium virtutum: mater. cum igitur informatio virtutum sit per gratia per quam opera meritoria redduntur: videtur q̄ gratia sit idem quod caritas: sed caritas est virtus: ergo et gratia. **C**ōtra. Si virtus est sicut in subiecto in aliqua determinata potentia: gratia autēz non: sed essentiam anime respicit. ergo videtur q̄ gratia non sit virtus. **P**reterea. illud in quo conueniunt diuersa in specie: et illud in quo eadem distinguuntur nō possunt esse idē per essentiam: sed omnes virtutes conueniunt in h̄: q̄ est opera meritoria reddere. distinguuntur autēz in hoc q̄ determinatos actus educunt. ergo illud q̄ est p̄ncipiū merendi est aliud p̄ essentia ab eo q̄ est p̄ncipiū distinctionis actuum: sed p̄ncipiū merendi est gratia vt in littera dicitur. p̄ncipiū autem distinctionis in actu est determinata species virtutis: q̄ qualis est virtus tales habitus reddit. ergo gratia: et virtus per essentiam differunt.

**R**espondeo d̄d q̄ circa h̄ sunt diuersę opiniones. Quidam enim dicunt q̄ gratia: et virtus sunt omnino idem per essentiam s̄m rem: sed differunt tantum ratione: q̄z gratia dicitur s̄m q̄ deo homines acceptū reddit. virtus autem dicitur s̄m q̄ est p̄ncipiū recti operis. Sed h̄ non videtur conueniens: q̄ si virtus ab eodem h̄ret q̄ esset virtus: et q̄ gratū deo redderet: oportet q̄ omnis virtus hoc faceret: et cū que dam virtutes per actus acquirantur sequeretur s̄m heresim pellagii q̄ er li. ar. homo gratus deo effice/retur. Si autem ab alio habet q̄ sit virtus: et q̄ gratū deo d̄dat oportet q̄ gratia et virtus non sint omnino idem s̄m rem diuersis enim effectibus qui diui

sim inueniunt diuersa p̄ncipia respondēt. **E**t iō alij dicunt q̄ virtus et gratia realiter differunt: non ita q̄ sint diuersa per essentias. sed q̄ ex gratia et virtute efficitur vnum sicut ex forma: et eo cuius est forma. dicunt enim q̄ h̄ modo se habet gratia ad virtutem: sicut lumen manifestans colorem ad colorem ipsum. vnde sicut lumen efficitur quodammodo vnum cum colore existente cum eo in eodem subiecto: ita ēt dicunt q̄ gratia coniungitur virtuti in eodem subiecto vt informans ipsam. Ponunt enim q̄ proprie loquendo subiectum gratie est potentia. Sed istud ēt non videtur conueniens. quia cum dicitur q̄ ex lumine et colore efficitur vnum aut accipitur lumen q̄ est de compositione coloris: cuius ypostasis coloris sit lux: et sic rediretur in primam opinionem. s. q̄ gratia et virtus essent idem s̄m rem non enim lumen quod est de compositione coloris re differt a colore: sicut accipitur lumen quod est in aere circumstante: et h̄ cōueniat q̄ in alio subiecto est a colore: et per essentiam ab eo differt. Similiter etiam si accipitur lumen p̄ ut participatur in superfite corporis terminati i qua est color de necessitate per essentiam a colore differet q̄ patz ex hoc q̄ adueniente et recedente lumine nihilominus color idēz manet q̄ non esset nisi per essentiam differret a colore. Similiter etiā oportet q̄ vel virtutes efficiantur deo grate per aliquod a deo infusum: et sic oportet id per essentias differre a virtute cum etiam quedam virtutes infuse vt fides et spes recedētē gratia remaneāt informes: vel oportet q̄ virtutes deo sint grate sine h̄ q̄ aliquid addatur a deo infusum: et sic vel gratia nihil causatum in anima ponet vel nihil aliud realiter a virtute distinctum. et ideo alij dicunt q̄ gratia essentialiter a virtute differt oportet enim perfectiones perfectibilibus proportionatas esse. vnde sicut essentia anime est a qua fluūt potentie ab ipsa essentialit̄ differentes sic accidens a subiecto: et tamen oēs vniunt i essentia anime vt in radice: ita etiam a gratia est p̄fectio eēt̄ie vt dictum est: et ab ea fluunt virtutes q̄ sunt perfectiones potentiarum ab ipsa gratia essentialiter differentes in gratia tñ coniuncte sicut in sua origine p̄ modum quo diuersi radij ab eodem corpore lucente procedunt: et h̄ s̄m p̄dicta conuenientius videtur. **A**d primum ergo dicendum: q̄ gratia ad genus qualitatis reducitur: et ad primam speciem qualitatis nec proprie tamen naturam habitus habet cum non immediate ad actus ordinet: sed est velut habitudo quedaz sicut sanitas se habet ad corpus. Et iō dicit Arhyso. q̄ gratia est sanitas mentis. vnde non computatur: nec inter scientias: nec inter virtutes: nec inter alias qualitates quas philosophi numerauerunt quorum non fuit tractare nisi habitus naturales et acquisitos. **A**d secundum dicendum: q̄ virtus dicitur dispositio p̄fecti ad optimum in quantum elicit operationem per quam res suum finem consequitur. vnde per hunc modum gratia non est dispositio p̄fecti ad optimum cum non primo operationē respiciat sicut effectum proximum: sed potius ēt quodam diuinum quod anime confert. **A**d tertium dicendum: q̄ bonitas q̄z virtus habenti confert est bonitas perfectionis in comparisonē ad opus: sed gratia confert anime perfectionem in quodaz diuino ēt et non soluz respectu operis s̄m q̄ quodammodo gratiam habentes: deiformes constituuntur propter q̄ sicut filij deo grati d̄nr. **A**d quartum d̄d: q̄ gratia



preueniens dicitur fides non quod per essentiam gratia a fide non differat: sed quod in iustificatione quod gratia creat primus motus fidei inuenitur: et ideo cum habitudines et habitus per effectus nobis innotescant illud in quo gratia manifestatur est fides: et propter hoc fidei gratiam peruenientem dicitur. **C** Ad quintum dicitur: quod caritas alio modo dicitur forma virtutum quod gratia. caritas enim est forma virtutum et pre actus in quantum. scilicet omnes actus virtutum in suum finem conuocant eo quod eius obiectum est finis ultimus: sic enim est in omnibus potentiis: et actibus ordinatis quod illa que altiore finem respicit largitur formam arti que sub ipsa est cuius actus in suum finem ordinatur: sicut patet: quod gubernator ostendit factori nauis qualis debeat esse forma timonis. unde caritas informat alias virtutes: sicut virtus virtutem: sed gratia informat per modum originis: quod scilicet ex ipsa gratia quodammodo formaliter oriuntur habitus virtutum per diuersas potentias diffusi. Illud autem quod ab alio ordine formam et spiritum ab eo trahit: et in suo vigore consistit quod diu origini continuatur: et ideo non oportet quod gratia sit ideo quod caritas quod eius caritas nunquam possit esse sine gratia.

**D** quantum sic proceditur. videtur quod inconuenienter gratia per operantem et cooperantem diuidatur: quod videtur dicitur est gratia non per se respicit opus: sed vnumquodque diuidendum est secundum hoc quod sibi per se conuenit vt in septimo metha. dicitur. ergo videtur cum opans et cooperans respectu operis dicantur quod inconuenienter: gratia per hec duo distinguatur. **C** Preterea. si gratia est operans ideo quod aliquid in anima operetur aut. ergo seipsam aut aliquid aliud: sed seipsam non facit cum nihil sui ipsius causa sit nec est signare aliquid aliud quod in anima operetur. ergo videtur quod inconuenienter aliqua gratia operans dicatur. **C** Preterea nullum opus est tantum gratie quod etiam licet non sit. si ergo gratia cooperans dicitur per hoc quod simul cum libero arbitrio operatur: videtur quod gratia quelibet cooperans dici debeat. **C** Preterea. illud quod cooperatur alicui non se habet: sicut principale in operatione: sed in omni operatione in qua licet. ar. et gratia conuenienter: gratia principalitatem optinet. ergo inconuenienter gratia cooperans nominatur. **C** Preterea. Aug. dicit in libro de natura: et gratia quod gratia preuenit vt pie viuam? et nos preuenit vt vocemur et subsequitur vt cum illo super viuamus: et tunc subsequitur vt glorificemur: et illa gratia preueniens statum presentis vite respicit: et gratia subsequens statum glorie: cum igitur operans et cooperans ad presentem vitam pertinent: videtur quod gratia operans et cooperans non sint idem quod preueniens et subsequens vt magister inquit. **C** Respondeo dicitur: quod gratia habet in nobis diuersos effectus ordinatos. Primum enim quod facit est hoc quod dat esse quoddam diuinum: Secundus autem effectus est opus meritorium quod sine gratia esse non potest: Tertius effectus est premium meriti. scilicet ipsa vita beata ad quam per gratiam peruenitur. In actibus etiam est quidam ordo: quia primum est opus interius voluntatis. Secundum est opus exterius quo voluntas completur: et secundum hoc quatuor. Aug. diuersimode: videtur accipere gratiam preuenientem et subsequentem: quia considerato ordine meriti ad premium quod sequitur nominat gratiam preuenientem quod principium est merendi gratiam vero subsequentem secundum habitum glorie qui in nobis beatam vitam effi-

cit vt patet in auctoritate inducta: secundum vero ordines actus interioris ad exteriorem ponit gratiam preuenientem que creat motum bone voluntatis gratiam vero subsequentem que opus exterius complet. unde dicitur quod preuenit voluntatem vt velit bonum subsequitur vt compleat sue persistat: et sic quasi in littera: videtur per totum accipere preuenientem et subsequentem: secundum vero ordinem esse quod dat ad actum qui est operatio: sic ponit gratiam preuenientem que anime quoddam esse salubre confert: et gratiam subsequentem que opus meritorium caret. unde dicitur quod preuenit vt sanetur: et subsequitur vt sanati negotiemur. Sed distinctio gratie operantis et cooperantis proprie accipitur tantum prout pertinet ad statum vite presentis. unde dupliciter distingui potest. vno modo vt per gratiam operantem significetur ipsa gratia prout esse diuinum in anima operatur secundum gratiam facit habentem: et per gratiam cooperantem significetur ipsa gratia secundum quod opus meritorium creat prout opus hominis gratum reddit. Alio modo secundum quod gratia operans dicitur prout caret voluntatis actum et cooperans secundum quod caret exteriorem actum in quo voluntas completur: et perseverantiam in illo: et vtroque modo cooperans et operans dicitur idem quod preueniens et subsequens. **C** Ad primum ergo dicendum quod quoduis non immediate gratia ad opus referat tamen est per se causa operis meritorij licet mediante virtute: et ideo non est inconueniens si per operantem et cooperantem distinguatur. **C** Ad secundum dicendum: quod gratia operans secundum vnam acceptionem dicitur operari in anima non effectiue: sed formaliter secundum quod quelibet forma facit esse aliquid in se sicut albedo facit esse album. unde per hunc modum gratia dicitur operans: quod formaliter hominem deo gratum facit secundum vero altam acceptionem dicitur operans effectiue secundum quod habitus effectiue caret opus: ita enim gratia motum meritorium voluntatis operatur eliciendo ipsum licet mediante virtute propter quod operans dicitur. **C** Ad tertium dicendum: quod si accipiatur gratia operans secundum primam acceptionem tunc planius est quod effectus quod operatur formaliter ipsa sola operatur: sicut enim sola albedo formaliter facit album parietem: ita sola gratia formaliter gratum facit: sed secundum aliam acceptionem verum est quod ipse motus voluntatis non est a gratia sine licet. ar. et tamen quod se habet gratia vt principale: quod inclinatur in talem actum per modum cuiusdam nature: ideo ipsa sola talem actum dicitur operari non quod sine libero arbitrio operetur: sed quia est principalior causa: sicut grauitas dicitur operari motum deorsum. **C** Ad quartum dicendum: quod si dicatur gratia cooperans secundum quod caret quocumque motum vel extrinsecum vel intrinsecum: sic dicitur cooperans non quia non sit principalis causa in agendo: sed quia licet. ar. ministrat sibi actus: et a gratia est forma per quam meritorium est. unde illud quod gratia ministrat effectus ultimum complementum: et propter hoc dicitur cooperans quasi complementum illud quod per licet. ar. vt preiacens exhibetur: Si autem accipiatur cooperans prout respicit actum exteriorem tantum sic dicitur cooperans non proprie principalitatem licet. ar. ad gratiam: sed propter principalem actus ad actum actus enim interioris in moralibus potiores sunt exterioribus vt in decimo ethicoz philosophus dicit unde conuenienter gratia secundum quod caret principalem actum dicitur oper-

rans: et secundum quod est secundarium de cooperans. Ad quintum dicendum: quod quibus quantum ad illum modum acceptionis gratie preuenientis et subsequenter operans et cooperans preuenienti et subsequenti non respondeat tamen secundum alias acceptiones penitus idem sunt: et hoc modo magister in littera sumit.

De sextum sic proceditur. videtur quod gratia in anima multiplicetur. Diuisiones enim gratiarum sunt vt. i. Cor. xii. dicitur: sed diuisio est causa numeri: et multi: uinis. unde secundum Ysid. numerus dicitur quasi nutus memoris. i. diuisionis. ergo videtur quod in vna anima inueniantur multe gratie. Preterea. non potest idem esse prius et posterius precedens et subsequens. ergo euz in vno homine inueniatur gratia: preueniens et subsequens videtur quod oporteat plures gratias in vno et eodem homine esse. Preterea. omnis forma multiplicatur secundum differentiam eorum que informat euz diuersorum diuerse sint forme: sed gratia est forma virtutum. ergo videtur quod cum virtutes sint diuerse quod oporteat gratias esse multiplicatas. Preterea. ea que differunt secundum genus non reducuntur in idem principium: sed virtutes a donis secundum genus differunt: et similiter a gratiis sacramentalibus. ergo videtur quod a diuersis gratiis oriuntur. Preterea. gratia datur in diuersis sacramentis: et vna habita non habetur alia: quecumque autem hoc modo se habent quod vnum est sine altero oportet esse numerata et distincta. ergo videtur quod gratia non manet tantum vna: sed per essentiam multiplicatur.

Sed contra. Perfectio proportionatur perfectibili: sed gratia perficit immediate essentiam anime vt dictum est. Cum igitur essentia anime sit vna non multiplicata in potentijs: videtur quod etiam gratia sit vna non multiplicata in virtutibus. Preterea. illud quod conuenit diuersis secundum eandem rationem oportet quod ab vno principio procedat: sed eadem ratio merendi est in omnibus actibus meritorijs: euz igitur gratia sit principium merendi: videtur quod gratia sit vna tantum non multiplicata. Respondeo ad hoc: quod secundum illos qui dicunt quod gratia et virtus realiter non differunt: sed solum ratione necesse est ponere quod gratia multiplicetur per essentiam secundum numerum virtutum quibus possint dicere quod multiplicitas non contingit in virtutibus secundum quod habent rationem gratie: sed secundum quod habent rationem virtutum nihilominus tamen oportet dicere quod sint plures gratie per esse diuerse. Sed secundum opinionem que ponit gratiam a virtute differentem est multiplex modus dicendi. Quidam enim qui ponunt gratias non esse sicut in se in essentia anime necesse habent ponere quod sint plures gratie secundum numerum virtutum distincte non enim potest esse vt idem accidens numero in diuersis subis sit. Si autem gratia ex eo quod est forma virtutum ponitur in eodem se in quo est virtus necesse est quod sit in qualibet potentia in qua est virtus vel per prius vel per posterius secundum quod quedam virtutes per prius a gratia in formantur et alie: non enim potest dici quod sit idem lumen numero quod colores diuersorum corporum informam nisi secundum quod accipitur in vno se continuo quod est aer. Si enim consideretur: vt receptum in superficiebus diuersorum corporum oportet de necessitate quod secundum numerum multiplicetur cum accidens multiplicetur mul-

tiplicato se. Quidam vero dicunt quod gratia sicut in subiecto in essentia anime in qua omnes potentie sicut in centro colligatur: unde sicut linee: et radij in centro vniuntur: et secundum quod magis a centro elongantur plus ab inuicem diuiduntur: ita etiam gratia secundum quod in essentia anime consistit est vna multiplicatur: autem secundum quod in diuersas potentias diffunditur in quibus rationem virtutis accipit. Sed ista opinio: videtur sub ponere quod gratia et virtus non differant secundum species vel rationes: sed solum secundum diuersitatem subiecti. Si enim alterius rationis est virtus a gratia tunc et multiplicatione virtutum in potentijs non sequeretur multiplicatio gratie: quod diffusiones gratie in potentijs nomen et rationem gratie amitterent sicut si lumen a centro diffundatur per diuersos radios quod diu manet in ratione luminis dicitur lumen multiplicari et diuidi: sed si secundum diuersas lineas diffusiones luminis rationes diuersorum colorum acciperent tunc diceretur et lumen esset tantum vnum. scilicet quod est in centro: et quod colores in in diuersis lineis creati essent multi nisi forte dicatur quod diffusio gratie in potentias est preter essentiam virtutum: sicut diffusio lucis super colores qui efficiuntur per eam visibiles actu secundum quodam opinionem est preter essentiam coloris vt dicitur est: vt sicut lux super colores diffusa preter coloribus quod sint visibiles actu: ita diffusiones gratie que si quidam radij eius prebeant virtutibus efficaciam merendi: sic enim radius gratie receptus in potentia retineret rationem lucis et differt a gratia que est in essentia anime: sicut lumen a luce: et ita gratia prout esset in essentia anime esset vna: sed gratie diffuse in potentias essent multe: sed hoc non potest stare: quia ad actum meritorij non requiruntur nisi duo: vnum est vt agens actum dignus vita eterna habeatur: et ad hoc sufficit gratia que est in essentia anime animam gratificans. Aliud est vt actus ipse sit in debito finis relatus: et debito circumstantiis vestitus: et ad hoc sufficit virtus. unde ad eliciendum actum meritorij non requiritur aliquid preter gratiam que est in essentia: et virtutem que est in potentia anime quasi aliqua diffusio gratie ab essentia anime perueniat in potentiam preter virtutem. Et ideo alii melius dicit quod gratia est vna tantum non multiplicata virtutes autem sunt multe que quidem virtutes in aliud generantur a gratia procedat: sicut etiam potentie anime ab vna essentia procedunt: nec tamen est eadem ratio potentie et essentie: et ideo potentie multiplicantur: sed essentia manet tantum vna que omnes conueniunt in hoc quod conuenit eis secundum quod sunt in tali essentia distinguuntur autem secundum diuersas rationes potentialium: ita etiam: et virtutes habent etiam rationem merendi que conuenit eis secundum hoc quod a gratia oriuntur differunt autem: secundum prius rationes in quantum virtutes sunt.

Ad primum ergo dicendum: quod Apostolus large accipit gratiam pro quolibet dono quod nobis gratia a deo offert: et hec quidem dona plura: et diuisa sunt. Sed nos hic loquimur de gratia prout est primum donum gratiam faciens animam. Ad secundum dicitur: quod quocumque modo distinguat maxime quod ad duas distinctiones operans et cooperans preueniens et subsequens non differunt per essentiam: sed ratione tantum. vna enim forma est que dat esse: et que est principium operis vnus etiam habitus est qui elicit actum extrinsecum et intrinsecum

unde eadem gratia est operans et cooperans nec dicitur preveniens et subsequens propter ordinem gratie ad gratiam: sed propter ordinem effectus ad effectum. Ad tertium dicendum: quod ratio illa procedit de forma que est intrinseca rei et quasi constitutiva eius: sic autem gratia non dicitur esse forma virtutum: sed quasi principium a quo virtutes formaliter oriuntur. Ad quartum dicendum: quod diversitas virtutum et donorum accipitur tantum secundum diversitatem actuum: conveniunt autem actus in ratione merendi. unde ostenditur quod primum principium a quo rationem merendi habent sit unum: et quod diversitas eorum in genere et in specie sit ex diversitate actuum et obiectorum. Ad quintum dicendum: quod gratia in diversis sacramentis datur ad diversos effectus secundum quod plures infirmitates ex peccato consequuntur. In quibus precipue gratie sacramentales ordinantur. et ideo sic dicitur virtus a virtute per hoc quod ordinatur ad diversos actus: ita etiam differt una gratia sacramentalis ab alia per hoc quod ad diversos effectus ordinatur. unde sic ex multiplicatione virtutum non sequitur multiplicatio gratie ita etiam ex multiplicatione sacramentorum non sequitur multiplicatio illius gratie de qua nunc loquimur: quia ille perfectiones que in diversis sacramentis conferunt quedam emanationes sunt illius gratie de qua nunc loquimur: sic et virtutes. Sed quia non habent propria nomina: ideo communiter nomine gratie nuncupantur. Hec est gratia operans et cooperans etc. De qua supra mentionem fecit cum dicit ipsa gratia preveniens etc. Voluntas est cum motus etc. Sciendum quod hic non diffinit voluntatem que est potentia: sed voluntatem que est actus. hoc enim commune est fere in omnibus potentis anime ut eodem nomine potentia: et actus nominetur: et sic fere per totum hic voluntas accipitur. Sed ipsa mereatur augeri etc. De augmento gratie eodem modo potest disputari: sicut de augmento caritatis de quo supra dictum est primo libro de divinis. Cetera potest homo volens etc. Intelligentur est de actibus exterioribus non autem de interioribus: quod diligere nullus potest nisi volens. Sequitur tardus aut nullus affectus etc. Hic affectus est per modum operationis procedens habitum virtutis que ex sola deliberatione rationis procedit: sed affectus perfectus qui delectationem habet est in operatione que sequitur habitum: quod signum oportet habitum accipere sicut in opere delectationem ut in secundo ethici philosophus dicit.

## Distinctio.

## Vigesima septima.

Quid sit ipsa gratia et quomodo mereatur augeri queritur.

**I**uero queritur quomodo illa gratia preveniens mereatur augeri cum nullum meritum sit sine libero arbitrio. et quid sit ipsa gratia: an virtus: an non. Et si virtus: an actus vel non. At hoc aperte insinuari valeat: premittendum est tria esse genera bonorum. Alia namque sunt magna. alia minima. Alia media: ut Augustinus ait in primo libro de retractationibus. Virtutes inquit quibus recte vivitur magna

Reterea q̄ri solz vtruz hō aī lapsum virtutē hūerit. Quibusdā vñ q̄ non hūerit: id ita pbare conātū. Iustitiaz inquit nō hūerit: q̄ p̄ceptū dei cōtēpsit. nec p̄uidentia: q̄ sibi nō p̄uidit. neq̄ t̄pantia: q̄ aliena appetiit. nec fortitudinē: q̄ p̄raue suggestioni cessit. Quibus r̄identes dicim⁹ eū q̄ dē nō tūc habuisse has virtutes q̄n peccauit: s̄ aī: et tūc amisisse. Nō multū testimonijs s̄ctoz p̄probat. ait. n. Aug. i q̄dā omelia. Adā pdita charitate mal⁹ iuent⁹ ē. Itē. P̄nceps vicioz dū vicit Adā de limo terre ad imaginē dei sc̄m: pudicia armatū: t̄pantia cōpositū: charitate splēdidū: p̄mos p̄ntes illis donis ac tantū bōis expoliavit pariterq̄ pemit. De hoc eodē Ambrosi⁹ ad sabinū ait. Quī Adā sol⁹ erat nō ē p̄uaricat⁹: q̄ ei⁹ mēs deo ad hēbat. Sup̄ psalmū quoq̄ dicit q̄ hō ante peccatū b̄tissim⁹: aurā carpebat ethereā. sed quō sine virtute b̄tissim⁹ erat: Augu. quoq̄ sup̄ Genesim dicit. Adā ante peccatū sp̄iali mēte pditū fuisse. Nō ē ergo dubitandū hominē ante peccatū virtutibus fulcisse sed illis per peccatum spoliatum fuisse.

De eiectione hominis de paradiso.

Illi⁹ quoq̄ peccati penā eieci⁹ ē de paradiso i istū miseriarū locū sic i geneſi legit̄. Nūc ḡ ne forte mittat manū suā: et sumat de ligno vite: et comedat: et viuat i eternū: emisit eū de paradiso voluptatū. His verbis insinuari vñ q̄ nūq̄ moreretur si postea de illo sumpsisset ligno.

Quō intelligendū sit illud ne sumat de ligno vite et comedat et viuat i eternuz.

Ed q̄ p̄ peccatū iā mortuū corp⁹ hēbat: illa verba ex tali intellectu accipi possūt. De⁹ mō irati loquēs d̄ hoīe sup̄bo ait. Videte ne forte mittat man. su. et. i. caute vos angeli ne comedat de ligno vite quo idign⁹ ē. De quo si p̄stitisset comederet et viueret i eternū. S̄z mō pp̄ inobediētia idign⁹ ē comedere. Et sic verbo dixit ita ope exhibuit. Emisit. n. eū de paradiso voluptatū i locū sibi p̄gruū. sic plerūq̄ malus cū inter bonos viuere cepit: si i melius mutari noluerit: de bonoz cōgregatione pellit̄ pondere p̄raue consuetudinis pressus.

De flāmeo gladio aī paradysum posito.

Et vero possz ad illud accedere collocauit de⁹ aī paradysū Cherubin: et flāmeū gladiū atq̄ versatilē ad custodiēdā viā ligni vite. q̄ iuxta litterā potest hō mō accipi: Quia p̄ misteriiū āgeloz ignea custodia illi p̄stituta fuit. Hoc. n. p̄ celestes p̄tates in

paradiso visibili factum esse credendum est: ut per angelicum ministerium ibi esset quedam græa custodia: non tamen frustra: sed quia aliud quid significat de paradiso spirituali. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientie. hec est charitas. quia plenitudo legis est dilectio. Gladius autem flammæus pene temporales sunt que versatiles sunt. quoniam tempora volubilia sunt. Illa ergo ad custodiam ligni vite ideo posita sunt ante paradisum: quia ad vitam non redit nisi per Cherubin. scilicet plenitudinem scientie. id est charitatem: et per gladium versatilem. id est tolerantiam passionum temporalium.

An homo ante peccatum comederit de ligno vite.

Est autem queri utrum de ligno vite ante peccatum comederit homo de hoc Aug. in li. de baptis. paruulorum sic ait. Recte profecto intelliguntur primi homines ante malignam diaboli persuasionem abstinuissent a cibo vetito: atque vix fuisse concessis. His verbis ostenditur quod de ligno vite ante peccatum sumpserint: quibus preceptum erat ut de omni ligno paradisi comederet: nisi de ligno scientie boni et mali.

Quare non sunt facti immortales si comederint de ligno vite.

Quare ergo perpetua soliditate et beata immortalitate vestiti non sunt: ut nulla infirmitate vel etate in deterius mutarentur. Hanc enim virtutem naturaliter illud lignum habuisse dicitur. Sed forte non hoc conferebat: nisi sepe de illo sumeretur. Potuit ergo fieri ut de illo sumeret semel et non sepius: qui per aliquam moram in paradiso fuisse intelligitur: cum scriptura dicat eum ibi soporatum fuisse quando costa de latere eius assumpta est: et inde formata mulier. et animalia ante eum ducta: quibus nomina imposuit.

Quod si considerandum est utrum homo etc. Postquam determinauit de gratia absolute. Hic determinat de ea per comparisonem ad statum primi hominis in primo statu. Et diuidit in partes duas. In prima inquit an homo in primo statu gratiam habuerit. Secundo determinat quam penam pro peccato incurreret. ibi. In illius quoque peccati pena etc. Circa primum duo facit. Primo inquit an homo in primo statu gratia egerit. Secundo an virtutes gratuitas habuerit. ibi. Primum queri solet etc. In illius quoque etc. Hic determinat penam quam homo incurrit pro peccato quo gratiam et virtutem amisit. Et diuiditur in duo. Primo determinat penam. Secundo ostendit veritatem cuiusdam questionis ex predictis occasionate. ibi. Potest etiam queri etc. Circa

ca primum duo facit. Primo ostendit quod Adā peccato et locum deliciarum et cibum saluberrimum amisit. Secundo quomodo impeditus est ab eius recuperatione. ibi. Ne vero posset ad illud accedere etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit penam ex verbis scripture. Secundo mouet quasdam dubitationes ex verbis illis quibus. Primo mouet. ibi. His verbis insinuare etc. Secundo soluit. ibi. Sed quia peccatum etc. potest autem queri etc. Hic mouet quasdam dubitationem ex predictis occasionatam. scilicet an homo ante peccatum de ligno vite comederit. Et primo determinat quod sic. Secundo mouet iterum dubitationem contra hanc ortam et determinat eam. ibi. Quare ergo perpetua soliditate etc. Hic. v. queruntur. Primo an homo in statu innocentie gratia indigerit. Secundo an gratiam habuit. Tertio si habuit utrum gratia humani generis si in innocentia peritisset fuisset maior quod modo sit. Quarto utrum actus humani fuissent efficaciores ad merendum. Quinto de pena que in littera ponitur hominem propria transgressione consecuta.

Primum sic proceditur. videtur quod homo in statu innocentie gratia non egerit. Ad h. n. gratia datur hominibus ut deo sint accepti: sed cum humana natura integra erat sine aliqua corruptione peccati homo ex bonitate naturali deo acceptus erat: omne enim bonum et precipue malo in primo mirum deo acceptum est. ergo gratia superaddita non indigebat. Preterea. gratia diuiditur in operantem et cooperantem: sed non indigebat in statu illo gratia operante: quia impius non erat: cuius tamen effectus gratie operantis sit de impio facere piū nec sterum cooperante: quia nullam difficultatem ad bonū agendum patiebatur: gratia vero cooperans ad hoc datur: ut homo bonū facile facere possit. ergo nulla gratia indigebat. Preterea. ut dicitur de utro. xxiij. dei perfecta sunt opera non autem erit in diuinit operibus perfecta si aliquis gradus nobilitatis possibilis est i creaturis quod instituitur a deo non est. sed omnis gradus bonitatis possibilis i creaturis i rebus non inuenitur: sed poterat deus talem naturam condere que per propria naturalia vitam eternam mereretur: alias non esset omnipotens: cum igitur nulla alia creatura habet magis habere videatur: quam homo vel angelus: videtur quod hoc eis conueniat: et ita si natura humana pura esset: sicut in primo statu erat homo: gratia non indigeret ad vitam eternam promerendam. Preterea. pena nunquam precedit culpam cum sit effectus eius: sed carentia visionis diuine est pena originalis culpe. ergo si in natura humana non fuisset culpa nec etiam ibi fuisset carentia diuine visionis: sed poterat homo in statu innocentie omni culpa carere absque gratia. ergo gratia non indigebat ad hoc ut ad dei visionem pueniret. Preterea. ad hoc gratia datur homini ut per eam deo configuret et assimiletur: sed ex conditione nature sue homo ad imaginem et similitudinem dei factus est. ergo si natura in eo integra maneret alia gratia non indigeret. Contra: Ro. vi. dicitur. gratia autem dei vita eterna: sed necesse erat homini ut ad vitam eternam pueniret. ergo indigebat gratia per quam ad eam pueniret. Preterea peccatum naturam humanam non mutauit: sed eadem manet ante et post: sed meritum vite eterne excedit virtutem nature post peccatum. ergo et excedebat vires eius ante peccatum. ergo indigebat gratia per quam vitam eternam mereret.

**R**espondeo dō q duplex est necessitas. Una absoluta que est ex prioribus causis vt ex materiali et formali: ex quibus componuntur res vt q ordine cōposita ex contrariis necesse corrumpitur ⁊ huiusmodi. Alia vero est conditionata ex suppositione finis vt si terra debeat facere ferre hōe. s. sectionem necesse est eam dentes ferreos hōe. Nec autem necessitas est duplex: quedam. s. sine qua non potest hōi finis intentus: sicut sine cibo non potest haberi conseruatio vite: quedam vero sine qua non potest aliquis ad finem de facili pertingere: sicut dicitur equus necessarius homini ad pagēdū iter: ⁊ nomen utilitatis cōe est vtriqz modoz necessitatis vltimo positoz: sed nomen indigentie magis se habet ad primuz modum eozum. Illo enīz proprie dicimur indigere sine quo finēz consequi non possumus. s. h dico q homo ante peccatum gratia indigebat: q sine gratia sinez vite eterne nullo modo consequi potuisset: ad finem enim non peruenitur nisi per opera proportionata fini. vita autem eterna est finis omnino nature humane facultatem excedens. vnde etiam intellectus ⁊ desiderium superat. i. cor. Oculus non vidit ⁊ auris nō audiuit ⁊c. Ideo oportet q opera per que ad vitam eternam peruenitur vires nature humane excedant. vnde in ea homo non potest sine aliquo dō nō naturalibus addito: ⁊ ideo quātūcūqz natura humana sit integra: nihilominus homo gratia indiget ad vitam eternam consequendam. **A**d primuz ergo dicendum: q vnumquodqz bonus deus acceptat s. mensurā sue bonitatis: sed illud simpliciter a deo acceptari dicitur cui ab ipso preparat illa gloria quā ipse gloriofus est. s. visio eius per essentiam. **A**d secundum dicendum: q homo ante peccatum ⁊ operante ⁊ cooperante gratia egebat: gratie enīz operati aliquid per se conuenit: ⁊ aliquid per accidens. p se enim sibi conuenit vt hominem iustum formaliter faciat: ⁊ deo gratum: sed hoc accidit sibi vt iustus ex iniusto faciat ex pte subiecti in quo iustitia inuenitur. h etiam per se est sibi conueniens vt ex non iusto iustum faciat vel ex non grato gratum: sicut albedinis est ex non albo facere album: sed h albedini accidit vt ex nigro album faciat. Similiter etiam gratie cooperantis non est vt solam facultatem faciat in operando. h enim heresis pelagiana ponebat: s. vt efficaciam ⁊ virtutem quādam nouam operibus hominum prebeat. s. merendi vitam eternam. **A**d tertium dicendum: q non potest esse aliqua creatura q ex propriis naturalibus vitam eternam promereri possit: sicut non potest esse aliqua creatura que nature diuine equetur: nec h omnipotentie dei derogat. Et h patet ex his que supra dicta sunt. **A**d quartum dicendum: q carentia diuine visionis potest intelligi dupliciter. vel negatiue: ⁊ sic non est pena: s. defectus naturam creatam consequens. nulla enim natura creata ex se sufficiens est ad dei visionem: et sic fuisset carentia diuine visionis in homine an peccatum si gratiam non habuisset. Alio modo potest sumi priuatiue ne intelligatur aliqua obnoxietas ad carendum dei visione: ⁊ sic est pena peccati ⁊ i primo statu non fuisset. **A**d quintum dicendum: q similitudo dei que continet homini qm sua naturalia est alia ab illa que homo assimilatur deo per gratia: nec est inconueniens vt homo in pluribus deo assimilatur eo q secundum quēlibet gradum bonitatis superadditū noua similitudo i creaturis ad deū cōsurgit.

**S**ecundum sic procedit. videtur q homo ante peccatū gratiam non habuerit. Qui cūqz enim habet gratiam potest proficere ad meritum vite eo q per gratiaz meretur quis augmentum grē ⁊ eius cōsumationē: s. vt supra magister dicit. xiiii. di. homo in primo statu nō habuit. vnde ad meritum vite proficere posset. ergo gratiam non habuit. **P**roterea. maior est potestas gratie qz nature: sed quāto peccans est maioris potestatis tāto grauius est peccatum eius. si ergo homo a statu gratie cecidisset cum angelis. ante lapsum gratiam non habuerit vt multi dicunt: videtur q peccatuz hominis grauius qz peccatuz demonis fuisset quod supra negatum est. **P**roterea. gratia magis conuenit cum gloria qz cum natura: sed gratia tempore in homine gloriam precedit. ergo multo fortius natura gratiaz ⁊ sic in primo statu gratiam non hūit. **P**roterea. gratia quātum in se est hominem in deum promouet cum igitur in homine ante statum peccati nihil esset trahens ipsum inferius: videtur q si gratiam habuisset q nunqz peccauisset: peccatuz autem: igitur gratiam non habuit. **P**roterea. ea que homo per peccatum amisit sibi restituta non sunt: sicut impassibilitas ⁊ huiusmodi. si ergo gratiam in statu innocentie habuisset eam per peccatum amissam per penitentiam non recuperasset: hoc autem falsum est: qz sic totum humanum genus periret. ergo gratiam in primo statu non habuit. **C**ontra. Nullus spoliatur illis q nō habet: sed homo per peccatuz fuit vulneratus in naturalibus ⁊ spoliatus gratiis vt dicitur i glo. lu. x. ergo gratiam habuit. **P**roterea caritas nunqz est in formis in littera autem probatur q Adam in primo statu charitatem habuit. ergo ⁊ gratiaz sine qua non est caritas. **R**espondeo dō: q circa h est triplex opinio. Quidam enim dicunt q homo in primo statu gratiam non habuit: nec virtutes gratuitas. omnes autem auctoritates sanctorum quas magister i littera inducit ad probandum homini virtutes i suis se exponunt de virtutibus naturalibus que in ipso ppter integritatē humane nature excellentissime erāt. Sed hoc non videt auctoritatibus conuenire i quibus ponit q Adam charitatem habuit que sine gra nō habet: ⁊ plura alia dicunt que non nisi forte ad virtutes naturales referri possunt. Alij vero distinguunt innocentie in duos status. dicunt enim q homo in principio creationis sue sine gra creatus est i naturalibus tñ: postmodum vero an peccatum graz consecutus est: ⁊ hanc distinctionem varia dicta sanctorum ⁊ doctoroz concordare nitunt. Sed istud non videt conuenire dictis sanctorum ⁊ doctorum q de statu innocentie quāsi de vno statu non distincto loquunt. ⁊ ideo hec positio non magne auctoritatis ē. Ideo alij dicunt q homo in principio creationis sue i gra creatus est: ⁊ hec quidem positio sag congruere videt opinioni Aug. qui ponit res simul tempore pferas fuisse creatas in materia ⁊ in forma. Prima vero opinio magis congruere videt opinioni aliorum sanctorum qui dicunt per successionem temporis res creatas pfectas fuisse. Que tamen harū opinionum verior sit multum efficaci rōne probari non potest sic nec aliquid eozum que ex voluntate dei sola dependent. h tamen probabilius est vt cum homo creatus fuerit in naturalibus integris q ociosa eē nō poterāt q i pmo instanti creationis ad deū pfectus graz pfectus sit. ⁊ ideo hanc opinionem sustinēdo dō est.

Ad primū dō q̄ sicut s̄m Aug. distinctio horū dicitur attendit s̄m ordinē nature: et nō s̄m successione tēporis: ita ē s̄m ordinē nature status in nālibus puris ad statū eius in gratia p̄fē: et nō s̄m ordinem temporis: et sic intelligendum ē q̄ hō in statu naturalī intel lectum nō hūit. vñ p̄ficere possēt: q̄ etiam dū grām h̄z nō h̄z hoc ex naturalibus: s̄z ex gratuitis. Vel dō q̄ h̄ intelligendū ē q̄ homo non potuit p̄ficere per se etiam habita gratia vt habitudinem consequeret et h̄ supra magister dixit p̄ficere ad meritū vite.

Ad secundū dō: q̄ s̄m tertiam opinionēz tā hoies q̄ angeli in gratuitis creati sunt: et iō contra eam nō est huiusmodi obō. Sed contra secundā quā sublinētes dō ē q̄ potentia naturalis: hoc mō se h̄z ad grām q̄ ipsa subministrat s̄bam actus: et gratia p̄bet efficacitā merendi in formā actū: et sicut maioris perfectionis est forma actus q̄ ipsa s̄ba eius: ita eōrio maior defectus ē deficere in ipsa s̄ba actus q̄ deficere in forma ipsius: q̄uis autē ponat hō grāz habuisse: et in hoc angelo supiorē fuisse: tñ debiliōz fuit in po<sup>o</sup> nāli: et iō defectus po<sup>o</sup> nālis magis excusat peccatū hominis q̄ defectus grē peccatū angeli. vñ simpliciter peccatum hominis minus q̄ peccatū angeli iuenit.

Ad tertū dō: q̄ per gratiam aliquis meret glīam et iō puenienter grā tpe glīam p̄cedit: sed p̄ naturam non meret gratiā. vnde nihil impedit vt simul cum natura gratia infundatur. Ad quartum dicendū q̄ in illis que agunt per necessitatem nature oportet q̄ agens de necessitate agat s̄m erigentiam forme q̄ in ipso est vt per calidū calefaciat hoc autem in voluntariis non tenet. vnde etiam si homo gratiam habuerit nihilominus p̄t in contrariū actum transire. Ad quintū dō: q̄ actus personales non attingūt naturā: sed personam: et iō adā per penitentiā quam de peccato egit potuit recuperare illa bona que sibi ad actus personales data erant sicut gratiam et virtutes. non autem illa que toti nature collata erant ut immortalitas corporis: et obedientia inferiorum viri um ad rationem et huiusmodi.

De tertū sic p̄cedit. vñ q̄ in primo statu hō nō tñ de grā habuisset quātum post peccatū.

Et enim p̄bs dicit in .x. ethi. Ridiculum est temperantiam et fortitudinem in diis ponere cum in eis passiones innate et illare non sint circa quas fortitudo et temperantia medium cōdicant: sed in p̄mo statu adā huiusmodi passionibus caruisset. ergo et p̄ p̄ns hīs virtutibus quas tñ hō post peccatū habuit gratuitas non ergo tot gratias homo ante peccatum habuisset. sicut post hūit. Ad p̄re. perseverantia quedā virtus est quā multi post peccati statū habēt: hec autē adam defuit vt eius casus ostendit. nō igitur virtutes hūit quot homines in peccato nati hūit: et sic idē qd̄ prius. Ad p̄re. plus indiget de<sup>o</sup> plus tribuit: q̄: misericordiam intuet vt dicit Ber. s̄z hō plus indiget grē auxilio post peccatū q̄ ante: cū magis in naturalibus infirmet. s̄ plus d̄ grā post peccatū hōi conferat q̄ ante contulisset. Ad p̄re. deus cum sit sūme bonus vt Aug. dicit: mala esse non p̄mitteret nisi esset adeo potens vt ex mal<sup>o</sup> bonū eliceret: sed non ostendit p̄fecte diuina bonitas nisi bonū quod ex malo deus elicit excederet illd̄ bonū qd̄ p̄ malū p̄uat. s̄ bonū hoīs qd̄ ex peccato eius deus elicit excedit illud bonū qd̄ ante peccatū erat: et est post modū per peccatū priuātū: et sic maior est grā post peccatū q̄ an. Ad p̄re. tota plenitudo gratie humani generis ex virtute incarnatio

nis et passionis xp̄i procedit. vñ d̄ Jo. i. de plenitudine eius oēs accepimus: sed si adam nō peccasset xp̄s non fuisset incarnatus vt quidāz dicunt vel saltem non fuisset passus vt oēs d̄nt. ergo non tāta plenitudo gratie fuisset in humano genere ante peccatum: sicut post. Contra. Mat. xx. v. dedit vnicuiq̄ s̄m propriam virtutem. et exponitur i glo. de collōne gratiaz: virtus autē hominū naturalis maior erat ante peccatū q̄ post. ergo et plus d̄ gratia p̄secuti fuissent ante peccatū q̄ post. Ad p̄re. nullus ex peccato reportat cōmodū: sed si hō post peccatū maiorē gratiaz hēret q̄ ante cōmodum ex malo reportaret. ergo et c. Ad respondeo dō: q̄ donorum gratiorum quedaz ordinantur absolute in perfectionem eius cui conferuntur. quedā autem ad vtilitatem aliorum vt d̄. i. cor. xii. vnicuiq̄ d̄at manifestatio. s̄ ad vtilitātē. vti libas autem quedam est vt defectibus proximorum subueniat: sicut per operationē signorum infidelitati succurrit: q̄ signa data sunt non fidelibus sed infidelibus. Et similiter est etiam de generibus linguarum: et de aliis huiusmodi donis. Et q̄ huiusmodi defectus in primo statu non fuissent: ideo etiā nec talia dona hōi collata foret q̄ hō defect<sup>o</sup> ordinat. Dona vero absolute in perfectionem recipientis ordinata sunt ea quibus homo in actibus propriis perficit: et s̄m animā et s̄m corpus sicut est gratia gratū faciēs virtutes: donum sciē: et sapiētie: et huiusmodi: et ipasibilitas corporis: et in hīs hō in primo statu simpliciter loquēdo magis habuisset q̄ i secūdo statu p̄ peccatū. s̄z iste excessus p̄t p̄siderari dupl̄ vel int̄ siue vel ext̄siue. Ext̄siue quidē q̄z plura de huiusmodi hō i primo statu q̄ i secūdo habuisset. hūit. n. ipasibilitatē corporis et p̄fectā obedientiā inferiorū viriū ad rōnē et huiusmodi q̄ in hoībuz post peccatū nō inueniunt. S̄z verū ē q̄ et qdā dona post peccatū sūt que i perfectionē annerā hūit que aut in primo statu si fuissent oio: aut si fuissent s̄m alius modus et alios actus fuissent: vt tñ hoc intelligat de imperfecte nō q̄ naturam consequit: sed q̄ ex peccato p̄secuta ē. fidei enim p̄fectionē h̄z cōsequentem naturam: cuius ē diuina quasi in speculo intueri: et h̄ etiaz homini in p̄mo statu congruisset s̄z vidisset clarius diuina vt supra dictum est. Et iō fides in primo statu fuisset etiā s̄m eiusdem generis actum q̄uis perfectior q̄ modo sit continentia vero que importet imperfectionem in repugnantia passionum ex peccato creata s̄m q̄ p̄s philosophus p̄tinentiā accipit in .vii. ethi. in primo statu non fuisset: et similiter penitentia si sp̄alis virtus ponatur: ad minus s̄m eosdem actus quos nunc habz: et similis ratio est de aliis similibus. Si autem excessus intensiue consideretur: et precipue quātū ad dona gratū faciētia sic cōsiderādō statū ad statū vn̄uersaliter hō ante peccatū ampliorē gratia p̄ditus fuisset q̄ post: sed tñ nō est inconueniens q̄ aliq̄ p̄ statu peccati multo maiorē gratiā hēat q̄ aliq̄ habuissent etiam in primo statu eo q̄ gratie non tñ dāt s̄m mensurā naturalē virtutis seu capacitatis: s̄z s̄m conatū que contingit esse maiorē in eo q̄ minoris virtutis est: sicut et d̄ de cōpatione hominū noui et veteris testamēti. Ad primū ergo dō: q̄ q̄uis angeli quos p̄bs deos vocat: sicut et d̄ro. huiusmodi virtutes cardinales nō hēant s̄m eosdē act<sup>o</sup> quibus in nobis sunt: hūit tñ eas s̄m quosdā eminentiores actus: et precipue s̄m q̄ p̄stituit eorū act<sup>o</sup> circa finem: et h̄ modo in homine etiam ante statum peccati fortitudo et

temperantia esse potuisset. tamen sciendū est q̄ alia rō est de homine an peccatū: et de angelo: et de hoīe gloriificato. hō enim in primo statu q̄uis huiusmodi passionibus actu nō subiaceret tñ naturam hēberat q̄ q̄tū in se est hīs passionibus subicibil' erat: et possib'le erat eis subici si peccaret. nōdū hoīe p̄firmato: sed hō gloriificatus: et si naturā hēat cuiusm se cōsiderate nate sup huiusmodi passiones in esse tñ p̄ bituz glorie oīo additus hīs passionibus tollit: angel' vero nec naturā nec passibilitatē respectu hāz passionū hz. vñ p̄ q̄ huiusmodi virtutes quantū ad actus q̄ sunt vīe nūc i nobis magis remotē sunt ab angelis q̄ ab hominib' gloriificat: et ab hoīibus gloriificat magis q̄ ab eis in primo statu existibus. **C** Ad secundū dō: q̄ perseverantia dupliciter dr'. Uno enim modo est spāl' virtus: cuius actus est hīc propositum semper in bono p̄mācēdī: et talem virtutē Aldā habuit: et multi qui post corruerunt. Alio modo est quedā circumstantia p̄is virtutes alias: et sic non ponit spāl'es virtutem: sed continuationem quanda' virtut' vsqz ad mortem: et sic Adam in primo statu perseverantiā non habuit. **C** Ad tertium dicendum: q̄ plus indigenti deus plus tribuit dummodo sit magis ad recipiendum dispositus: alias non est verum. tamen sciendū est q̄ cum indigentia dicatur respectu finis vt dictum est non est dō: q̄ homo post peccatum magis eguerit gratia q̄ ante. Illud enim ad quod per se gratia est ordinata. s. gloria supra vires hominis est siue ante peccatum siue post peccatum. vnde quātū ad h non magis indiget post q̄ ante: sed quātū ad h ad quod per accidens gratia ordinat quod est remotio mali magis homo post peccatū indiget: et per respectum ad gloriāz arramen dicitur mensura gratie: qz per gratiam maiorem maiore qz gloriā mereret nō autem respectum ad remotionem peccati: et infirmitatis: qz minima grā sufficit ad delendum oīa peccata. vnde non maiori gratia indiget hō post peccatū q̄ ante: sed vix est ad plura grā indiget que tñ plura q̄ talibus gratia facere pōt. **C** Ad quartum dō: q̄ deus ex malo semper maius bonum eligit: non tamen illi de necessitate in quo malum esse permittit: sed in cōparatiōe ad vniuersum: cuius plenitudo p̄sistit ex hoc q̄ mala esse sinuntur: bonū aut vniuersi p̄pondeat bono particularis rei: sicut bonum gentis est diuinius q̄ bonum hominis vt in primo ethi. p̄bus dicit. **C** Ad quintum dicendum: q̄ r̄ps ad hoc fuit passus: vt hominis naturam repararet. vnde p̄ passionem r̄pi non apparet q̄ maiorem gratiam homo consecutus sit post peccatū: q̄ ante fuisse sine ea loquēdo de gratia in ordine ad p̄mium essentialē: qz ali quod p̄mium accidentale homo per passiones r̄pi consequitur quod ante peccatū non habuisset. s. gaudium de victoria r̄pi.

**D** quartū sic proceditur. videt q̄ post peccatum opera hominis fuissent magis efficacitā ad merendum q̄ ante peccatum. In primo enīz statu homo sicut nec ad malū impellens aliquid habebat: ita nec a bono retrahens: s. s. xliiii. di. magister dicit q̄ primus homo resistendo temptationi non meruisset: quia nihil erat quod ad malum impelleret. ergo similiter faciendo bonum vel nihil vel minus meruisset: quia nihil erat quod a bono impedit. **C** Præterea. dicit apostolus. ij. Thym. ij. non coronabitur nisi qui legitime certauerit: sed homo in primo statu non ita impugnabatur: sicut post

peccatum. ergo nec ita coronā efficaciter merebat. **C** Præterea. vt philosophus dicit in secundo ethi. virtus est circa difficilia: sed difficilius est homini post peccatum bonum operari q̄ ante. cum ergo ex virtute procedat efficacitā meriti: videtur q̄ an peccatus actus hominis fuerint minus efficaces ad merendum q̄ post. **C** Præterea. homo in primo statu fuit quasi medius inter statum angelorum et statum nostrum: vt ex hīs que. xliiii. di. dicta sunt p̄ s. operationes angelī non sunt: ita efficaces ad merendū: sicut operationes hominis: quod patet ex hoc q̄ inferior angelus mereri gradū superioris non potest: sed homo potest mereri vt ascendat ad supremum ordinem angelorum vt ex dictis Bre. patet i omel' de centum ouibus. ergo et homo in primo statu habuit opera minus efficacitā ad merendū q̄ post peccatum. **C** Præterea vt i prima di. ij. magister dicit homo factus est ad reparationē ruine angelice: sed d quolibet ordine angelorum aliqui ceciderunt vt supra. vi. di. dicitur est. ergo oportet q̄ qualitercūqz vadat humana natura: siue in statu innocentie: siue in statu peccati ad singulos ordines angelorum aliqui homines transferantur: cui ergo hō nō fiat nisi ex virtute meriti: videtur q̄ salte' nō maioris efficacitā ad merendū fuerint opera hominis in statu innocentie q̄ post peccatum. **C** Contra. Quanto aliquid est purius magis in genere alio tanto magis habet virtutem illius generis: sicut ignis purus q̄ ignis commixtus: sed merita nostra sunt admixta alicui de merito quod patet ex hō q̄ dicitur Ysa. lxxiii. quasi pannus menstruatus omnes iustitie nostre. Cum igitur in primo statu absqz omni permissiōe demeriti fuissent videtur q̄ tunc fuissent efficaciora ad merendum. **C** Præterea. quanto voluntas promptior: et ad operandum tanto homo magis meretur. ij. Cor. viii. s. voluntas prompta est secundum id quod habet: accepta est non secundum id quod non habet: sed in primo statu voluntas promptior erat ad bene agendū quia minus impidebatur. ergo opera hominis magis erant efficacitā ad merendū. **C** Respondeo dō q̄ cum meritum non consistat in habitu: sed in actu nec in actu quolibet: sed in eo qui per habitum gratie informatur actus autem omnis meritorius ex voluntate procedat operet q̄ meritum aliquid habeat a gratia: et aliquid a voluntate: et aliquid et ab obo actus. vnde species actus trahitur. et ideo ex his tribus efficacitā merendi mensurari potest ex gratie voluntate et obo. Quanto enim maiori charitate et gratia actus informatur: tanto magis est meritorius similiter etiam quanto magis est voluntarium plus habet de ratione meriti et laudabilis. Similiter etiam quanto magis obiectum est arduum tanto magis est actus meritorius semper intelligat p̄paratio de vno ceteris paribus. Quod autem aliquid arduum augmentet rationem meriti non habet ex difficultate laboris: sed ex bonitate: quia quanto aliquid melius est tanto supra vires hominis operantis est magis eleuatum. quia ergo homo in primo statu vt dicitur est maiorē gratiam cōmuniter habuisset q̄ post peccatum: et promptior fuisset voluntas ad operandū quæ essentiam non habebant sequitur q̄ opera hominis in primo statu simpliciter magis erant efficacitā ad merendum q̄ post: dummodo circa idē obiectum operatio consideretur vtrubiqz: q̄uis maior difficultate circa illud operetur homo post peccatū

ante. Non enim arduum opus auget ratione; merito nisi ratione bonitatis: et non ratione difficultatis nisi per accidens in quantum videlicet in id quod difficile est maiori attentione aliquis confurgit et cum maiori conatu voluntatis. Ad primum ergo dicendum: quod non consentire temptationi in primo statu: si homo in naturalibus tantum consideretur ut magister hic loquitur non fuisset homini meritorium: sed hoc contingit: ex hoc quod gratias non habebat: sicut ex causa per se: et non ex hoc quod nihil ad malum impellebat nisi per accidens in quantum videlicet: ex hoc quod homo non habebat impellens ad malum magis poterat conseruari a casu in peccato sine gratia quam post. Vel dicitur: quod non consentire temptationi dicitur dupliciter: vel ita quod importetur negatio tantum: et ita cum non relinquatur aliquis actus non remanebit ratio meriti: et hoc potuisset contingere in primo statu propter hoc quod homo non cogebatur temptationem exterioriorem discurrere: cum interiori temptatione non vigeretur: vel ita quod importat actum voluntatis temptationi repugnantem: et sic resistere peccato semper est meritorium in eo qui gratias habet. Ad secundum dicendum: quod quis homo in primo statu non habuerit certamen interius habuit tamen certamen exterius. Unde et victoriam habere potuit qua coronam merebatur: nec tamen est de necessitate meriti certamen contra aliquem impugnantem: quod sic in angelis meriti non inueniremus: sed de necessitate meriti est certamen quo quis contendit apprehendere aliquid quod supra se est sicut quod aliquis quasi viribus suis luctatur nec oportet ut ubi est maius certamen ibi sit maius meriti: sed ubi est magis legitimum: contingit autem in minori impugnatione magis legitimum certamen esse. Ad tertium dicendum: quod aliquid potest dici difficile dupliciter: vel ex arduitate operis: et sic virtus intelligitur circa difficile esse quod. si se difficile est et arduum: vel ex imperfectione operantis et sic virtus circa difficile non est: sed talem difficultatem virtus tollit: quanto enim aliquis virtuosior est tanto facilius opera virtutis exercet: nec tamen dicitur quod quanto virtuosior sit minus mereatur: et per hunc modum est difficultas maior in operibus hominis post peccatum ex imperfectione operantis. Ad quartum dicendum: quod hoc quod opera alicuius angeli sint minus meritoria quam alicuius hominis non contingit ex imperfectione angelorum: sed ex conditione gratie que: quis in angelis sit maior secundum statum: quia propinquior fini cum sit minor via angelo data quam homini ut supra dictum est. tamen gratia hominis potest esse maior in virtute merendi: angelis enim data est gratia ad determinatum gradum secundum determinatum ordinem promerendum: et ideo ulterius premium per gratiam illas mereri non possunt: homo autem cum ex conditione nature ad nullum ordinem determinetur: sed indifferenter ad omnes se habeat accipit gratiam indifferenter ordinantem ad promerendum gradum cuiuslibet ordinis secundum genus suum. et ideo non oportet quod ratione ista homo in primo statu minus mereri potuisset quam post peccatum. Ad quintum dicendum: quod quis homo non ad eundem terminum perveniat ad quem pervenisset ante peccatum: non oportet tamen ut equalem efficacitatem in merendo habeant actus eius: quia quod tunc ex paucis actibus mereri potuit nunc oportet quod ex multis actibus mereatur: ita quod per exercitium ac-

tuum in quandam perfectionem crescat secundum quam sibi competat meritum tanti premii quam prius habuisset.

Ad quintum sic proceditur. videtur quod pena hominis inconuenienter in littera determinatur pro peccato prime transgressionis. Illud enim quod propter hominem factus est in aliquo homini seruire debet: sed paradus terrestris propter hominem factus est sicut alie creature: cuius igitur homini inde eiecto in nullo seruiat: videtur quod inde expelli non debuerit. Preterea propter peccatum hominis tota natura deteriorata est que propter hominem facta est ut dicitur glo. Ro. viii. multo ergo magis locus ille in quo peccatum commissum est. scilicet paradus terrestris iusti debuit: sed hoc eiecto debet locum esse. Et post peccatum paradus terrestris expelli non debuit. Preterea ut supra magister dicit di. x. vii. paradus terrestris de se locus inaccessibilis est. ergo frustra apponuntur custodie ne homo ad illum accedere possit ad quem etiam sine illis pervenire non valeret. Preterea homo post peccatum statim necessitati mortis additus fuit: sed ex quo necessitate moriendi habuit non poterat non mori, ergo frustra dominus dicit. videte ne forte sumas de ligno vite etc. Preterea legnum vite non habuisset maiorem effectum in hominem post peccatum quam ante: sed homo ante peccatum de ligno vite edidit ut in littera dicitur: nec tamen in eternum vivit. ergo etiam licet post peccatum de eo comedisset in eternum vivisset. Si dicatur quod lignum vite hunc effectum non habebat nisi frequenter sumptum. Contra. Causa multiplicata non variat effectum secundum speciem. si ergo semel sumptum immortalitatis causa non erat: videtur quod nec etiam si frequenter sumeretur. Contra id quod innocencie debebatur non debuit remanere innocentia amissa: sed locus ille: et cibus innocentie debebatur. ergo post peccatum homo utroque privari debuit. Preterea magis erat proprius locus angeli celum empyreum in quo creatus est quam hominis paradus terrestris in quo post peccatum de celo empyreo deiectus est. ergo et homo post peccatum de paradiso terrestris expelli debuit. Respondeo dicitur: quod ad felicitatem seu ad beatitudinem aliquid pertinet quod est de se eius: sicut visio dei gaudium et huiusmodi: aliquid autem coram spondet sibi per modum congruentie: sicut beatitudinis sancto: respondet locus excellentissimus qui est celum empyreum. Ita etiam ad statum innocentie in qua quodammodo homo beatus erat ut dicit Aug. xij. de civitate dei quedam pertinebant quasi essentialiter: sicut immortalitas et obedientia virtutum inferiorum ad rationem et huiusmodi: sed quedam alia pertinebant per modum cuiusdam congruentie. Immo tali enim vite: et ab omni inquietudine segregate debebatur locus temperatissimus et delictis plenus qualis est paradus terrestris. unde sicut post peccatum deiectus est a statu illo innocentie in quem elevatus erat supra conditionem nature sue absolute considerate: ita etiam: et locum amisit qui illi excellentie debebatur: et in locum ubi formatus fuerat deiectus erat. Ad primum ergo dicendum: quod paradus terrestris: quis non seruiat homini quasi in usum eius: veniens seruit: tamen sibi ad instructionem eius proficiens: sicut homo ex hoc ipso quod in scriptura cognoscit se tali loco per peccatum privatum ad peccatum vitam

dum incitatur: ad miseriam suam cognoscendam.  
**C** Ad secundus dō: q̄ sicut peccati infectio non ve-  
 nit ad creaturas alias: nisi per creaturā rationalem  
 peccantes: ita etiā illa infectio & corruptio non irra-  
 tionalis creature penam ordinatur. vnde non oportet  
 q̄ locus ille per peccatū inficiatur: in quo homo  
 & angelus peccauit. s. paradisi terrestres & celū em-  
 pireus. sed illa loca q̄ peccantibus deputata sunt p̄  
 peccatū. **C** Ad tertiu dōm: q̄ illa impedimenta rati-  
 one quorū inaccessibilib: s̄ paradisi terrestres forte  
 hoc gladius flāmens vocatur: q̄ precipue locus  
 ille inaccessibilis videtur. p̄pter intēperatum calorem  
 in locis intermediis. & ideo nō sequitur q̄ huiusmo-  
 di impedimenta superflua sint: **C** Ad quartū dō: q̄  
 quis homo post peccatum lignum vite sumpsisset:  
 mortem euadere nō potuisset. potuisset tamen mortē  
 differre: ita vt vita eius auxilio ligni vite prolongare-  
 tur: sicut de Enoch & Metha creditur: & hoc homini  
 non expediebat: vt tam diu in hac misera vita p̄ma-  
 neret. Et verba illa domini s̄t magis accipienda  
 per modū cōpassionis q̄ insultationis. Vel potest di-  
 ci sicut dicit magister in littera. **C** Ad quintū dō: q̄  
 si homo ante peccatū de ligno vite sumpsisset nō  
 tamen immortalitate consecutus fuit quā lignū vite  
 conferre nō potuit: nisi frequenter sumpserit. Et ideo  
 dō. **C** Ad sextū q̄ lignum vite non erat causa per  
 se immortalitatis vt exp̄dictis patet: sed potius  
 erat vt dispositio quedam: dispositio autem non per-  
 ducit ad effectum nisi multiplicata: sicut pars in qua-  
 litatibus actiuis & passiuis que sunt dispositiōes ad  
 formam elementis: non enim inducitur forma elemen-  
 ti nisi quando perducitur materia ad intensiōes q̄  
 litatum illarum operatur liberando & preparādo &c.  
 vt liberatio referatur ad expulsiōem peccati. & pre-  
 paratio ad informātionem anime. Non tamen iustitie  
 habende vel retinende. Contra. s̄ dictum est q̄  
 quis hō n̄ heret. vñ p̄ficere posset hūc tñ vñ possi-  
 stare. s̄ li. ar. sufficiebat ad iustitiam retinendas. Et  
 dō: q̄ ab eadem causa est esse rei & conseruatio eius.  
 vnde sicut esse iustitie gratuite non est nisi adeo: ita  
 etiā & conseruatio eius. Sed verus est q̄ homo ha-  
 bens gratiam non indiget alia gratia ad eius conser-  
 uationes. Et propter hoc dicitur. q̄ homo potest per  
 se stare. quibus respondentes dicimus &c. videtur  
 hoc falsum: q̄ si quando peccauit non habuit: tunc p̄-  
 us amisit q̄ peccasset quod videtur falsum. S̄ dō:  
 q̄ ante intentionem peccati habuit virtutes: sed si-  
 mul ista duo fuerunt cōmissio peccati & amissio virtu-  
 tis: sicut vnum est instans in quo expellitur nigredo  
 & in quo inducitur albedo: Homo ante peccatū bea-  
 tissimus &c. non est intelligendum de patrie beatitu-  
 dine: sed s̄m q̄ beatitudo includit talem perfectionē  
 qualis illi statui cōgruebat: & capiebat auram et̄caz  
 in quātū seruis in diuinorum contemplatione mane-  
 bat. Atq̄ vñ fuisse concess. ex hoc non sufficienter pro-  
 batur: quia homo in statu illo de ligno vite comēde-  
 bat preceptum enim affirmatiuū nō obligat ad sem-  
 per. vnde & si preceptū sibi fuerit q̄ lignis cibis cō-  
 cessis vteretur: potuit tamen esum alicuius eorū dif-  
 ferre vsq̄ ad terminum sibi a deo p̄chinitum: & ideo  
 a quibusdam non conceditur quod magister h̄ deter-  
 minat: sed quid verius sit determinari non potest  
 cum scriptura non determinet nec ratione probari  
 possit.

## Distinctio

## Trigesima.

Quod per Adam peccatum & pena tran-  
 siuit in posteros.

**I**n superioribus insi-

tuat: licet ex parte non enim  
 perfecte sufficimus qualiter; pri-  
 mus homo deliquerit & quam  
 pro peccato penam subierit. quibus adiciē-  
 dum est peccatum simul ac penam per eū trā-  
 sisse in posteros: sicut Apostolus ostendit in  
 quiens. Sicut per vnum hominem in hunc  
 mundum peccatum intrauit: ita & in omnes  
 homines mors pertransiit.

Utrum illud peccatū fuerit originale: an  
 actuale.

**I**n primo videndum est quod fuerit  
 illud peccatum: originale. s. an actua-  
 le. & si de originali intelligat: conse-  
 quenter quid sit originale peccatum: & quare  
 dicat originale & quomodo pertransierit vel  
 pertranscat in omnes: diligenter inuestigan-  
 dum est. Quibusdam placuit de peccato actu-  
 ali ade illud accipere: asserentibus hoc aplm  
 sensisse cum inferius ait. Sicut per inobedi-  
 entiam vnus hominis peccatores constitu-  
 ti sunt multi: ita &c. Euidenter inquam etiā  
 ipso nomine exprimit apostolus peccatum:  
 quod per vnum hominem intrauit in mun-  
 dum. s. inobedientia. Inobedientia vero pec-  
 catum actuale est. Hoc autem dicitur intrasse  
 in mundum: non traductione originis: sed si-  
 militudine preuaricatōnis. Omnesq̄ in illo  
 vno peccato peccasse dicunt. quia omnibus  
 ille vnus peccandi exemplū extitit. Hoc ma-  
 le senserant quidam heretici: qui dicti sunt  
 pelagiani. de quibus Aug. i. i. li. de baptismo  
 paruulorum cōmemorat dicens. Sciendum  
 est hereticos quosdam: qui nominati sunt pe-  
 lagiani: dixisse peccatum prime transgressio-  
 nis in alios homines non propagatione: s̄  
 imitatione transisse. vnde etiam in paruulis  
 nolunt credere per baptismum solui origina-  
 le peccatum: quod in nascentibus nullū esse  
 omnino contendunt. Sed eis dicitur quia si  
 apostolus peccatum imitationis: non propa-  
 gationis intelligi voluisset: eius principē nō  
 Adam: sed diabolum diceret. de quo i libro  
 sapientie dicitur. Inuidia diaboli mors intra-  
 uit in orbem terrarum. & quia non vult intel-  
 ligi hoc esse factum propagatione: sed imita-  
 tione: continuo subiunxit scriptura imitanē  
 autem eum qui sunt ex parte ipsius. Imitatē



quidem Adam quotquot per inobedentiā transgrediuntur mandatus dei. sed aliud est quod exemplum est voluntate peccantibus: aliud quod origo est cum peccato nascentibus. non est igitur accipiendum peccatum ad eum transisse in omnes imitationis tantum exemplo: sed propagationis et originis visio.

Hic aperit illud esse peccatum originale quod transit in posteros.

**T**est illud peccatum originale ut aperte Angu. testat: quod per adam transiit in omnes: per eius carnes vicia tam: concupiscentialiter generatos.

Quid sit originale peccatum hic inquirent:

**Q**uod diligenter inuestigandum est quod sit. De hoc enim sancti doctores sub obscuritate locuti sunt: atque scolastici lectores varia senserunt. Quidam enim putant originale peccatum esse reatum pene pro peccato primi hominis. i. debitum vel obnoxietatem. quia obnoxii et addicti sumus pene temporalis et eterne pro primi hominis actuali peccato: quod pro illo ut autem omnibus debet pena eterna nisi per gratiam liberentur. Iuxta horum sententiam oportet dici originale peccatum nec penam nec culpam esse. Culpam non esse ipsi fatentur. pena quoque sine eos esse non potest. quia si debitum pene originale peccatum est cum debitu penam non sit pena: nec originale peccatum est pena. Quod etiam quidam eorum admittunt dicentes in scriptura peccatum sepe nominari reatum. et reatum illi intelligunt ut dictum est obnoxietatem pena. Et ea ratione asserunt peccatum originale dici esse in parvulis quia parvuli pro ipso primo peccato rei sunt pene. sicut pro peccato iniqui pentis aliquando exulant filii sine iustitiam fori.

Quod originale peccatum culpa sit auctoritatibus probat.

**E**d quod originale peccatum culpa sit: pluribus sanctorum testimonio edoceat. super exodum ubi dicitur: primo genitus asini mutabatur ovis: gregorius ait. Omnes qui in peccato nati sumus et ex carnis delectatione concepti: culpam originalem nobis contraximus. unde et voluntate nostra peccatis implicamur. Ecce culpam originalem dicit nos trahere. unde constat originale peccatum culpam esse. Aug. quoque in libro de natura et gratia de hoc eodem sic ait. Desunt autem apostolis peccauerunt. utique vel in seipsis vel in adam: quia sine peccato non sunt: vel quod originaliter attraxerunt: vel quod malis moribus addiderunt. Peccatum enim primi hominis non

solum ipsum: sed omne nocuit genus humanum: quod ex eo damnationem simul et culpam suscepimus. Idem super psalmum quinquagesimum. quod de corpore mortuo seminat cum vinculo peccati originalis nascitur et morti. ideo igitur se iniquitatibus conceptum dicit David. quod in omnibus trahitur iniquitas ex Adā et vinculum morti. nemo enim nascitur nisi trahens penam et meritum pene. Meritum autem pene peccatum est. ois ergo qui nascitur per carnis concupiscentiam peccatum trahit. peccatum itaque originale culpa est quia omnes concupiscentialiter concepti trahunt. An in ecclesiasticis dogmatibus scriptum est. firmissime me tene et nullatenus dubites: omnem hominem qui per concubitus viri et mulieris concipitur cum originali peccato nasci: impietati subditum: mortisque subiectum. et ob hoc natura ire nasci filium: a qua nullus liberatur nisi per fidem mediatoris dei et hominum. His aliisque auctoritatibus evidenter ostenditur peccatum originale culpam esse: et in omnibus concupiscentialiter genitum trahi a parentibus.

Quid sit quod dicitur originale peccatum. scilicet fomes peccati. i. concupiscentia.

**U**nc superest videre quid sit ipsius originale peccatum: quod cum non sit actuale non est actus sine motus anime vel corporis. Si. n. actus est anime vel corporis actuale utique peccatum est. Sed actuale non est. non est igitur actus vel motus quod igitur: originale peccatum dicitur fomes peccati. scilicet concupiscentia vel concupiscentia: que dicitur lex membrorum sive languor nature: sive tyrannus qui est in membris nostris: sive lex carnis. Unde Aug. in li. de baptismo. parvulorum Est in nobis concupiscentia que non est permittenda regnare: Sunt et eius desideria que sunt actuales concupiscentie: que sunt arma diaboli que veniunt ex languore nature languor autem iste tyrannus est qui movet mala desideria. si ergo vis esse victor tyranni atque inermem inimicum invenire: non obedias concupiscentie male. His verbis satis ostenditur fomitem peccati esse concupiscentiam.

Quid nomine concupiscentie intelligitur quod dicitur fomes peccati.

**O**mine autem concupiscentie non actum concupiscentie: sed viciū primum significavit cum ea dixit legem carnis. unde illud in tractatu de verbis apostoli sic ait. Semp pugna est in corpore mortis huius: quod ipsa concupiscentia cum qua nati sumus finire non potest. quoad vivum quotidie minui potest: finire non potest. Que autem est concupiscentia cum qua nati sumus: viciū utique est quod parvulum habile concupiscere facit: adultum et concu-

piscentem reddit. sic enim in oculo ceci in nocte vitium cecitati est: sed non apparet. nec discernit inter videtur et cecum nisi luce veniente: sic in puero vitium esse non apparet: donec etatis provecutionis tempus occurrat. Ex his datur intelligi quod sit originale peccatum. scilicet vitium concupiscentie: quod in omnibus concupiscentialiter natos per adam intravit: eosque maculavit. Unde augustinus in libro de baptismo par. Adam propter imitationis exemplum occulta etiam tabe carnalis concupiscentie siue: tabificavit in se omnes de sua stirpe venturos. Unde apostolus recte ait. In quo omnes peccaverunt. circumspecte et siue ambiguitate dicit hoc apostolus. Siue. n. intelligatur in quo homine siue in quo peccato: sanum est. In adam enim omnes peccaverunt ut in materia. non solum eius exemplo: ut dicunt pelagiani. Res. n. ille unus homo fuerant. id est in eo materialiter erant. Manifestum est itaque omnes in adam peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum est corruptus quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur constituti sunt peccatores. ita et in illo uno peccato quod intravit in mundum: recte omnes dicuntur peccasse: quia sic ab illo uno homine: sic ab eodem uno peccato imunes esse non possunt: nisi ab eius reatu per christi baptismum absoluantur. alia ergo propria sunt peccata: in quibus tamen peccant quorum peccata sunt: aliud hoc unum in quo omnes peccaverunt. id est ex quo omnes peccatores constituti sunt.

Quod sit peccatum in quo omnes peccaverunt. scilicet originale quod ex inobedientia processit.

**b** Deest originale peccatum quo peccato res nascuntur omnes concupiscentialiter geniti: quod ex adam siue ex eius inobedientia emanavit: et in posteros demigravit. Unde apostolus consequenter per inobedientiam unius hominis multos dicit esse constitutos peccatores: que est actuale peccatum. Cum ante dixerit per unum hominem peccatum intrasse in mundum: et in eo omnes peccasse: quod de originali dictum est oportere accipi.

Ex quo sensu dictum est per inobedientiam unius multos constitutos peccatores.

**q** Quod ergo ait. per inobedientiam unius multi constituti sunt peccatores: eo sensu dictum esse intelligendum est: quia ex inobedientia ade. scilicet ex peccato actuali ade: processit originale peccatum: quo omnes peccatores nascuntur: ut et in illo esset: et in omnes transiret.

Quod peccatum originale in adam fuit et in nobis est. Unde augustinus. Juliano heretico nullus peccatum in parvulis esse ostendit respondens apte asserit peccatum originale ex voluntate ade processisse: ac per eius inobedientiam in mundum

dum intrasse. Querit enim iulianus per quid peccatum inuenitur in parvulo: ita ingens. Non peccat iste qui nascitur. non peccat ille qui genuit. non peccat ille qui dedit. Per quas igitur rimas iter totum perfidia innocentie peccatum fingis in gressibus? Et respondet ei sancta pagina. per unum hominem peccatum intravit in mundum. per unius inobedientiam ait apostolus: quod querit amplius: quod querit aptius? Respondeo iulianus. Si per hominem unum peccatum in mundum intravit. peccatum vel ex voluntate vel ex natura est. Si ex voluntate est: mala est voluntas que peccatum facit. si ex natura est: mala est natura. Qui respondeo ex voluntate peccatum est. Querit forte utrum originale peccatum ex voluntate sit: respondeo prorsus et originale peccatum ex voluntate esse: quia hoc ex voluntate primi hominis seminatum est: ut in illo esset: et in omnes transiret.

Obiectio quorundam contra id quod supra dictum est omnes homines in adam fuisse.

**a** De hoc autem quod diximus in adam fuisse omnes homines: quodam verborum sectatores sic obiciunt dicentes. Non omnis caro que ab adam traducta est: in eo simul existere potuit quia multo maioris quantitate est: quam fuerit corpus ade. In quo nec tot etiam athomi fuerunt: quot ab eo homines descenderunt. Quocirca verum non esse asserunt substantiam uniuscuiusque in primo fuisse parente.

Responso ubi aperitur qualiter in adam secundum rationem seminalem: et quod ex eo descenderunt. scilicet propagationis lege.

**q** Tribus modis potest quod materialiter atque casualiter: non formaliter dicitur fuisse in primo homine: omne quod in humanis corporibus naturaliter est. Descenditque a primo parente lege propagationis: et in se actum et multiplicatum est: nulla exteriori substantia in id transeunte: et ipse in futuro resurget. Fomentum quidem habet a cibis: sed non convertitur in cibis in humanam substantiam que secundum propagationem descendit ab adam. Transmissum enim adam modicum quid de substantia sua in corpora filiorum quam eos precreavit. id est quod modicum de massa substantie eius divisum est et inde formatum est corpus filii: cuiusque multiplicatione sine rei extrinsece adiectione augmentum est. Et de illo ita augmentato aliquid item separatur. unde formantur posteriorum corpora: et ita procreditur procreationis ordo lege propagationis usque ad fines humani generis. Itaque diligenter ac perspicue intelligentibus patet: omnes secundum corpora in adam fuisse per seminalem rationem: et ex eo descenderunt per propagationis lege.

Auctoritate et ratione probatur nihil extrinsecum conuertitur in humanam substantiam que ab adam est.

Quod vero nihil extrinsecum in humanam corporis naturam transeat: veritas in euangelio significat dicitur. Omne quod intrat in os in ventrem vadit: et in secessum emittitur. Quod etiam ratione ostendi potest hoc modo. Puer qui statim post ortum moritur: illa statura resurget quam habiturus erat: si viueret usque ad etatem. xxx. annorum nullo vicio corporis impeditus. Unde ergo illa substantia que a deo parua fuit in ortu: in resurrectione tam magna erit: nisi sui multiplicatioe in se? Unde apparet quod etiam si viueret: non aliunde: sed in se augmentaretur illa substantia. Sicut costa de qua facta est mulier: et sicut panes euangelici. Non inficiamur tamen quod cibi et humores in carnem et sanguinem transeant: sed non in veritatem humane nature quam a primis descendit parentibus. Que sola in resurrectione erit reliqua vero caro in quam cibi transeunt tanquam superflua in resurrectione deponetur. Que tamen ciborum aliarumque rerum fomentis coalescit.

In superioribus insinuat est et. Postquam determinauit lapsus humane nature quam ad peccatum primorum paratum. In pre ista incipit determinare quod natura humana vitata est posteris. Et diuidit in partes duas.

In prima determinat de peccato quod a primis paratum in posteros eorum transtulit per carnis originem. scilicet de peccato originali. In secunda determinat de peccato quod transtulit in posteros per imitationem operis. scilicet de peccato actuali. lxxviii. di. post predicta de peccato actuali et. Prima diuidit in duas. In prima determinat de peccato originali ostendendo an sit et quod sit. In secunda determinat quasdam obiectiões eius. lxxi. di. sicut superest investigare et. Prima diuidit in duas. In prima determinat de peccato originali secundum veritatem. In secunda excludit quasdam obiectiões quibus peccati originalis traductio pugnat. ibi. quod ergo ait per inobediētiam et. Prima diuidit in duas. In prima ostendit aliquid peccatum a primis parentibus in posteros transtulit. In secunda inquirunt quid sit illud. ibi. h. primo videndum est et. Et diuidit in partes duas. In prima inquirunt an sit peccatum actuale vel non quod dicit apostolus per unum hominem in terram transiisse. Ostendens quod est peccatum originale et non actuale. In secunda iterato inquirunt quid sit illud originale peccatum quod diligenter investigandum est et. Circa primum tria facit. Primo mouet quoniam. Secundo excludit falsas opinionē quorundam h. exponētium de peccato actuali tamen. ibi. Quibusdam placuit et. Tertio ostendit h. intelligi de originali peccato. ibi. Et est illud peccatum originale et. Ad diligenter investigandum est et. Die inquit quod sit peccatum originale. Et diuidit in partes duas. In prima inquirunt quod sit secundum genus mortis. In secunda quod sit secundum genus nature. ibi. Nunc superest videre et. Circa primum duo facit. Primo ponit quorundam

opinionem qui peccatum originale reatum tamen esse dicebant et non culpam. Secundo ostendit peccatum originale culpam esse. ibi. Sed quod originale peccatum et. Ad ergo ait per inobediētiam et. Sic excludit obiectiões peccatum originale impugnantes. Et diuidit in duas. In prima excludit obiectiões que impugnant directe peccatum originale. In secunda excludit obiectiões que impugnant peccatum originale quantum ad causam eius que est carnis traductio. ibi. Ad h. autem quod diximus et. Circa primum duo facit. Primo excludit obiectiões pelagii ex auctoritate procedente. Secundo excludit obiectiões duas iuliani quod rocinando originale peccatum impugnabat. Quare prima incipit. ibi. Unde Augustinus iuliano et. Secunda. ibi. Inquit iulianus et. Ad h. autem quod diximus et. Sic excludit obiectiões eorum que peccatum originale impugnant ex parte cause eius que est carnis traductio ex vno in quo omnes materialiter fuerunt. Et circa h. tria facit. Primo mouet obiectiões. Secundo ponit responsionem. ibi. Quibus responderi potest et. Tertio ponit responsionis confirmationem. ibi. quod vero nihil extrinsecum et. Sic est duplex quod. Prima de peccato originali. Secunda de traductioe carnis. Circa primum queruntur tria. Primo an per peccatum primorum parentum in nos isti defectus deueniunt quos sentimus sicut necessitas moriendi et huiusmodi per modum quo pena consequitur culpam. Secundo vtrum defectus aliquis ex primis parentibus in nos deuenire poterit: qui ratione culpe habeat. Tertio supposito quod sic querit quod sit originalis culpa que a parentibus contrahitur.

Primum sic proceditur. videtur quod defectus quos sentimus non sint nobis quasi pena per peccatum primi hominis inflecti. Sicut enim dicit seneca. mors est hominis natura non pena. iter omnes autem defectus mors maior est. vni et finis terribilior a phobos in. iii. ethi. dicitur. g. nec est alius defectus pene debere dicitur quod natura humana sequitur. Circa preterea. quibus inueniunt in aliquibus ex eisdem principiis creatura per rationem vnam in illis inueniunt cum ex unitate principiorum pendeat vnius rei: sicut mors fames sitis et huiusmodi inueniunt ex eisdem principiis in homine et quibus in aliis animalibus. sicut ex pugna primorum ex quibus corpus componitur: cum igitur in aliis animalibus non sint sub ratione pene nec in homine tanquam pene erunt. Circa preterea. non magis peccauit homo quam angelus imo minus ut supra dictum est. lxxi. di. sicut angelus per peccatum nihil amisit de bonis naturalibus sibi collatis ut dicitur d. de di. no. dicitur. g. nec homo. si igitur de natura hominis esset ut corpus suum esset incorruptibile et passibile h. per peccatum non amisisset: cum igitur amisisset: videtur quod non fuerit nature: sicut ergo et priuatio horum non sicut pena naturam consequitur: sed sicut naturalis defectus. Circa preterea. omnis virtus naturaliter tendit in suum obiectum: sed virtutis concupiscibilis obiectum est delectabile secundum sensum. ergo quod concupiscibilis moueat in illud h. non est pena: sicut hominis natura: et similiter de irascibili: et de aliis viribus: sicut hoc causa pugna virtutum inferiorum ad superiores quod vnaqueque virtus in suum obiectum mouet videtur: ergo quod huiusmodi pugna sit naturalis homini et non pena eius sic dicitur. Circa preterea. nulli dicitur esse pena si non attingat ad illud quod vires nature sue excedit: sicut quod homo non potest volare non est sibi pena: sicut peringere ad videndum deum in sua eternitate omnes vires humane nature excedit alias homo ex naturalibus in illud venire posset. ergo nec carceris visionis diuine pena hominis dicitur: et ita nihil eorum quod pena esse dicitur primi peccati

eam rōnē pene hēre vident. **C**ōtra. Dis passio in  
 volūtaria pena ē: sed mors est passio maxime inuolū  
 taria adeo q̄ nec senectus volūtate moriēdi peccato  
 abstulerit vt Jo. vltimo in glo. dī. ergo mors: et alia  
 huiusmodi sunt pene. **C**ōtra. vt pbs dicit i. ij. phi  
 sicor: et primo de aia actus proprius sit i proprie mā  
 vñ os pfectionē perfectibili pportionatā esse: s; aia  
 rōnal que est perfectio corpis humani s̄m suā nām  
 incorruptibilē est. ergo et corpus humanū naturaliter  
 incorruptibile ē. si ergo corruptū h̄ erit defectū natu  
 re: et ita erit pena. **C**ōtra. potentius nō vincit a mi  
 nus potēte: q; agens est nobilius paciēte vt pbs in  
 iii. de aia dicit: sed corpus humanū est nobilius ina  
 nimatis corporibus. si ergo ab eis paciat hoc erit p  
 infirmitatē nature eius infirmitas aut: et defectus ei?  
 qd̄ s̄m naturā in hoīe est pena est: ergo passibilitas a  
 talibus corporibus est i hoīe quasi pena. **C**ōtra. Respon  
 deo dō: q; ea q̄ sunt ad finē disponūt s̄m necessitatez  
 finis vt ex. ij. pbs itoz p̄ finis aut ad quē hō ordina  
 tus ē: est vltra facultatē nature create. s. beatitudo q̄  
 in visione dei consistit soli enī deo h̄ cōnaturale est vt  
 ex dictis in. xlii. di. p̄. vñ oportuit naturā humanā  
 taliter institui: vt nō solū hēret illud qd̄ sibi ex princī  
 piis nālibus debebat: sed et aliqd̄ vltra per qd̄ faci  
 le in finē pueniret: et q; vltimo fini amore inherere n̄  
 poterat: nec ad ip̄m tenēdū puenire: nisi p̄ sup̄emaz  
 ptē suā q̄ ē mēs: et intellectus: seu rō: i qua ymago dei  
 insignita ē: ideo vt illa ps i deū tēderet subiecte sunt  
 sibi vires inferiores vt nihil in eis accidere posset qd̄  
 mētē retineret et ipediret ab itinere in deū: et pari rō  
 ne corpus hoc mō dispositū ē vt nulla passio in eo ac  
 cidere posset per quam mentis contemplatio impe  
 diret: et q; hec omnia ex ordine ad finem vt dictus ē  
 homini inerant: ideo facta deo ordinatione a fine per  
 peccatum hec omnia in natura humana esse desiere  
 et relictus est homo in illis tantum bonis que euz ex  
 naturalibus principiis cōsequūtur. Et hoc expresse  
 Dionysius dicit. iii. c. ce. Yerar. sic inquis. p̄ priū  
 aut principiū hīs hō in generationibus corruptibili  
 bus merito ad principiū p̄ntē ductus ē finē. i. hoc ex  
 peccato meruit vt cū ex principiis suis ex qbus cō  
 positus est sibi corruptio deberetur q; reduceretur  
 per peccatum ad talem finem q; suis principiis con  
 grueret: et h̄ accipitur ex hoc q; dictum est Gen. iii.  
 terra est: et in terraz ibis. Scdm̄ h̄ ergo dico q; isti de  
 defectus possunt ad naturam humanam dupliciter cō  
 pari: vel ad eam s̄m q; in principiis naturalibus suis  
 tantum consideratur: et sic procul dubio non sunt  
 pene eius: sed naturales defectus: sicut etiam eē ex  
 nihilo vel indigere cōseruationes est defectus quid  
 dam naturalis omnem creaturam consequens: et nul  
 li est: pena: vel ad eam prout instituta est: et sic p̄cul  
 dubio pena sunt sibi: q; etiam ex priuatione eius qd̄  
 gratis alicui conceditur postq̄ concessum est puniri  
 dicitur alicui. **C**ōtra. Ad primū ergo dicendū: q; Sen  
 et alii p̄bi considerauerunt naturam humanam s̄m  
 ea q̄ ex principiis suis naturalibus ipsaz consequunt  
 statum enim illum prime conditionis scire nō potue  
 runt: q; non nisi fides tenet. et ideo de morte nihil ni  
 si facit de naturali defectu locuti sunt: q; uis etiaz na  
 turalis defectus aliquo modo pena dici possit.  
**C**ōtra. Ad secundū dicendū: q; animalia alia nō sunt  
 ordinata in finem qui facultatem naturalem ipsoruz  
 excedat: et ideo in illis tantum bonis creata sunt que  
 eis ex principiis naturalibus debentur. vnde non ē

similis ratio de homine et de aliis animalibus. **C**ōtra  
 tertium dicendū: q; bona naturalia dicuntur dupli  
 citer vel prout sunt in se cōsiderata s̄m q; nature de  
 bentur ex propriis principiis: et sic nec homo nec an  
 gelus peccatum aliquid naturalium amisit: vel i ali  
 quo diminutus est: quia Dionysius etiaz integra da  
 ta naturalia in angelis peccantibus p̄manere di  
 cit: vel s̄m q; ordinantur in finem vltimū. et hoc mo  
 do in ytroq; bona naturalia diminuta sunt non qui  
 dem penitus amissa in quantum vterq; factus ē mi  
 nus habilis: et magis distans a finis consecutione: et  
 propter hoc etiam homo gratuitis spoliatus dicitur  
 et in naturalibus vulneratus Luc. x. in glosa. **C**ōtra  
 quartum dicendū: q; quodocūq; multa conueni  
 unt ad constitutionem alicuius alicui eorum potest  
 aliquid s̄m se conuenire naturaliter s̄m naturam p̄  
 priam: et aliquid conuenit sibi s̄m naturam totius. si  
 cut patet de elementis in mixturem corporis veni  
 entibus. s̄m h̄ ergo dico q; vis concupiscibilis natu  
 rale habet h̄ vt indelectabile s̄m sensum tendat: sed  
 s̄m q; est vis concupiscibilis humana habet vltimū  
 vt tendat in suum obiectum s̄m regimē rationis: et  
 ideo q; in suum obiectum tendat irrefrenate hoc nō  
 est naturale sibi in quantum est humana: sed magis  
 contra naturam eius in quantum huiusmodi et s̄m h̄  
 rationes habere pene potest maxime considerata na  
 tura humana s̄m q; tota est sub regimine rationis vt  
 in prima conditione fuit. **C**ōtra. Ad quintum dicendū  
 q; quis natura humana per se non possit in visione  
 dei pertingere potest tñ ad eam peruenire euz adiu  
 torio gratie: et ex se habet habilitatem vt in illaz per  
 ueniat. et similiter etiam ex hīs que sibi gratis in pri  
 ma conditione collata fuerit maiorem habilitatē ha  
 bebat cuius hereditatis diminutio pena est hominis  
 si ad institutionem eius refratur: sic carentia diu  
 ine visionis pena dicit s̄m q; nō nominat negationē  
 tantum: sed etiam priuationem quandam cum qua  
 dam obnortate vt supra dictum est. Et quia alie ra  
 tiones videntur. concludere q; etiam humana natu  
 re in suis principiis considerate isti defectus sint pe  
 na: ideo ad eas etiam respondendū est. s̄d. ergo ad  
 sextum q; inuoluntariorum illa tantum rationem pe  
 ne habent que sunt voluntati subiectibilia voluntas  
 enim non tantum est possibile: sed etiam impossi  
 bile: et ideo si alicui sit inuoluntarium illud quod  
 potestati voluntaz n̄ subiacet n̄ p̄ h̄ rōnē pene h̄ sic  
 q; aliq; ē breuis mū? i statū vt aliqd̄ huiusmodi: et  
 hoc modo mors: et alia huiusmodi inuolūtaria sunt.  
**C**ōtra. Ad septimum dicendū: q; inter animam: et cor  
 pus oportet esse proportionem sicut potentie ad ac  
 tum non autē sic conuenientium in eadem natura seu  
 proprietate non enim oportet si anima est sine quan  
 titate q; etiaz corpus sit huiusmodi: similiter nō oportet  
 q; si anima est ir. corruptibilis naturaliter q; cor  
 pus etiam huiusmodi sit. **C**ōtra. Ad octauum dicendū  
 q; quis corpus hominis simpliciter nobilius sit cor  
 pore ignis vrentis vel ferri secantis in quantum est  
 nobiliori forma perfectum nihil tamen prohibet illa  
 corpora nobiliora esse s̄m quid in quantum. s. h̄ ha  
 bent in actu quod corpus humanum habet in poten  
 tia vt caliditatem vel aliquid huiusmodi.

Ad secundū sic proceditur. videtur q; nullus de  
 a defectus in nos per originē veniens rationē cul  
 pe habere possit. Ex hoc enī aliqd̄ culpabile  
 et vituperabile est si malū sit qd̄ est in potentia eius

qui de hoc culpatur: non enim vituperatur nisi ex his que in nobis sunt: ut philosophus in tertio ethi. dicit. sed illud quod per originem trahitur non potest esse potestate eius quod illud originale trahitur. ergo implet est aliquid per originem tractum rationem culpe habere.

**C** **P**re. sicut Augustinus dicitur: peccatum est voluntarium a deo: quod si non est voluntarium non est peccatum. sed illud quod per originem trahitur non potest esse voluntarium: quia actus voluntatis originem voluntatis non preedit. ergo implet est aliquid per originem tractum esse peccatum vel culpam. **C** **P**re. nullum accensum potest traduci nisi subiectum suum traducat. sed subiectum culpe est anima rationalis que cum non sit extraduce: ut supra probatum est: videtur quod nec aliquid per originem tractum ratio nec culpe habere possit. Si dicatur quod traducitur peccatum per translationem feminis. **C** **C**ontra. nihil datur alteri vel efficitur in altero quod ipsum non habet: sed semine non potest esse subiectum infectionis culpe. ergo nec ex eo culpa in animam devenire potest. **C** **P**re. nobilior non patitur a minus nobili. sed anima est nobilior corpore. ergo corpus non potest agere in animam inficiendo ipsam. **C** **P**re. iniustum est ut culpa patris in filium reducat: et quod filius pro patre puniatur. sed si ex hoc quod adam peccavit in omnes culpa redundaret originale sequeret filium pro transgressione patris puniri. ergo hoc diuine iustitie non competit. **C** **C**ontra. ii. ad Ephe. dicit Apostolus. Erasmus natura filii ire. sed nullus est filius ire nisi pro hoc quod culpam habet. ergo homo ex ipsa natiuitate culpam contrahit. **C** **P**re. sicut dicit Augustinus. homo si persistit iustitiam originalem in qua creatus est in filios profusa disset. sed sicut se habet iustus ad iustos: ita et peccator ad peccatores. ergo etiam quod peccavit culpam suam in alios generando transfudit. **C** **R**espondeo dicendo: quod circa hanc materiam duplex error tangitur in littera. unus est eorum qui simpliciter peccatum originale negabatur: sicut error Juliani et Pelagii: et hic error veritati fidei non consonat: quia sacramentorum necessitatem et redemptionem tollit: que contra seruilitatem peccati in qua nascimur ordinata sunt. Alius est error eorum qui peccatum originale nomine preedentes sed re negabatur dicentes in puero nato nullam culpam esse sed solum obligationem ad penam. Et hoc manifeste iustitie diuine repugnat ut si aliquis obligetur ad penam quod culpam non habet cum pena iuste non nisi culpe debeatur. Et ideo huius euitatis simpliciter concedendum est etiam culpam per originem trahi ex parentibus vitiatam in pueris natis quod qualiter sit inuestigandum est. Sciendum est igitur quod tria defectus: malum: et culpa: ex superadditione se habent. defectus enim simplicem negationem alicuius boni importat: sed malum nomen priuationis est. unde carentia alicuius etiam si non sit natum habere defectus potest dici: sed non potest dici malum nisi sit defectus eius boni quod natum est haberi. unde carentia vite in lapidem potest dici defectus: sed non malum homini vero mors est et defectus et malum. culpa autem super hoc addit rationem voluntarii. ex hoc enim alicuius culpam quod deficit in eo quod per suam voluntatem habere potuit: unde ostenditur quod si aliquid rationem culpe habet sicut ratio voluntarii in ipso reperitur: sicut autem est quoddam bonum quod respicit naturam: et quoddam quod respicit personam: ita etiam est quoddam culpa naturae: et quoddam persone. unde ad culpam persone requiritur voluntas persone: sicut patet in culpa actuali que per actum persone committitur. ad culpam vero nature non requiritur nisi voluntas in natura illa. Sic ergo dicitur: est: quod defectus illius originalis iustitie que homini

in sua creatione collata est ex voluntate hominis accidit. et sicut illud nature donum fuit et fuisset in totam naturam propagatum homine in iustitia persistente: ita etiam et priuatio illius boni in totam naturam perducitur: quasi priuatio et vicium nature ad idem enim genus: priuatio: et habitus referuntur: et in quolibet homine rationem culpe habet: ex hoc quod per voluntatem principii nature. id est primi hominis inductus est talis defectus. **C** **A**d primum ergo dicendum: quod peccatum originale cum non sit vicium persone ut persona est. sed quasi per accidens in quantum persona habet talem naturam. ideo non oportet quod sit in potestate huiusmodi persone hunc defectum habere vel non habere: sed sufficit quod sit in potestate alicuius qui est in natura illa: quia ex hoc quod habens aliquam naturam peccavit natura infecta est: et per consequens inficitur in omnibus illis qui ab illo naturam trahunt. Et ideo potest dici culpa nature: cum aliquis in natura illa subsistens per voluntatem defectum istum in totam naturam creauerit: Et per hoc etiam patet responsio ad secundum. **C** **A**d tertium dicitur: quod peccatum originale non traducitur per translationem sui subiecti: quod est anima rationalis: sed per translationem feminis: quod ex quo anima patris per peccatum infecta fuit: sequitur etiam inordinatio in corpore subtracto illo ordine quem natura instituta prius acceperat: et ita etiam ex femine illo generatur corpus tali ordine destitutum. unde et anima qua tali corpori infunditur in ordinationem culpe contrahit ex hoc ipso quod huiusmodi corporis forma efficitur: cum oporteat perfectionem perfectibili proportionatam esse: sicut propter aliquam corruptionem feminis contingit non tamen defectus in corpore proles ex illo semine generare: ut lepra: podagra: vel aliqua huiusmodi infirmitas. sed etiam defectus in anima: ut patet in his qui a natiuitate naturaliter sunt stolidi. **C** **A**d quartum dicitur: quod si semen non habeat in se infectionem culpe in actu: habet tamen in virtute sicut et patet quod ex semine leprosi generatur filius leprosus: quod in ipso semine non sit lepra in actu. et non in semine virtus aliquid deficiens: per cuius defectum contingit defectus lepre in plebe: sicut et ex hoc ipso quod in semine est talis dispositio que priuat illa impassibilitatem et ordinabilitatem ad animam quam in primo statu corporis humani habere sequitur quod in plebe que est susceptiua originalis peccati efficiatur originale peccatum in actu. **C** **A**d quintum dicitur: quod anima non inficitur per infectionem corporis quasi corpe agente in animam: sed per quandam collimationem vniuersalem ad alterum: quod forma recipit in materia sed per additionem ipsius materie: cum ostenditur quod est in altero sit in eo per modum recipiendi. et id est hoc ipso quod corpus illa virtute priuat qua perfecte defectus corpus subditum regat: et talis erat subicibile anime. sequitur etiam quod anima illa virtute careat que perfecte originalis iustitie culpa est nature: prout considerat prius ex voluntate alicuius habitus naturae: ex quo natura traducta est. **C** **A**d sextum dicendum: quod iniustum esset quod filius pro peccato patris penam sentiret: nisi et peccatum patris in filium transiret: ut iam filius non peccet prius: sed per peccatum patris quod originale trahitur puniatur.

**D** **T**ertium sic preedit. videtur quod originale peccatum non sit concupiscentia: ut in littera dicitur: nihil enim est causa concupiscentie: ut patet ex verbis Apostoli: **R**o. vii. peccatum occasione accepta per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. ergo peccatum originale non est concupiscentia. **C** **P**re. nihil naturalium potest dici peccatum vel malum. sed concupi-

scibilis vis in homine est virtus naturalis. ergo ipsa non potest dici peccatum originale: sed ipsa est per quam homo habilis est ad concupiscendum. ergo concupiscentia qua sumus habiles ad concupiscendum non est peccatum originale: ut in littera dicitur. **C** **P**re. sicut per motum concupiscibilis perturbat iudicium rationis: ita et per motum irascibilis. sed peccatum originale consistit in deordinatione ipsius anime: sicut quod inferiora superioribus non obediunt. ergo non solum concupiscentia: sed etiam irascendia peccatum dici debet originale. **C** **P**re. defectus qui ex origine tribuitur rationem culpe non habet ut dictum est: nisi sicut quod ex voluntate habetis naturam consequitur. sed multi defectus corporales ex voluntate illa consequuntur: ut necessitas moriendi et huiusmodi. ergo non solum concupiscentia: sed quodlibet istorum debet dici peccatum originale. **C** **P**re. inter alia que homo per peccatum amisit etiam scientia illa privatus est qua in primo statu pollebat: sed defectus scientie ignorantia dicitur. ergo ignorantia originale peccatum dici debet et non solum concupiscentia. **C** **C**ontra est quod dicitur in glo. **R**o. vi. non regnet peccatum in vestro mortali corpore. i. s. omnes peccati. fomes autem peccati concupiscentia est. ergo peccatum videtur ipsa concupiscentia esse. **C** **P**re. sicut se habet concupiscentia actualis ad actuale peccatum: ita se habet concupiscentia originalis ad originale peccatum. sed concupiscentia actualis est ipsum actuale peccatum. ergo et concupiscentia que per originem trahitur est originale peccatum. **C** **R**espondeo dicitur: quod in quolibet peccato est inuenire aliquid quasi formale et aliquid materiale. Si. n. consideremus peccatum actuale ipsa substantia actus deordinati materialis in peccato se habet. sed deordinatio a fine formale in peccato est: quod ex hoc ratione mali precipue habet. unde dicitur quod uersio ad bonum commutabile est ibi: sicut materiale et uersio a bono incommutabile est sicut formale: et hoc contingit ex hoc quod etiam in actu perfectio virtutis ex ordine ad finem est forma actus: sicut autem peccatum actuale consistit in deordinatione actus: ita et peccatum originale consistit in deordinatione nature. unde ostenditur quod ipse vires deordinate: vel deordinationi virium sunt: sicut et materiale in peccato originali: et ipsa deordinatio a fine sit ibi sicut formale. Illa autem pars que per se natura est coniuncta sunt ipsa voluntas que habet ordinem finis omnibus aliis partibus imponere et una desinitio ipsius voluntatis ab illa rectitudine ad finem: quam habuit in institutione nature in peccato originali formale est: et hoc est principium originalis iniustitie. vires autem appetitus sensibilis sunt nature recipere ordinem ad finem ab ipsa voluntate sicut quod sibi subiecte sunt: et ideo subtractio illius virtutis: quo quodammodo sub potestate voluntatis recte detinebat materiale in peccato est. Ex hac autem subtractione sequitur quod unaqueque vis in suis obiectum inordinate tendat concupiscendo illud. et ideo concupiscentia que habiles sumus ad male concupiscendum peccatum originale dicitur: quasi materiale in peccato originali eris. est enim considerare materiale et formale in actibus moralibus: sicut in rebus artificialibus: in quibus materia de toto potest dici: ut possit dici cultellus est ferrum. Et sicut de peccato predicari potest illud quod est materiale in ipso. et hoc modo peccatum originale concupiscentia dicitur. **C** **A**d primum ergo dicitur: quod concupiscentia dicitur dupliciter. scilicet ipse actus concupiscendi et ipsa habilitas ad concupiscendum et actus ex habilitate datur. unde non est inconueniens si peccatum originale quod concupiscentia actualis creat habitualis concupiscentia esse deatur. **C** **A**d secundum dicitur: quod differt dicere potentem et habilem: quod enim aliquis sit potens concupiscere est ex potentia concupiscibilis. sed quod sit habilis

ad concupiscendum est ex aliquo habitu: vel ex eo quod per modum habet se habet. **C** **C**ontingit. n. ut etiam privatio aliqua habilitate quaedam relinquitur: in quantum privatur aliquid quod impedimentum prestare posset: et ita dicitur concupiscentia habitualis esse peccatum originale: non quidem vis concupiscibilis: neque iterum aliquis habitus qui aliquid positive dicat. sed ipsa habilitas que relinquitur in inferioribus viribus ad inordinate concupiscendum ex hoc quod ab appetitu subtrahitur retinaculum rationis quo detinebat ne effrenare possit in sua oba tendere.

**C** **A**d tertium dicitur: quod concupiscentia non dicitur esse male in peccato sicut quod denotatur ovis concupiscibilis que est irascibile dicitur: sed sicut quod sumit ab appetitu sensualitatis que in vtriusque viui diuiditur. scilicet irascibilem et concupiscibilem.

**C** **A**d quartum dicitur: quod ut in secundo philosophi dicitur peccatum contingit in hiis que ad finem ordinata sunt sed quod a suo fine deficient. et ideo in partibus anime in illis precipue est peccatum hominis sicut quas homo ordinatur in finem: et quod appetit est tendens in finem: ideo in appetitu precipue peccatum consistit: ad finem autem hominis ordinatur appetitus rationis qui est voluntas immediate appetitus autem sensibilis mediate in quantum. scilicet ordinem finis ex voluntate rationis recipiunt propter quod dicuntur aliquantulum rationi obaudibiles: ut philosophus dicit in fine. i. ethi. et ideo defectus ordinis in appetitu voluntatis est formale: et completium originalis peccati quod est privatio rectitudinis voluntatis que inerat sicut originale iniustitiam: defectus autem ordinis in appetitu inferiori est naturaliter in peccato se habens: et hoc est concupiscentia ut dictum est. et ideo nullus alius defectus nature ex parte rationis nec ex parte sensibilis partis originale peccatum dicitur nisi concupiscentia sicut materiale: et privatio originalis iniustitie: sicut formale. **E**x quo patet quod ad quintum: quod ignorantia non per se respicit voluntatem. unde etiam defectus ille: sicut et alii retinent rationem penne sed non culpe. et si inueniatur ignorantia originale peccatum dici intelligendum est de ignorantia privante illam scientiam que includitur in originali iniustitia. nullus enim est iustus vel temperatus qui non sit prudens ut in sexto ethicorum dicitur: et ad hoc attendens Socrates dixit omnem virtutem esse scientiam: et omne vitium esse ignorantiam ut ibidem narrat.

**E**nde queritur de translatione carnis a partibus in ventribus per quam originale peccatum trahitur. **E**t circa hoc queruntur duo. **P**rimo. vtrum alimentum in veritate humane nature vertatur. **S**ecundo. vtrum ex alimento semen decidatur.

**A**d primum sic procedit. vtrum alimentum in veritate humane nature non trahatur. **Q**uicquid enim superfluum emittit ad veritatem humane nature non pertinet que semper eadem manet: sed omne quod per os sumitur in ventrem vadit: et in secessum emittitur ut dicitur **M**at. xv. ergo nutrimentum quod per os sumitur in veritatem humane nature non transit.

**C** **P**reterea. veritas vniuersalis rei est in eo quod sicut speciem est illud autem quod per modum nutrimenti aduenit per modum materie se habet: ut in secundo de generatione dicitur sicut sicut caro sicut materiam non fit caro sicut speciem: ut ex primo de generatione patet. **S**ed nutrimentum in veritate humane nature non transit. **C** **P**re. illud ad veritatem humane nature pertinet in quo calor conueniens radicatur: sed tale humidum ut medici dicunt consumptum non restauratur: ut patet in hiis qui

Tertia specie eth<sup>o</sup> laborant que incurabilis est eo qd tale humidum non restauratur. Num igitur omne illud in quod alimentum couertitur post psumptionem restaurari possit: videtur qd nutrimentus in id qd pprie ad veritate humane nature ptenet no mutaf. **C** Pre, omne id i quod cibus couertitur et p calore pnuo agente dissoluitur: vt fluens et refluens idem iudicet: s; no pot esse qd totu qd est in corpore sit fluens et refluens: vt pbabitur. ergo oportet aliquid in corpore ee manens in quod alimentu no couertatur h aut precipue ad veritate humane nature ptenet. ergo alimentum in id qd per se est de veritate nature no mutaf. **P**robatio medie. si no eet aliquis pmanens firm in corpore humano: tuc cotingeret qd que libet ps eius posset euanescere aliquo alio in ei<sup>o</sup> locu substituto: et per eandem ratione sic cotingeret in toto: si cur i qualibet ei<sup>o</sup> parte. cotingeret ergo qd de illa materia que pmo fuit in corpore alicuius hominis nihil in fine remaneret. sed veritas in diuidui est ex veritate materie. ergo non esset vnus numero homo in fine vite et in principio quod est absurdum. **P**re, nulla virtus naturalis debilitat multiplicata materia sibi conuenienti: sed solum per admutionem alicui<sup>o</sup> extranei. sed virtus conuersua in homine debilitatur in fine vite: als homo in infinitum posset augeri et vi uere. ergo hoc contingit per admutionem extranei: sed nihil admiscetur ad materiam illam in qua virtus conuersua prius fundabatur: nisi qd ex alimen / to generatum. ergo hoc qd est ex nutrimento generatum est extraneum ei in quo veritas nature fundatur: et sic idem quod prius. **C** Preterea, natura facit vnumq; qd facilio modo quo fieri potest. deus autem multo ordinatius q; natura operatur: cu igitur facilioz modus augmentandi aliquid sit per multiplicationem materie q; per conuersionem alterius in id quod augetur: videtur qd iste modus diuine p uidentie comperat: vt. f. corpus humanum augetur / tur nullo exteriori in illud transeunte: sed sola eius materia multiplicata: et sic idem quod prius. **C** Preterea, ea que sunt vnus speciei per eandem rationem suam complementur; consequetur: sed quidam parvuli defuncti in resurrectione perducentur in completam quantitatem: non per additionem nutrimenti: sed per multiplicationem materie. ergo et hoc modo alii homines in quantitatem completam perducentur: et sic idem quod prius. **C** Contra est: qd fm pbm primo de generatione: nihil nutrit carnes: nisi qd est po<sup>o</sup> caro. sed omne qd est i potetia ad aliquid mutatur in id per actionez eius qd est in actu. ergo nutrimentu in illam carne q ad veritate nature ptenet trāsmutatur. **C** Pre, nutrimentu in pncipio est dissimile: sed in fine est simile: cu nihil nisi suo sibi nutritur et foueat. sed illa sūt filia q eandem formam comunicant: cu igitur veritas nature a forma sit: videt qd illud qd nutrit in fine ad veritate nature ipsi<sup>o</sup> nutriti perducatur. **C** Respondeo dd. qd circa hoc sūt multe opiones. Quidā posuerit vt in lra magister sentire videt: qd illd qd ex partib<sup>o</sup> declinū ē: est illud solū in quo veritas hmoi nati pstitit. hoc aut in maiorem q̄titate erescit oino saluatū: ita qd nihil sibi addit vt maior q̄titate recipiat. sed tota quantitas hominis completi per multiplicatione illius materie efficitur: et hoc tm esse dnt qd in resurrectione resurget. Reliqui autem quasi superfluu deponet. **P**onat etiā alimenti sumptione necessariā esse no qd

dem ad augmentu vt nutritiua augmentatiue deseruiat: neq; itez ad restoratione deperditū: s; solū i fomentu caloris naturalis: sicut quando liquefit aurum admiscetur sibi plumbū ne aurum psumat: s; solum plumbum. **H**ec aut positio irrationalis videt ex duobus. f. ex parte eius qd augetur: et ex parte alimenti quod aduenit. nō. n. pot fieri augmentu: nisi s; hoc qd materia que pmo est terminata sub paruis dimensionibus: postmodum ad maiores dimensiones pducitur. hoc aut non pot fieri nisi dupliciter. vel ita qd de materia tm sit sub magnis dimensionibus q̄tum sub paruis. et talis mutatio de paruo in magnū necessario fit per rarefactionem. **D**ensum. e. et rax in hoc differunt: qd in raro est parū de materia sub magnis dimensionib<sup>o</sup>. et in denso multū sub paruis: vt ex q̄rto phy. p3. vel ita qd plus de materia sit sub magnis q; sub paruis. hoc aut no pot cotingere nisi vel qd materia de nouo creata. vel per hoc qd illud qd erat materia alterius corporis efficitur materia huius h hoc illo corpore trāsmutato. vnde etiā Augu. super Gen. ad litterā. li. r. dicit: qd nihil est absurdi q; putare vllū esse corpus: qd manente nature sue quantitate vndiq; crescat nisi rareseat: cu nullū fiat augmentum corporis nisi per additione vel rarefactionem. augmentu aut corporis humani pstat qd p rarefactionem non fit: nec iterum per additionem materie de nouo create: qd materia omnium simul creauit deus vt sancti dicunt. **R**estat ergo vt fiat augmentu huiusmani corporis per hoc qd addit materia que liberat forme alteri<sup>o</sup> corporis illo corpore in corpus humanū fm veritate pueris: et hoc est nutrimentum: nec potest exponi dicit Aug. vt qdā dnt qd Aug. loq̄tur fm eodem modū quo res crescit: qd fm hoc pbatio sua Tertulianū nihil valeret qd ponebat aiām crescere: s; nullo modo diminui. **M**agis aut eois est modus augmenti quo corpus humanū crescit q; quo anima cresceret: simul eni etiā fm Tertulianū crescete corpore crescit aiā. nec itez pot dici sicut dicit: qd facienda est vis in hoc qd dicit manete sua q̄titate: vt sit sensus: corp<sup>o</sup> manes in sua q̄titate: ita qd q̄titas ei<sup>o</sup> non sit augmentata neq; per additione neq; p multiplicatione no crescit nisi per rarefactione. **L**ū igitur augmentu pprie sit q̄titas no pot intelligi qd corpus crescat et maneat ei<sup>o</sup> q̄titas fm eandem dimensionem s; os intelligi qd dicit manente q̄titate nature sue: vt nulla q̄titas addiciat: vel qd eiusde nature sit: sicut aurū adiungit auro. vt qd eadē naturā in ipa cōiunctio ne accipiat: sicut cibus aduenit carni. vn per hoc dicit: manete etc. no remouet nisi additio similis in natura. **S**i. n. intederet remouere multiplicatione: tuc pbatio sua nihil valeret: qd multo pbabilus poss; dici si anima eet corp<sup>o</sup> qd p multiplicatione qua ponit cresceret q; dicit de corpore hois: qd spūalioz ē. **E**x parte at ei<sup>o</sup> qd addit apparet et falsitas: qd sicut sumptio alimēti no eet per se intenta a natura: s; per accidēs tm: vt. f. alicui nocuo occurreret. f. calori naturali digerenti: et si trāsmutato cibi no eet per se necessaria ad corpus humanum: tunc calor couertens eet superfluu: et sic in operibus nature a deo insitute multa superflua inuenirent. **S**ubstantes tamē hanc positionem tres modos adinuenient in eius assertionem: quorum quēlibet facile est confutare. **Q**uidā nāq; dnt qd h tal multiplicatio sit miraculose opatde diuina: sicut etiā panes euāgelici multiplicati sunt. **S**ed istud expressam continet falsitatem duz

opus nature in miraculum cōuertitur. Et preterea. etiā in illaz panum multiplicatione non est remotus imo forte est necessarium factam fuisse additionē materie per conuersionem aliozum corporum in panes virtute diuina. Istam autē conuersionem cibi in carnem veram natura facere potest que trāsmutat id qd est in potētia in actu: quous successiue compleat quod deus subito facit quod antez nature possibile ē operationi nature a deo cōmittitur qui vnicuiqz dat perfectionem sūm qz capax est. vnde non oportet ad miraculum confugere. Alii dicunt qz cum in corpore humano sit multum de quinta essentia: qz multiplicatio corporis humani est sūm qz multiplicatur quinta essentia. vnde sicut lux solis multiplicatur i seipsa diffusa per aerem: ita etiam corpus humanum sine additione alicuius extrinseci. Sed hec adinuentio continet duas falsitates. Prima est: quia corpus quinte cēntie non venit in compositione humani corporis: nisi secundum virtutem tū: cum neqz sit commiscibile neque diuisibile: neque extra locum propriuz possit esse. Secunda est: qz diffusio lucis non est p multiplicationem alicuius materie: cum lumen nō sit corpus: sed est multiplicatio formalis tū: sicut est etiaz in qualibet alteratione et generatione qz agens multiplicat formam suam in materia. C. Alii vero aliu modum adinueniunt. dicūt eni qz materia prima: qz tū in se est caret omni quantitate et forma. ergo eqliiter se habet ad recipiendum omnes quantitates: sicut ad recipiendum omnes formas. vnde qz tūnc qz parum sit de materia prima in quouis paruo corpore potest recipere qz tamlibet qz tūnc: adeo qz ex grano multo totus mundus fieri pōt. nec mirum cum ex materia punctali totus mundus sit factus: cū eniz materia quantitate caret indiuisibilis est: admodū puncti se habens. Iste autē modus multipliciter deficit. Primo: qz imaginatur indiuisibilitatē materie ad modum puncti: vt sic ex materia mūdus sit factus per quandam quasi extensionem: sicut si res parua i magna extendatur. hoc autem nō est verum. Materia. n. dicitur indiuisibilis per negationē totius generis quantitatis. Punctus autem est indiuisibilis: sicut qz tūnc principiu situm determinatum habens. vnde ex materia res quanta efficitur non per extensionem loquendo de materia. Secundo cum extensio non sit nisi eius quod alicuius quantitatis erat: sed per quantitatis susceptionem. Secundo et si prima materia put in se consideratur nullam quantitatem habeat: nō tamen sequitur qz sit in potentia respectu cuiuslibet quantitatis imaginabilis: cum enim quantitates determinate et omnia alia accidentia sūm erigētiam forme materiam recipiant: eo qz subiecta materia cum forma est causa eorum que insunt: vt in pmo physico: dicitur: oportet qz ad nullam quantitatem sit i potentia nisi que competat forme naturali que in materia esse potest. materia vtro prima non est in potētia ad alias formas: nisi illas que sunt in rerum natura: vel per principia naturalia educi possunt. Si enim esset aliqua potentia passiuā in materia cui nō responderet aliqua potentia actiuā in rerum natura illa potentia passiuā esset superflua: vt Lōmentator dicit. et ideo materia prima non est recepitibilis maioris quantitatis qz quantitatis mundi. ppter quod i tertio physico: um dicitur: qz non est possibile magnitudinem augeri in infinitum loquendo naturaliter. Tertio: quia si materia eadez qz primo sub paruis di-

ensionibus erat: sub maioribus dimensionibus fiat: non pōt hoc accidere nisi per rarefactionem: vt dictum est: et iste modus non cōpetit in augmentatione corporis humani. vt per se patet. Quarto: quia quādo loquimur de materia existente in hac re: iaz dimitimus cōsiderationem materie absolute. non eni pōt accipi illud materie: quod est in hac re: nisi sūm qz est diuisum ab illa parte materie que est in re alia diuisio autē non accidit materie: nisi sūm qz consideratur sub dimensionibus saltes interminatis: qz remota qz tūnc vt in pmo physico: um dicitur: substantia erit ens indiuisibile. vnde consideratio materie huius rei est consideratio nō materie absolute: sed materie sub dimensione existenti s. vnde non oportet vt qz cōuenit materie inquantuz ē absoluta et prima qz cōueniat materie existenti in hac re: put accipitur vt in hac re existens: quia ex hoc ipso receditur a cōsideratione materie prime. vnde materia que est in hac re etis non est in potentia ad totam quantitatem mundi: s; vsqz ad determinatum quid quantū per rarefactionem potest consequi: et hoc nō excedit raritatem ignis quia nulla raritas potest esse maior: vt Lōmentator in quarto physico: um dicit. et sic patet qz hec positio tā in se falsitatem continet qz etiam in modis adinuentis ad eius expositionem. et ideo alioz positio est cōcedentium quidem cū primis qz aliquid est in humano corpore. et similiter in aliis corporibus que nutriuntur: per quod quidez semper manet fixum toto tēpore vite sūm determinatam partem materie in quo principaliter veritatez humane nature consistere dicunt. aliquid autez est aliud quod superfluit et refluit. i. aduenit et consumitur: hoc autē est quod ex cibo generatū est. Differunt tamen a primis in hoc qz dicunt sumptionē alimentis: non solum in sumentum caloris naturalis necessarias esse: sed etiam in augmentum quantitatis: non enim posset illud quod primo a generantibus decifum est: quod quidem permanens esse dicunt in tantam quantitatem extendi quanta ē quantitas humani corporis nisi adderet aliqua materia que simul euz materia preexistente quantitates totā reciperet sine aliqua rarefactione. Et h qdē qd ē pmanēs dī diffūdi p totū. et sūm illud qd est adueniēs et recedēs ad modū qz ptingit i mixtione vini et aque. vinū eni nō excrefcit i maiorē qz tūnc: nisi p additionē nē aq. qz qdē in vino quertit: ita tū qz viret vinū semp in illa pre materie manet magis qz prius sub forma vini ierat. et sūm hoc ponūt isti qz illud qd ex alimento generatū nō est oīno alienū a veritate humane nature: sicut pmi dicebāt: s; ē scōario ad ipsū primēs sūm qz ē necessariū ad debite qz tūnc plementū. vñ nō totū h i resurrectione deponet qd ex alimēto cōuersū ē: sed reseruabit tū qz tūnc expedit ad pfectionē qz tūnc: et hōi pōnis pmi auctoz inuenit Alexander Lōmē. vt Querrois i lib. de gñatōe dicit. S; utd nō vñ veritate hē: cū. n. de natura caloris sit vt humore psumat caloris dico ignei: os qz caloz ignis qz est insūm aie vegetabilis: vt i scō de aia dī idifferēter qz tūnc in se est oē humidū psumat: vñ nō pōt efficat ratio inueniri: quare aliqd hūidū signatū pmaneat i tota vita. Et pterea s; h suprio alimēti nō eēt pmo et p se necessaria ad restaurationē deperditi: sed solū ad augmentum. pstat tū qz opus augmēti presupponit opus nutrimentū: et illud tū nutritur in quo deperditio facta est qd per nutrimentū restauratur. vñ si nō esset cōsumptio: nisi eius qd ppter augmentum principaliter assumitur



nutrimentum non esset nisi per augmentum. Et  
 præterea, concedi potest: quod illud quod in carnes convertit  
 per virtutem formativam in principio generatōis ad ma-  
 iorem perfectionem speciei perducitur: quod illud quod  
 postmodum per actum nutritivum convertitur: cum sem-  
 per inveniatur generatio alicuius quod per se gene-  
 ratur esse perfectior: quod illa qua aliquid accipit spem alicuius  
 per immersionem ad illud: quod quod immiscetur aliquo  
 modo alterat naturam: cui admisceat: ut patet in vi-  
 no quod in vite generatur: et quod ex admixtione aque ad  
 vinum accrescit. Et sic etiam videmus quod ex humido  
 nutrimentali adveniente imutat corporis nutritum: ut asse-  
 quatur in aliquo conditione ciborum: ex quibus nutri-  
 tur. Potest tamen ad hoc fieri nutritio vel augmentum  
 quod h carnis quod ex cibis generatur esse cum carne præex-  
 istente misceatur. Quandoquidem autem fit mixtio aliquo  
 rum differentium: vel h contraria qualitate: vel h pu-  
 ritate et puritate eiusdem mixture completa non retinet  
 vnaqueque qualitate propria: aliam admixtio esset ex rebus  
 salutaribus: esset compositio tamen, sed oportet ut totus sit  
 vna forma accipiat que est medium: ut patet in mixtio-  
 ne vini et aque: quod post mixture non remanet ibi ali-  
 qua pars signata habens completam virtutem vini: et habens  
 aliquid eam debilitat: sed totum est habens eam me-  
 diocriter. Unde nec est possibile ut completo actu nu-  
 tritivum et augmentativum remaneat aliquid signatum com-  
 plete participans naturam speciei: et aliquid incomplete: sed  
 totum uniformiter. Assumit etiam in assertionem sue opi-  
 nionis distinctionem philosophi de carne secundum spiritum et secundum mate-  
 riam et medicorum de humido nutrimentali et radicali. Sed  
 quod neutra eorum per se faciat in ratione ad ad argumen-  
 ta patebit. Tertia positio est quam ponit Averroes in pri-  
 mo de generatione dicens: quod nihil materie potest acci-  
 pi in corpore signatum quod sit firmum et permanens: sed to-  
 tum quicquid est in corpore potest dupliciter considerari vel ex  
 parte materie: et sic non est permanens vel ex parte  
 forme et speciei: et sic est permanens. Comparat enim Aristoteles  
 in primo de generatione transmutationem cibi in carne ad-  
 uctioni lignorum. Eisdem enim, si ignis accendat et con-  
 tinue ligna addantur secundum quod alia consumuntur quod forma ignis  
 semper manebit in lignis: sed tamen materia quolibet consum-  
 mitur alia materia sibi succedente in qua species ignis  
 saluabitur: et secundum hoc etiam illud quod prinet ad speciem  
 et formam carnis semper manebit: quibus illud quod recipit  
 hanc formam continue consumatur et restauratur. Hec au-  
 tem positio differt a duabus primis in hoc quod non po-  
 nit aliquid materie posse signari quod semper maneat:  
 sed quolibet pars signata ex hoc quod est materie in ipsa  
 habet quod suat et restaurat: ita tamen quod illud quod est forme  
 semper maneat. Primum vero opinioniones ponebat aliquid ma-  
 terie signatum semper esse permanens: in quo primo princi-  
 paliter veritas humane nature consistebat: et etiam in hoc  
 differt: quod prima opinio ponebat alimentum nullo modo  
 in veritate nature pueri. Secunda autem ponebat pueri quod  
 id quod est, secundo de veritate humane nature: sed non primo. Hæc  
 Tertia ponit pueri in illud quod simpliciter et primo est de veritate  
 humane nature: quibus, n. illud quod primo in carne pueri est  
 perfectius sit species carnis affectum: quod illud quod ex cibis ag-  
 gnatur. tamen adveniente cibo in fine digestionis fit admixtio vel  
 totum uniformiter veritate speciei suscipiat nisi aliqua di-  
 stinctio: et h h et h quod o3 in resurrectione tamen de eo quod ex  
 alimento aggnatum est resurgere quantum prinet ad comple-  
 mentum debite existitatis: et huic ponitur iter omnia magis con-  
 sentio sine iudicio aliarum. Ad primum ergo dicitur: quod ex illa  
 auctoritate non potest haberi quod de eo quod per os assumitur nihil

remaneat quod in veritate carnis transeat: quod hec dictio  
 ois non designat totum integrale: sed totum in existitatem. vñ  
 non o3 quod totum per secessum emittat: sed quod de quolibet ali-  
 quid secedat: et hoc est necessarium: quod o3 puri ab ipso separa-  
 tionem fieri, nullus autem cibum assumit in quo non oporteat ali-  
 quid impuritatis esse ex hoc quod in principio est dissoluta. vñ si ad  
 similitudinem reduci debeat: o3 quod tollat ille partes sed qual-  
 dissimilitudo erat. vbi. g. Si in cibo dominentur partes ter-  
 restres magis quam in eo quod nutritur: o3 id quod terrestre  
 est remoueri: et quod subtilius est assumit: et sicut et quantum par-  
 tes magis dominentur. Ad secundum dicitur: quod secundum tertiam  
 opinionem non est diuersa caro sed materia dissoluta quod de ca-  
 ro sed materia et caro sed spiritum. sed eadem secundum numerum caro  
 de secundum spiritum in quantum participat formam et proprietates con-  
 sequentes species sed materia de quantum ex materia consistit.  
 Et quod hoc sit intellectus Aristotelis. per ex verbis pomen. ex  
 ponentis hoc modo. et textus ex verbis philosophi in littera postis  
 dicit enim quod hoc modo est distinguere: quod est secundum species et h3 ma-  
 teriam in carne et offe: sicut et in vno quocumque alio quod h3 for-  
 mam in materia. Constat autem quod talis distinctio non potest fieri  
 in lapide et aqua: ut dicat pars secundum spiritum quod ex primis  
 generantibus tracta est: et pars secundum materiam que ex nu-  
 trimento aduenit: et ita patet quod nec in carne, et offe, h  
 intelligendum est: sed modo predicto: unde obiectio procedit ex  
 malo intellectu vbi philosophi. Ad tertium dicitur: quod secundum me-  
 dicos humidum quod ex primis generantibus trahitur non oportet ut di-  
 cat radicale: quod spiritus remanet dissolutum secundum materiam pro-  
 portate ab humido ex alimento aggnato: sed quod calor natura-  
 lis in illo humido prius existit: et illud quod permisceat non parti-  
 cipat spiritum nisi ex virtute illius humidum cui permisceat. vñ  
 est quantum radit totum illi quod postmodum ex alimento convertit:  
 non autem ita quod vtriusque humidum post finem digestionis ultime  
 distinctum remaneat: sed totum permixtum accipit vnam proprie-  
 tatem et vtriusque materia. s. que per se liberat primo humido et  
 secundo aduenienti equaliter se h3 ad hoc quod transcat et ad hoc quod  
 virtutem speciei participet: nec de assumi humidum radicale  
 propter diffusum talis materie: sed propter hoc quod non perma-  
 net proprietate quam totum mixtum habet ex virtute primi humi-  
 di. tunc enim non potest fieri restauratio: quod virtus speciei non man-  
 ner: sicut etiam si tota manus amputetur non restauratur per  
 nutrimentum: quod non manet virtus speciei determinata hu-  
 ic organo: et propter hanc etiam causam dicunt quidam membra  
 et humidum radicale compositum: non quod nihil nutrimenti in  
 substantia illorum membrorum transeat: cum quodlibet membrum cor-  
 poris proportionabiliter augetur: sed quod in illis membris prin-  
 cipaliter virtus speciei consistit quod est ex humido radicali nec potest  
 aliquid abscessit ab eis fieri quod auferat virtus speciei quantum  
 ad aliquam partem determinatam: et propter hoc etiam talia mem-  
 bra decisa non sanantur. Ad quartum dicitur: quod cum illud quod ad-  
 uenit ex alimento aggnatum sit permixtum ei quod prius erat: et  
 similiter vnum effectum ex ambobus sit semper sit deperditio  
 in vtroque proportionabiliter. vñ o3 quod de vtroque remaneat  
 proportionaliter: et ideo nunquam contingit quod totum  
 illud quod prius erat abscedat: ita quod nihil prioris  
 materie remaneat: sed semper manet aliquid: et illud  
 quod aduenit est vnum cum eo quod præerat ef-  
 fectum. et ideo est materia vna et individuum vnum  
 per totam vitam: sicut patet etiam in igne qui nutri-  
 tur: ignis semper enim manet vnum numero ignis:  
 quantum aliquibus lignis appositis alia consumantur  
 tur: quia illud quod aduenit semper efficitur vnum  
 cum eo quod præerat: et magis esset simile si fieret com-  
 mixtio secundum totum: sicut patet in nutrimento. Se-  
 cus autem esset si ex materia adueniente generaretur  
 tur ignis vel caro seorsum: tunc enim propter omni-

mopam diuersitatem materie esset etiam diuersitas secundum numerum. **C** Ad quintum dicendum: quod illud quod ex nutrimento aggeneratur: non ita perfecte consequitur naturam speciei: sicut illud quod primo per virtutem formatiuam in carnem et os conuersum est: tum quia prima generatio erat carnis secundum se. Secunda autem est carnis in alio: quasi per comitionem: tum etiam quia quanto virtus anime magis diffunditur et spargitur debilio: redditur: ut patet in corde quod quanto maius est tanto minus calidum est. unde animalia habentia magnam caliditatem naturaliter: ut philosophus in libro. viii. de animalibus dicit. et ideo aliquo modo est extraneum et propter hoc permittitur ei quod prius erat est causa debilitatis virtutis: sicut aqua admixta vino: ut ponit exemplum philosophus in primo de generatione: et ideo ad ultimum oportet quod sequatur diminutio et corruptio. **C** Ad sextum dicendum: quod modus ille. scilicet per multiplicationem materie non est possibilis ad minus nature: que quoniam non secundum se tota agit: sed secundum formas terminum. ideo multiplicat tantum formam et non materias. et propter hoc ut opus nature seruaretur oportuit modus illum in augmento esse qui virtuti nature competat. **C** Ad septimum dicendum: quod omnia que sunt eiusdem speciei operatione naturali vno modo suam perfectionem consequuntur: si tamen vnus naturaliter id consequatur et aliter per miraculum non erit ideo modus: sicut in ceco nato qui per miraculum illuminatur qui alio modo habet visum ab eo qui videns nascitur: ita etiam illi qui pueri moriuntur per miraculum ad debitas quantitates perueniunt: nec tamen oportet quod illud miraculum fiat per multiplicationem materie: sed per additionem exterioris materie: qui autem versus ad perfectam etiam vim viuunt naturali operatione ad perfectam quantitatem perueniunt: unde non oportet quod sit vtriusque ideo modus: et si esset ideo non sequeretur quod hoc esset per multiplicationem materie.

**D** secundum sic proceditur. videtur quod semen non sit ex eo decisum quod ex alimento aggeneratur est. Augustinus enim dicit: quod secundum copulentiam substantiarum omnes fuimus in adam et etiam secundum seminales rationes preter christum qui in eo tantum secundum copulentiam substantiarum fuimus. sed copulenta substantia nostra non venit a partibus nisi mediante semine. ergo oportet quod semen quod ex proximo parente traducitur: non sit ex eo decisum quod ex alimento conuersum est. sed ex eo quod ipse alio parente acceperat: ut sic copulenta substantia nostri corporis a primo parente decisa inueniatur. **P**reterea secundum Damascenum. generatio est opus nature ex substantia generantis producens id quod generatur. sed illud quod est superfluum alimenti non est de substantia generantis. ergo si ex hoc terminum generatio fieret in hominibus non esset vera generatio. **P**reterea. ex subtractione alicuius superflui non sequitur alicuius debilitatio sed magis alleviatio ex semine autem emissionem debilitatur generans. ergo semen non est ex superfluo alimenti: sed ex ipso humido radicali decisum. **P**reterea. filius pro tanto assimilatur patri magis quam alii homini: quia generatur ex semine quod ab eo traducitur. Sed natus quandoque non solus patri: sed etiam auo assimilatur vel patre etiam versus ad multas generationes: ut philosophus in. i. v. de animalibus dicit. ergo oportet quod se-

men erit non solum a patre: sed etiam ab auo et proauo. sed humidus nutrimentale nunquam fuit: nisi in patre. ergo non est ex humido semen decisum: sed magis ex illo radicali quod pater ab auo trahit: et auus a proauo. **P**reterea. id quod est de substantia alicuius magis est proximum sibi quam hoc quod est ab eius substantia alienum. sed id quod est ex alimento conuersum non fuit radicaliter de substantia ipsius generantis: fuit autem de substantia radicali alicuius animalis: cuius carnes comestunt: ut bouis et porci. ergo maior erit cognatio et similitudo ad bouem et porcum quam ad patrem suum: hoc autem inconueniens est. ergo semen non est ex humido nutrimentali decisum. **P**reterea. sit ita quod aliquis tantum ex carnis humore vescatur: et ut questio sit grauior ponatur etiam quod ex ipsis embryis etiam generet aliquos: qui etiam si simili modo nutriantur: inde sic arguo. humidus radicalis vniuscuiusque hominis est illud quod ex parentibus trahit. si ergo semen ex quo conceptus est iste natus ex humido nutrimentali sit humidum radicale eius oportet quod sit de substantia aliorum quorum carnes comestunt. Si ergo secundum Augustinum resurget caro cornuta ab aliquo in eo in quo primo fuit: tunc totus humidus radicalis resurget in illis: quorum carnes a patre eius comestunt. Et similiter humidus nutrimentale: quorum carnes ipse comedit. ergo nihil istius resurget: et sic non omnium esset resurrectio: quod est contra fides nostras. ergo impossibile est quod semen ex humido nutrimentali sit decisum: et ita non videtur esse superfluum alimenti. Sed contrarium huius ostendit philosophus in. xv. de animalibus: duabus rationibus: et tribus signis. **P**rima ratio est per diuisionem: sic: quicquid est in corpore animalis vel est naturaliter vel occasionaliter: siue per accidens in eo: sed semine non est occasionaliter: sicut sunt putredines et sanies vulnerum. quia illud quod est per accidens non consequitur totam speciem: sicut semine in omnibus inuenitur. ergo est ibi naturaliter. sed omne quod est naturaliter in corpore: vel est pars: sicut caro et neruus: vel est superfluum: sicut lac et vrina: et huiusmodi. sed semine non est pars: cum non sit nec pars organica: quia semen est simile in toto et in parte. quod partibus organicis non conuenit: nec iterum est de partibus consimilibus: cum in constitutione membri non veniat: sicut partes consimiles in constitutione membrorum organicorum. restat ergo quod sit superfluum alimenti. Secunda ratio est: quia si semen non est superfluum oportet quod sit dissolutum a membrum. omne autem resolutum vel diuisum ex animalis: corumpitur et amittit naturam suam. ergo semen amitteret naturam membrorum: ex quibus decideretur et virtute. et ita virtute seminis non posset generari aliquid simile illis membris: quia oportet quod forma generati sit in generante ad minus virtualiter. Item ponit tria signa ad hoc ibidem: quorum vnum est: quod nullum dissolutum a corpore habet locum determinatum in corpore: sed vagatur per corpus. semine autem habet determinatum locum in corpore: sicut alie superfluitates. scilicet vias seminales: et quasi in eadem parte corporis in qua sunt loca aliarum superfluitatum. ergo semen est superfluum et non decisum de substantia membrorum. Secundum signum est: quia natura alleviatur per emissionem superflui nunquam autem per dissolutionem eius qui est de substantia membri sed quandoque alleviatur natura per emissionem seminis. ergo semen non est quicquid dissolutum a membris

sed superfluum tertium signum est qd vbi inuenitur minus de superfluo alimenti ibi inuenitur minus de semine: et propter hanc causam in pueris non est semen: quia superfluum nutrimenti in argumentum conuertitur. pp hanc g cas etia pingues hoies sunt pauci seminis: et pauce generationis: quia superfluum alimenti conuertitur in pinguedinez propter hoc etia aialia maioris qstiratis habent minus de semine fm proportionem corporis sui: et sunt pauce generatōis: quia indigent multo nutrimento. et ideo parum potest in eis esse superfluum: vt patet in elephante. Si autem esset semen dissolutum: deberet esse econtrario. quia ex maiori corpore potest fieri maior dissolutio. ergo semen non est quid dissolutum: sed superfluum alimenti. **C** Respondeo dicendo: qd circa hoc sunt tres opiniones. Una opinio est: qd semen. est quedam pars decisa ab eo quod est de substantia membri: ita qd tota substantia feminis est ex humido radicali: ex quo primo et principaliter substantia membrorum componi dicunt qd ex substantia generatis tractum est. et quia supra substantiam feminis nihil in generato accidit: qd si ad veritatez nature ipsius pertinens: ideo secundum eos tantum id quod est de veritate nature in filio fuit in patre de veritate nature eius existens: et sic ascendendo sequitur: qd quicquid est de veritate nature in hominibus omnibus totum fuerit actualiter in Adā. Hec autē positio a quibusdam philosophis antiquitus posita est: etiam a quibusdam theologis: vt de magistro in littera. patet: alia tamē et alia ratione ad hoc inclinati. Quidam enī antiquorum philosophorum: sicut precipue Anaragozas ponebat generationez alicui? nō fieri nisi per congregationem similium partium que prius inerat in eo ex quo fit generatio: ita qd nihil in naturam carnis transfret: qd prius caro non fuerit. vnde oportebat ad hoc qd generaretur caro et os in nato: qd aliquid ex patris carne et ossibus resolveretur: et sic de aliis partibus et membris. Quidam etiam qui totam virtutem agendi materie attribueret: quam solam naturam rerum esse dicebant: vt in secūdo physicorum pater: non poterant inuenire causam assimilationis filii ad patrem in singulis membris: nisi per hoc qd materialiter aliquid de singulis membris resolveretur: ex quibus corpus pueri constituitur: sed harum rationum radices a philosophis sequentibus sufficiens improbate sunt. s. qd non solum ex extractioe et congregatione fit generatio: sed etia per hoc qd materia transmutatur de forma in formaz: vt sic qd prius naturaz carnis non habebat: postmodum caro fiat. si militer etia virtus actiua non est ex parte materie: sed magis ex parte formalis principii. vnde causa assimilationis filii ad patrem non est conuenientia in materia vt oporteat membrum fieri de materia que ex membris patris resoluitur: cum etiam sit similitudo filii ad patrem in illis ex quibus nullo modo semē deciditur: sicut in vnguibus et capillis: sed causa similitudinis est virtus formatiua que in semine relinquatur ex operatione virtutis formalis ipsius patris agentis in semen. Magister vero et alii theologi hoc ponentes ad hanc positionem inducunt propter translationem originalis peccati: quasi in similem errorem cum prioribus declinantes: vt non possit esse transductio originalis peccati in filios a parentibus nisi secundum hoc qd materia ipsius corporis filiorum fuit in ipsis parentibus prius quando peccauerunt vt

fit assimilatio i corruptōe peccati sit hz puenientiā i mā: et nō fm rationem virtutis actiue: cuius contrariam ex preesse Augustinus asserit dicens: qd non propter hoc in nobis originale peccatum est: quia ex adam secundum corpulentam substantiam propagati sumus: quia sic etiam in christo originale peccatum fuisse: sed qd secundum seminalem rationem concupiscentialiter ex eis descendimus. vnde patet qd rationes: quibus hec opinio asseritur falsum fundamentum habent. Ipsa etiam positio in se falsa est. Quod enim illa substantia humani corporis que i primis parentibus fuit: in tot diffunderetur. hoc non potest esse nisi tribus modis: vel per multiplicationem materie: vt quidā dicunt: vel per diuisionem: quia continuum in infinitum diuisibile est: sicut alii ponunt. vel etiam per mixturem secundum alios: sicut augmentatur vinum per admixtionem aque: sed multiplicatio materie ita qd nulla superadditio fiat: sicut ipsi volunt: non potest esse nisi per modum rarefactionis: vt in precedenti articulo probatum est. vnde sequeretur qd filius rarius corpus haberet qd pater: et qd tandem generatio naturaliter finiretur: quia non potest esse rarefactio in infinitum: nisi metaphorice loquendo vt in quarto physicorum Commentator dicit. idēz etia sequeretur si per diuisionem illa materia que in corpore ade fuit in tot distributa esset. Corpus enim naturale non est diuisibile in infinitum: sed solum corpus mathematicum: vt ex libro physicorum: ex verbis Commentatoris et philosophi habetur. Unde oporteret qd necessario deficeret generatio. **E**t dicitur corpus mathematicum corpus consideratum secundum dimensiones quantitas tantum. et hoc est corpus in genere quantitatis. Hoc enim in infinitum diuidi potest: quia in ratione quantitatis p̄tinue non est aliquid quod diuisioni repugnet. Corpus autem naturale dicitur quod consideratur secundum aliquā determinatam speciem et virtutem. et hoc non potest diuidi in infinitum: quia quelibet species determinatam quantitatem requirit et in plus et in minus: sicut dicitur in secundo de anima: Omnium natura constantium positus est terminus et ratio magnitudinis et augmenti: et ideo est inuenire minimam aquam et minimam carnem: vt dicitur in primo physicorum: que si diuidatur non erit ulterius aqua et caro. Constat autē qd corpus humanum naturale corpus est: vnde in infinita diuidi non potest: vt in infinitum generatio dureret. **P**reterea. dato qd corpus naturale diuidatur in infinitum: sicut mathematicū hoc non posset esse fm eandem quantitatem: sed secundum eandem proportionem. si enī a quocunq corpore finito remoueretur quātūcunq parua ps illa aliquoties sumpta mensurat totum et etia excedit. vnde os semper tali p̄t sumpta per diuisione totum corpus tandem consumi. Si autē accipiatur aliquid a magnitudine semper seruata eadē proportionē. verbi gratia. vt primo a tota magnitudine abscidatur tertia pars: et deinde a residuo tertia pars non totius magnitudinis: sed illius residui: et sic deinceps nunq cessabit diuisio in infinitum: sed tunc oportet qd illud quod accipitur in secunda decisione sit fm quantitatem minus eo quod auferebatur in p̄tia primū enim subtractū erat tertia pars toti? hz autē tertia ps p̄tis et sic deinceps. vnde si hoc modo fiat decisio humiditatis radicalis ex quo semen secundum eos deciditur oportet qd in semine ex quo generatur filius

fit minus de humido radicali quod erat de veritate nature quod in femine ex quo generabatur, pater: et ita semen filii non poterit producere generatum in tantam quantitatem: sicut potuit semen patris, quia omnis virtus naturalis dividitur ad divisionem subiecti: ut in minori magnitudine sit minor virtus: et ita sequeretur quod filius semper esset minoris quantitatis quam pater. unde homines iam peruenissent ad minimam quantitatem etiam si primum homines fuissent gigantes: sequeretur etiam quod filii semper debiliores parentibus essent, quia quanto aliquis minus habet de eo quod ad veritatem nature sue pertinet debilius est. Similiter etiam non est possibile quod per mixturem talem talis augmentatio fiat humane nature: quia quasi aliquid paruum alicui maximo admiscetur non facit mixturem: ut in primo de generatione dicitur, sed soluitur species parui quod magno additur: sicut si gutta vini mille miliis aphezis aque addatur, unde iam in nobis nihil de veritate humane nature mansisset sed totum euauisset: quod de veritate humane nature erat per maximam extranei admixturem.

¶ **A**lia opinio est que semen non tantum ex humido radicali esse asserit quod ex parentibus decisum est, sed et hoc simul cum humido nutritionali quod fit superfluum alimenti in patre, et hoc totum erit humidum radicale in filio et ad veritatem nature humane in ipso pertinens, primo modo: et sic aliquid de eo quod in nobis est de veritate humane nature: fuit et de veritate nature in patre et in patre patris, et sic usque ad Adam: per quem modum omnes nos in adam secundum corpulentam materiam fuisse nos asserunt: sed quod huiusmodi opinio euadat quedam inconuenientium que ad primam consequuntur non tamen omnia euadere potest. Primo: quia rationes et signa philosophi inducta euidenter ostendunt: quod semen nullo modo est aliquid ex membris resolutum, unde eiusdem rationibus improbat opinio ponens totum semen esse quod resolutum vel partem eius. Secundo: quia per modum istum: ut ipsi ponunt esset augmentatio veritatis humane nature per admixturem: et sic sequeretur inconuenientia que ad duos modos supra positos sequuntur: esset enim tunc minus de veritate humane nature in filio quam in patre: quod patet si alicui vino admisceatur aqua et amisceatur iterum parti diuise ab illo vino commixto iterum aqua ut perueniat ad eandem quantitatem: et sic deinceps, constat enim quod semper minus de vino remanebit in secundo quam in primo et sic tandem vinum annullaretur, unde patet: quod etiam sequeretur ad hanc positionem quod generatio naturaliter deficeret: et quod in nobis iam quasi veritas nature humane et infectio peccati euauisset. ¶ **T**ertia opinio est philosophi quod semen sit tantum de superfluo alimenti, vult enim quod semen non est aliquid resolutum a toto, sed illud quod est habens naturam ut sit conueniens toti: quod sic potest contingere. Cum enim omne agens assimilet sibi patiens quantum potest oportet quod cibus per virtutem anime agentem in ipsum assimilatur in naturam corporis quod ab anima est perfectum: et quanto amplius digeritur: tanto magis erit virtutes anime participans, quando igitur venit ad ultimam digestionem antequam sit in membra conuersus: quasi perfectam similitudinem totius consecutum est virtute et si non actus: et ideo in eo est virtus per quam potest formari totus corpus. Quando ergo nutritiua pars ex alimento hoc modo assimilato assumpserit in

nutrimentum membrorum illud quo ad nutrimentum indiget vel ad augmentum residuum: quod dicitur virtute digestionis superfluum administrat nutritiua virtuti generatiue: et hoc est substantia feminis: ut sit semen: et sit superfluum in quantum residuum est ab opere nutritiue: et sit tamen necessarium in quantum indiget eo virtus generatiua, unde dicit philosophus in .xv. de animalibus quod semen est superfluum quo in dicitur: et ita hoc semen per virtutem generatiuam ministratur: et preparatum habet naturam: ut ex eo generetur totum cum admixturem eius quod ex matre ministratur quicquid sit illud et huic opinioni consentio que rationabilior ceteris videtur. ¶ **A**d primum ergo dicendum: quod hunc esse in adam secundum corpulentam substantiam potest intelligi dupliciter, aut ita quod corpus illius fuerit in adam: sicut quedam corpulenta substantia: et hoc modo est impossibile: nec sic Augustinus intelligit, aut ita quod corpulenta substantia homini fuerit in adam aliquo modo: et hoc verum est: quia materia propria et quod corpus humanum formatum est: fuit in adam virtute sicut in principio effectiuo originali, unde secundum hoc patet qualiter differt esse in adam secundum corpulentam substantiam tantum: et secundum rationem seminalem. Ad hoc enim quod corpus humanum constituitur oportet duo aduenire, scilicet materiam et qua formaretur corpus que dicitur corpulenta substantia et virtus formans que dicitur ratio seminalis: et utraque originata est ab adam, et ideo illi qui ex coitu viri et mulieris generantur: dicuntur fuisse in adam originali secundum feminalem rationem: et secundum corpulentam substantiam: christus autem cuius corpus virtus, scilicet forma uir de Maria uirginis: administrata dicitur in adam fuisse secundum corpulentam substantiam tantum. ¶ **A**d secundum dicendum: quod si dicitur Dama, intelligatur uerbaliter de omni genere: non oportet quod generatum sit de substantia generantis materialiter: sed formaliter tantum: non quidem secundum unam formam in numero: sed secundum unam formam in specie. Si autem intelligatur specialiter de generatione uiuentium: sic generatum est ex substantia generantis: quia ex alicuius decisione quod fuit conueniens in substantiam generantis transire, sanguis enim aliquo modo dicitur esse de substantia generantis: et multo amplius semen quod est ad ulteriores digestionem productum. ¶ **A**d tertium dicendum: quod si per coitum emitteretur solum illud seminis: quod residuum est ab opere nutritiue et augmentatiue nunquam sequeretur debilitatio: sed ex immoderato coitu aliquando emittitur etiam id quod necessarium erat ad membrorum nutrimentum: adeo quod propter imoderantiam coitus: ut in .xv. de animalibus dicitur: loco seminis aliquis sanguinem emittit: ideo oportet quod debilitatem nature sequatur: nec mirum cum etiam ex superflua egestionem et urina debilitetur corpus: sicut ex moderata alleviatur. ¶ **A**d quartum dicendum quod assimilatio non est propter conuenientiam in materia sed propter motum virtutis actiue quo mouet in suam similitudinem, et quia aliquando corrumpitur motus patris in semine nascitur filius similis auctori et pauo: cuius motus manet: ut .xviii. de animalibus philosophus ostendit: et non propter hoc quod materia corpore nati ex quo et pauo traducatur, Et per hoc patet responsio ad quintum: quod similiter procedebat ex hoc quod cognationis causa esset magis ex parte materie quam ex virtute actiua: cuius contrarium philosophus ostendit in quinto methaphisice: dicens magis homo est de ge

nere patris sui & matris: cuius a patre formam recipiat  
 & a matre materiam. Ad fertur ddm: q in corpo  
 re hominis & in corpore embrionis sunt diuerse hui-  
 ditates magis & minus ad perfectam participatio-  
 nem sp̄i accedentes sicut sanguis & hūiditas in quā  
 vltimus sanguis digestus conuertitur: & vltimus ca-  
 ro & os. Sciendum est ergo q vnumq̄d̄ resurget i  
 eo in quo magis fuit perfecte participans naturam  
 speciei: & si in vtroq̄ fuit perfecte naturam speciei p-  
 cipians: resurget in eo in quo primo fuit. s̄ hoc ergo  
 ddm est: q̄ quicquid fuit in illis carnibus quas pater  
 pueri comedit: quod iam vltima conuersione assimi-  
 larum erat membr̄is resurget: in eo cuius carnes co-  
 meste sunt: Sed qd̄ fuit in illis carnibus de humidi-  
 tatibus & humoribus a perfecta assimilatione distan-  
 tibus: resurget in puero qui ex illo semine generatur  
 & in vtroq̄ illud supplebitur quod deest ex virtute  
 diuina. hoc t̄ ad tractatū de surrectōe magis p̄tinet.  
 Hoc male senserunt quidam heretici &c. Pelagius  
 ad h̄ inducitur p̄pter hoc q̄ p̄tatem li. ar. amplia-  
 bat nimis: vt nullum peccatum esse in homine possit  
 nisi ex eius li. ar. proueniret & q̄ nulla gratia indige-  
 bat homo ad h̄: vt a peccato immunis existeret. origi-  
 nale peccatum dicitur fomes peccati &c. hic ponit  
 tur nouē noia originalis peccati: quorum differentia  
 sic accipi potest. p̄t. n. hoc peccatū nominari: vel p-  
 comparationē ad modū quo creat in nobis: vel per  
 comparationem ad subiectum in quo est: vel per cō-  
 parationem ad peccatum actuale: in quod inclinat  
 & q̄ per originem viciatam in nos peruenit. ideo ex  
 modo quo creatur in nobis: nominatum dicitur origi-  
 nale peccatū. In petō at̄ actuali duo p̄siderā. s. dese-  
 ct̄ seu deformitas pcti: & s̄ h̄ noia fomes pcti q̄ si fo-  
 mentum p̄bens ad peccandum: sicut siccitate ligno-  
 rum fouetur ignis. & iterū delectatio que consistit in  
 conuersione ad bonū cōmutabile: & sic dicitur cōcupi-  
 scentia q̄ t̄ ad deordinationē actu existentem in par-  
 tibus anime subtracto retinaculo iustitie originalis.  
 vel in ordine ad actum concupiscentie ad quez pec-  
 catum originale inclinat: & sic dicitur concupiscentia.  
 Subiectū autē in quo originale peccatum confi-  
 sit: est homo qui ex duabus naturis p̄ueniat rōnali &  
 sensitua: potest ergo originale peccatū nominari: v̄  
 p̄ p̄tationē ad rōnale: v̄ p̄ p̄tationē ad sensitua. Si p̄mo  
 nō sic ex pte eius qd̄ ē formale i originali petō. s. de-  
 bite iustitie carentia dicitur lāgor. nature ex parte ve-  
 ro eius qd̄ est materiale. s. inordinatio inferiorum vi-  
 rium dicitur tyrannus inquantū per inordinationez  
 inferiorum virium iniuste & quodammodo tyrānice  
 ratio in seruitutē pcti trahitur. ex parte autem sensi-  
 tiue que est potētia organ̄is affira: dicitur lex carnis  
 ex eo q̄ per traductionem carnis traducitur: & dicit  
 lex membrorum inquantū in membris completis do-  
 minat: & quodāmodo s̄m cōdinationem eoz inclinat in  
 actum: vt. s. indelectabile membr̄is homo inclinet:  
 qd̄ est eis conueniens. In eo materialiter erāt &c. nō  
 ita q̄ illud qd̄ fuit materia corporis. Adde sit postmo-  
 dū materia omnium hominū. sed q̄ materia omnium  
 hominū originaliter ab adā traducta est sicut a prin-  
 cipio effectiuo: primo in humana natura. materia. n.  
 humani corporis est menstrū: vel ēt semē simul vt  
 quibusdam placet. Qd̄ aut̄ semē & menstrū causerit  
 in nobis: hoc nō est nisi per virtutē naturalē que in  
 nos ex parentibus venit: & ita tota materia corpo-  
 ris humani originem habet ab adam: nō quasi ab eo

decisa: sed quasi a virtute que ab ipso descendit pre-  
 parata. Qd̄ etiam oridi p̄t &c. Ista ratio non valet  
 q̄ p̄cedit a maior: afirmando: magis enim videtur  
 q̄ in resurrectione que tota miraculosa erit aliqd̄ di-  
 uina virtute fiat. vel per multiplicationem: vel etiā  
 aliquocunq̄ modo: q̄ in naturali augmento qd̄ acti-  
 one nature cōpletur. Ad inficiamur t̄ &c. Istud vi-  
 detur inconueniens: q̄ magister hic ponit: q̄ v̄ ca-  
 ro & sanguis ex cibis generata distincta erāt ab illa q̄  
 a parentib⁹ descendit: & sic nō tota q̄ritas humani cor-  
 poris saluaret in carne q̄ ex parentib⁹ descendit vel cō-  
 mirta illi: & sic oportebat q̄ ex eis vnu qd̄ generaret  
 qd̄ neutrum illorum esset: sed mediū inter ea: & sic totū  
 equaliter ad veritatē nature p̄tineret: nisi forte pone-  
 retur eē mirtio s̄m minima saluata: vt quidam posue-  
 runt: quod etiam in primū modū rediret.

Distinetto. Trigesimaprima.

Quomodo peccati originale a patribus  
 transeat ad filios: an s̄m animā: an s̄m carnē.

**H**anc superest iuestigare: q̄li  
 ter illd̄ peccatū a patri-  
 bus traducat̄ in filios. s. an s̄m  
 solā aiā: an s̄m carnē: siue s̄m  
 vtrūq̄. Putauerūt qd̄az s̄z ani-  
 mā trahi origiale peccatū: nō so-  
 lū s̄m carnē: q̄ nō solū carnē: s̄z & aiāz extra-  
 duce eē arbitrati sūt. Sic. n. i generatōe plis  
 de carne paterna substātiā r̄ trahit̄ caro: ita &  
 de gignētis aiā: aiā geniti eēntiā r̄ deduci ab  
 his extimatur. Ideoq̄ sicut de corrupta car-  
 ne caro corrupta seminā: ita etiā de aiā pec-  
 catrice: aiā peccatrix corruptione originali in-  
 secta ab illis trahi dicitur.

Predictā opinionē dānat: & q̄ per carnē  
 traducat̄ peccatus dicit: & quo mō ostendit.

**H**oc autē fides catholica respuit: & tā-  
 q̄ veritati aduersū dānat: que nō ani-  
 mas: s̄z carnē solā sicut superius dixi-  
 mus extraduce esse admittit. Non igitur s̄m  
 aiā: sed s̄m carnē solā peccatū originale tra-  
 hitur a parentibus. Est enī peccatū origina-  
 le vt supra diximus: cōcupiscentia: non qd̄ez  
 actus: s̄z viciū. Unde Augustin⁹ ad Valerīū  
 Ipsa cōcupiscentia est lex mēbroz vel carnis:  
 q̄ est morbidus qd̄ā affect⁹ vel lāguoz: q̄ com-  
 mouet illicitū desiderīū. i. carnalē cōcupiscen-  
 tiā: que lex peccati dicit: que dicitur manere  
 in carne: nō qui in aiā sit: s̄z q̄ per corruptio-  
 nem carnis i anima sit.

Causam corruptionis carnis ostendit ex  
 qua in anima peccatum sit.

**A**ro enī per peccatum corrupta fuit  
 in Adam a deo: vt cum ante peccatū  
 vir & mulier sine incentiuo libidinis

et concupiscentie feruore possent conuenire essetq; thorum immaculatum iam post peccatum non valeat fieri carnalis copula absq; libidinosa concupiscentia: que semper viciū est et etiam culpa: nisi excusetur per bona coniugii. In concupiscentia igitur et libidine concipitur caro formanda in corpus prolis. Unde caro ipsa que concipitur in viciosa concupiscentia polluitur et corrumpitur: ex cuius tractu anima cum infunditur maculatur trahitur qua polluitur: et fit rea. i. viciū concupiscentie: quod est originale peccatum.

Ad propter corruptionem carnis que est causa peccati dicitur peccatum esse in carne.

Deoq; ipsum peccatum dicitur manere in carne. caro igitur que in concupiscentia libidinis seminatur: nec culpā habet: nec actum culpe: sed causam. In eo igitur quod seminatur corruptio est in eo autem quod nascitur concupiscentia viciū est. Unde Ambrosius de verbis Apostoli sic ait. Quo modo habitat peccatum in carne cum non sit substantia: sed priuatio boni. ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatum. Ipsaq; corruptio per conditionem offensionis manet in corpore: robur tenens diuine sententiae date in adam cuius consortio anima maculatur peccato: per id ergo quod facti causa manet inhabitare dicitur peccatum in carne: hec est lex carnis. Idem non habitat peccatum in anima: sed in carne: quia peccati causa ex carne est: non ex anima quia caro est ex origine carnis peccati. et per traducere omnis caro fit peccati. anima vero non traducitur: et ideo in se causam peccati non habet. Augu. quoque ex carne peccatum animam trahere in sermone quodam de verbis apostoli ostendit dicens. viciū concupiscentie est quod in anima: sed ex carne trahit. Natura quippe humana non ope dei cum vicio primitus est instituta: sed ex voluntatis arbitrio priorum hominum venienti vicio est sauciata: ita ut non sit in carne bonum: sed viciū quo inficitur anima.

De causa originalis peccati que est in carne: vtrum sit culpa: an pena.

Ita queri solet: vtrum causa peccati originalis que dicta est esse in carne: culpa sit: vel pena: siue aliquid aliud. Culpa esse non potest: quia culpa non est in re irrationali. Sicut enim culpa esset in carne ante infusione anime: actualis esset vel originalis. Sed actualis ibi non est nec originalis culpa est: quia ipsa causa est originalis peccati. Si autem pena est qua est illa passibilitas vel mortalitas: vel alia corruptio. hoc enim defectus carni in esse constat.

Hic aperitur quid sit. scilicet feditas tracta ex libidine coeuntium: que viciū vel corruptio dici potest.

Quod dici potest: quia multiplex defectus carnis et precipue pollutio quedam: quam ex feruore coitus parentum et concupiscentia libidinosa contrahit caro dum concipitur: causa est originalis peccati: que recte viciū siue corruptio carnis appellari potest. que feditas maior esse videtur in carne concupiscentialiter traducta: quam in ea vnde traducitur. Et quod viciū vel corruptio sit in carne ante coniunctionem anime: effectus probatur cum anima infunditur: quam ex corruptione carnis maculatur. Sicut in vase dignoscitur vitium esse cum vinum infusum accessit.

Inductu ostendit similitum non absurde filios trahere peccatum a parentibus eo modo dici.

Et autem meremur et in intellectu turbemur: audientes peccatum originale filios traducere a parentibus: iam per baptismum ab illo peccato mundatis: diuersarum similitudinum inductione id posse fieri insinuat Augu. in libro de baptismo paruulorum ita inquit. Quomodo preputium per circumcisionem auferitur: manet tamen in eo quem genuerunt circumcisi. Quomodo etiam palea que opere humano tanta diligentia separatur: manet tamen infructu qui de purgato nascitur tritico. ita peccatum quod in parentibus per baptismum mundatur manet in eis quos genuerunt. Ex hoc enim signum quod adhuc vetustum trahit non ex hoc quod lex in nouitate promouit eos inter filios dei. Non enim generant parentes filios secundum illam generationem: quia denuo sunt nati: sed potius secundum illam qua carnaliter et ipsi primum sunt generati.

Quare dicatur originale hic dicitur cum epilogo.

Am ostensum est quid sit originale peccatum: et qualiter a parentibus in filios et per carnem in animam transeat. Ex quibus etiam innotescit quare dicatur originale peccatum: ideo. scilicet quia ex viciosa lege originis nostre in qua concipimur. scilicet carnis libidinosa concupiscentia traducitur ut supra dictum est. Non enim quia ex carne traducta ab Adam concepti sumus: ideo peccatum traximus: quia et christi corpus ex eadem carne formatum est: que ab Adam descendit: sed eius conceptus est celebratus: non

lege peccati. i. concupiscentia carnis. unde et caro eius peccati non fuit: imo operatio spiritus sancti. Noster vero conceptus non fit sine libidine: et ideo non est sine peccato. Quod euidenter Augustinus ostendit in lib. de fide ad Petrum sic dicens. Quia dum sibi inuicem vir mulierque miscentur sine libidine: non est parentum concubitus. ob hoc filiorum eorum carne nascentium non potest sine peccato esse conceptus. ubi peccatum in paruulos non transmittit propagatio: sed libido: nec fecunditas nature humane facit homines cum peccato nasci: sed feditas libidinis: quam homines habent ex illius iustissima condemnatione peccati. Ideo beatus David propter originale peccatum: quo naturaliter obstricti sunt filii ire dicit: In iniquitatibus conceptus sum et in peccato conceptus mater mea. Ex hoc itaque apparet ex lege conceptionis traduci originale peccatum: quia nisi corruptio sic fieret in carne: anima ex carnis coniunctione concupiscentie viciu non traheret.

Obiectio quorundam nitentium probare peccatum non traduci ex lege coitus.

Ad hoc opponitur hoc modo. In ipso conceptu ubi dicitur transmitti peccatum propagatur caro: nec tamen tunc infunditur animam secundum physicos: sed iam effugiato corpore: quod etiam moyses in exodo aperte significat: ubi ait de percussura mulieris pregnantis. Si quis inquit percusserit mulierem pregnantem et abortus fecerit: si ad huc informe fuerit puerperium: multuabitur pecunia. Si autem formatum fuerit reddat animam pro anima. Formatum vero intelligitur propria anima animatum: et informe quod nondum habet animam. In ipsa ergo conceptu cum caro propagatur: nondum infunditur anima. Quomodo ergo ibi peccatus transmittitur cum peccatum non possit esse ubi anima non est. Ad quod dici potest: quod in illo conceptu de peccato transmittitur: non de peccato originale sibi fit: sed quod caro ibi contrahit id ex quo peccatum fit in anima cum infunditur et utrumque vocatur conceptus. scilicet et cum caro propagatur formatumque corporis humani recipit: et cum anima infunditur: quod aliquando etiam de natiuitate. An quod natum est in te. Pro parte autem natiuitate de in lucem editio.

Unc superest inuestigare qualiter illud peccatum. Ostenso quod peccatum originale est et quid sit: hic persequitur quasdam aditiones ipsius. Et diuiditur in partes tres. In prima determinat de peccato

originali quod ad eius principium ostendens quomodo tradu-

catur. In secunda determinat de eo quod ad eius terminum ostendens quomodo per baptismum remittatur. xxxii. di. quod supra dictum est et cetera. In tertia determinat de eo quod ad eius nunc inquirens an sit vnum vel plura. ibi. Predictis adiciendum videtur et cetera. Prima diuiditur in duas. In prima mouet pro hanc quandam dubitationem. ibi. Sed ad hoc opponitur hanc modo et cetera.

Prima diuiditur in duas. In prima determinat modum quo peccatum originale in nos peruenit. In secunda et ipso modo concludit rationem. ibi. Itaque ostendendum est quod sit originale peccatum et cetera. Prima diuiditur in tres. In prima mouet questionem: utrum scilicet peccatum originale per translationem anime vel per translationem carnis in nos deueniat. In secunda excludit sententiam illorum qui per translationem anime peccatum originale in nos deuenire dicebant. ibi. Putauere quidam secundum animam et cetera. In tertia ostendit qualiter per translationem carnis originale peccatum traducatur. ibi. est enim peccatum originale: ut supra diximus et cetera. Et diuiditur in partes tres. In prima ostendit quod propter feditatem que est in carne cum translatione carnis sit culpa vel pena traducitur. In secunda inquirunt de illa feditate quid sit: utrum scilicet culpa vel pena. ibi. Hic queri solet et cetera. In tertia ostendit quod illi qui ab hac feditate purgati sunt peccatus originale transmittere possit. ibi. Ne autem miremur et intellectu turbemur et cetera. Hic querunt duo. Primo de translatione originalis peccati. Secundo de subiecto eius.

Circa primum querunt duo. Primo: utrum per translationem carnis originale traducatur. Secundo: utrum in omnes homines necessarium sit originale peccatum transire.

De primo sic procedit. videtur quod per originem carnis originale a primo parente in posteros transire non possit. Actio enim persone non extenditur ad naturam quia persona inferior: et minus est potens quam natura in qua subsistit: sed origo carnis debet ipsi nature cum generatio sit ordinata ad preservationem speciei et non individui. ergo peccatum primi parentis per originem carnis in posteros transire non potuit: quod hoc esse non potuit: nisi per actionem persone natura inficeretur.

Preterea contrariorum quod esse idem subiectum: sed infectio culpe perfectioni virtutis opponitur cum ergo semen subiectum virtutis esse non possit nec infectio culpe subiecti poterit. caro autem non traducitur nisi mediante semine. ergo per modum istum mediante semine non poterit per translationem carnis originale peccatum traduci. Si dicatur quod per libidinem coitum semine inficitur illa infectio est causa culpe originalis. Contra. libido secundum Augustinum dicitur improba voluntas. sed improba voluntas peccatum est. ergo si ratione libidinis culpa originalis creatur in nato tunc natus traheret peccatum originale a primo parente et non a primis parentibus. et hoc est contra id quod infra magister determinat. Preterea. illa infectio seminis defectus quidam est. omnis autem defectus in nobis videtur vel culpa vel pena esse: aut igitur est culpa aut pena. Culpa non potest esse: quod semine subiectum culpe esse non potest. nec etiam pena: quod pena culpa prederet: culpa ex pena crearetur: quod est inconueniens. ergo nullo modo poterit infectio seminis peccatum originale in nato creati.

Preterea. etiam post baptismum quod originale culpa deletur: remanet tamen concupiscentia in corpore per modum pene. si ergo infectio concupiscentie in semine animam inficere posset culpa originalis et postquam homo a peccato originali mudatur esset per concupiscentiam in corpore remanentes anima sibi inficeretur: et ita peccatum originale de necessitate

rediret: qđ est incōueniens: qđ oportet etiā de ne-  
cessitate ⁊ penā ei⁹ redire qđ est carētia vñsōis diuie.  
ergo nō ē pole qđ infectio seminis infectionē culpe in  
aia cāet. Cōtra est qđ Apłs dicit ad Rō. v. Per  
vñū hoīem peccatū in mundū intravit. s; nō potuit ex  
vno hoīe humanū gen⁹ infici: nisi eo mō quo totū ge-  
nus humanū ex vno hoīe peccatū. hoc at̄ fuit p̄ origi-  
nē carnis. ergo hoc mō peccatū originale a primis pa-  
rētibus in nos trāsit. Cōtra. sicut se h; psonale pec-  
catū ad actū persone: ita se h; peccatū nature ad actus  
nature. s; peccatū psonale. i. actuale ex actu psonē cā-  
tur. ergo ⁊ peccatū nature. s. originale ex actu nature  
in nobis efficitur. s; act⁹ nature ē actus generationis  
p̄ quē ipa natura sp̄i saluat. ergo p̄ actū generatiōis  
peccatū originale in nos trāsit. Cōtra. Respondeo d; qđ in p̄-  
gressu originalis talis ordo seruetur qđ psona naturā  
infecit per actum peccati ⁊ nature infectio in perso-  
nam sēdario transfuit: que a persona peccante propa-  
gat: quod qualiter sit videndū est: sicut. n. p̄ dī-  
ctum est. h; deus humane nature in sui principio su-  
pra additionem suoz principioz contulerat: vt ess; in  
ratione recitudo quedam originalis iustitia quam si-  
ne aliqua resistentia inferioribus viribus imprime-  
re posset: ⁊ qđ hoc gratis collatū fuerat. ideo iuste p̄  
ingratitude in modo dicente subtrahit. vnde factū  
est: vt primo homine peccante natura humana  
que in ipso erat sibi ipsi relinqueretur: vt cōsisteret s; cō-  
ditionem suoz principioz: ⁊ per modū istū ex actu  
personē peccantis in ipsam naturam defect⁹ trāsiuit  
⁊ qđ natura deficiens ab eo qđ gratis impensū erat nō  
pōt creare hoc qđ supra naturā collatū erat: cū nihil  
agat vltra suā sp̄m. ideo sequitur qđ ille qđ generat ab  
habente naturā hoc mō deficiente naturā in simili de-  
fectu suscipiat: qđ act⁹ personē s; conditionē sue na-  
ture. pcedit ⁊ vltra nō se extendit: inde est qđ defectus  
in ipsam personā generatā redūdat. sed ratio culpe  
inde venit: qđ illd qđ collatum fuit gratis ade. s. origi-  
nali iustitia non fuit sibi collatū psonaliter: sed in q̄-  
tū talē naturā habebat: vt oēs. s. in quib⁹ talis ab eo  
accepta natura inueniretur tali dono potirentur. ⁊ iō  
cū ppagatōe carnis ēt illa originalis iustitia ppaga-  
ta fuisset. In p̄tate ergo nature erat: vt talis iustitia  
semp in ea p̄seruaretur: sed p̄ voluntatē personē exi-  
stentis in natura factum est vt hoc perderetur. ⁊ iō  
h; defectus cōparat⁹ ad naturā rationē culpe habet in  
omnibus in quibus inuenitur cū natura accepta a p-  
sona peccante. ⁊ qđ per originē carnis defect⁹ iste na-  
turali generatione traducitur simul cū natura. ideo  
etiam ⁊ culpa originalis per originem carnis traduci  
dicitur. ⁊ qđ per voluntatē personē ratio culpe ad  
naturā trāsit. ideo dicitur psonā naturā ifecisse: qđ ve-  
ro in personis alijs est originale peccatū a p̄ma p̄so-  
na generantis nō est ratio culpe ex ipsis: cū nō pp̄ria  
voluntate peccatū tale incurrant: sed in quantum ta-  
lem naturā cū ratione culpe recipiunt. inde est: qđ se-  
cundo natura personam inficere dicitur. inde etiam  
est qđ ista infectio ex inordinata voluntate primi pa-  
rentis in ipso qdem primo parēte fuit dupl̄. s. p̄ mo-  
dū peccati actualis in quantum eam p̄ pp̄ria voluntate  
cōtraxit: ⁊ etiā vltim⁹ per modū peccati naturalis: in  
quantū nā i eo infecta ē. In sequentibus aut̄ nō est nisi  
peccatū naturale. Cōtra. Ad primū ergo d; qđ quis  
natura absolute p̄siderata immobilis sit: tamen s; esse  
suū p̄siderata oportet qđ ad variationem personē va-  
rietur per accidens. p̄stat enī qđ deficiente hoc hoīe de

ficit humana natura qđ in ipso est: ⁊ ita ēt peccatū per-  
sonale. Ad in naturam humanā trāsiuit s; qđ in ipso  
esse habebat. Ipso enim peccatū priuat⁹ est his que  
sibi rōne nature sue gratis concessa erant: ⁊ eo priua-  
to etiā natura priuata fuit: put in ipso erat: ⁊ per p̄ns  
in alijs qui ab ipso naturā accepturi erāt. Cōtra. Ad se-  
cundū d; qđ semen nō ē actu subiectū culpe: s; vir-  
tutē tñ: hoc mō enī se habet semen ad peccatū origi-  
nale: sicut ad naturā humanā. vnde sicut in semine  
non est natura humana nisi in virtute: ita etiam nec  
originalis culpa: qđ per virtutē que est in semine ge-  
neratio ad naturam humanam terminatur infectam  
originali peccato. Cōtra. Ad tertium d; qđ libido tri-  
bus modis dicitur. vno modo secundum qđ consistit  
in actu voluntatis illucite ⁊ inordinate aliquid desi-  
derantis. ⁊ hoc modo libido est actuale peccatum.  
Alio modo dicitur libido que consistit magis in dele-  
ctatione sensualitatis: ⁊ precipue in actu generatiue:  
vbi supereredit delectatio: ⁊ sic est quiddam ex peccato  
derelictum: non quia sine peccato non esset de-  
lectatio: sed quia inordinata non esset: quod nomen  
libidinis importat. Tertio modo potest sumi libido:  
quasi habitualiter pro illa inordinatione virium nō  
quia: ex qua est in nobis pronitas ad inordinatē con-  
cupiscendum. Ad primū igitur libidine mens cuiuslibet  
iusti generantis liberatur cum contingat actum  
**T**ertium sic proceditur. Videtur q̄ fomes & concupiscentia in quibusdā plus & in quibusdā minus inueniatur. Multiplicata enim causa multiplicatur effectus: sed ex seditate coitus infectio fomitis causatur: cum ergo quanto magis homo a primo generante distat tanto plures tales actus inficientes inueniantur: videtur q̄ semper in prole inueniat maior infectio fomitis q̄ in parēte. **P**reterea fomes nihil aliud dicit q̄ pronitatem quandā ad inordinate concupiscendum: sed ex naturali complexione. vnus alio pronior nascitur ad luxurias vel ad iram vel ad quodlibet aliud genus peccati. ergo vnus nascitur cuz maiori infectione fomitis q̄ alius. **P**reterea ex consuetudine actus & dissipitudine relinquitur in agente per voluntatem maior facilitas & difficultas ad aliquid agendum: sed contingit aliquos concupiscentie operibus operam dantes ēē alios autem ab eis retrahi honestis exercitiis occupatos. ergo in quibusdā inuenitur fomes intensior q̄ in aliis. **P**reterea sicut corruptio fomitis ex peccato primi parentis procedit: ita etiam: & alie penalitates vt passibilitas & mortalitas: & huiusmodi: sed alie penalitates semper in homine crescunt quanto humana natura a primo parēte longius recedit per successionem generationis: q̄ cōter dicitur q̄ homines sunt nūc breuiores vite: & minoris virtutis q̄ an-

tiquitus: ergo & simili ratione corruptio fomitis magis in filiis q̄ in parentibus inuenitur. **P**reterea constat q̄ alie penalitates intenduntur & remittuntur p̄m diuersas complexiones corporis ex qua causat: q̄ quidam sint alius passibiliores & breuiores vite. si ergo per eandem causam inuenitur in nobis fomes per quam: & alie passibilitates: videtur q̄ p̄m diuersas complexiones hominum intendatur & remittat. **C**ontra. **C**ōsequens naturā equaliter inuenitur in omnibus habentibus naturam: sed fomes consequitur humanam naturam: sicut corruptio eius sicurditum est. ergo cum omnes homines equaliter humanam naturam participant: videtur q̄ etiam equaliter corruptionem fomitis incurrant. **P**reterea. equalitas pene debet respondere equalitati culpe: cū ergo non sit maior culpa originalis in vno q̄ in alio: q̄ vnus pena omnibus pro illa culpa debetur. s. carētia visionis diuine: videtur q̄ etiam infectio originalis non sit in vno magis q̄ in alio. **R**espondeo d̄d: q̄ cum corruptio fomitis sit per se infectio humane nature oportet idem esse iudicium de intensione eius & de intensione humane nature: natura autem ipsa potest considerari dupliciter: vel quantum ad rationem speciei: & sic equaliter in omnibus inuenit: vel in quantum redundat perfectio nature in perfectionem indiuidui per modum quo ex principii speciei sequuntur operationes indiuiduorum: & p̄m hoc vnus homo alio est potentior in explendis operationibus speciem concernentibus. vnus enim alio promptior est: ad intelligendum vel ad ratiocinandum: & sic de aliis. similiter est etiam de corruptione fomitis: q̄ si consideretur p̄m q̄ per se naturas respicit: sic procul dubio equaliter in omnibus inuenitur: & h̄ est absoluta consideratio eius: quod enim subtrahatur rectitudo illa que omnes vires anime in vno cōtinebat hoc omnibus equaliter conuenit: q̄ priuatio quantum in se est non suscipit magis & minus: sed si consideretur p̄m hoc q̄ infectio originalis reducat in infectionem persone in quantum potentie sua rectitudine carentes in turpes operationes inclinans: sic in vno ē maior corruptio fomitis q̄ in alio. s. in quantum vel per naturalem complexionem vel per consuetudinem concupiscibilis vel irascibilis in vno est efficacior & feruentior ad suum actum q̄ in alio: & per hunc etiā modum fomes dicitur post baptismum diminui in quantum gratia retardat impetum concupiscibilis & irascibilis in contrarios actus inclinans. **A**d p̄mum ergo dicendum: q̄ causa inducens originale peccatum non est actualis dilectio que est in coitu: s̄ cōcupiscentia habitualis que est in generante: illa autē non potest maiorem concupiscentiam inducere in prole q̄ si in parēte: q̄ generas generat sibi simile. & ideo non sequitur q̄ post multas generaciones aliquis magis sit infectus originali peccato: sed eodez modo sicut & omnes proprietates naturas consequentes eodem modo in tota natura inueniuntur. **A**d secundum dicendum: q̄ diuersitas complexionis est: ex diuersa dispositione materie que principii indiuiduationis est que quanto magis est disposita tanto perfectius naturam speciei consequitur p̄m quod ē principium personalium operationum: & per hunc etiam modum potest esse fomes in quibusdā intensior in comparatione ad operationes que indiuiduo debentur: non autem absolute prout naturas respicit: & per hoc patz solutio. **A**d tertium q̄: et illa facilitas que



ex consuetudine relinquuntur est s̄m hoc q̄ potētie in clinātur ad actus indiuidui. Ad quartum dicendum: q̄ alie passibilitates non sunt modo magis i homine q̄ antiquitus fuerint a tempore diluuii. vnde etiā dauid de hominibus sui temporis loquitur dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis: s̄ verum est q̄ ante diluuium homines diuicius vivebant virtute diuina hoc faciēte ad generis humani multiplicationem. Ad quintum dicendum q̄ alie passibilitates vt mortalitas: et huiusmodi non intenduntur et remittuntur ex diuersitate completionis s̄m q̄ naturam respiciunt. vnde mortale prout est differētia naturam speciei constituens non recipit magis et minus: sed solum s̄m q̄ ad consistentiam et operationes indiuidui cōparantur.

Inde queritur de causa originalis infectionis et circa hoc queruntur tria. Primo. vtrū a deo sit. Secundo. vtrū diuinam sapientiam deceat q̄ hoc modo permittit animam maculari. Tertio. vtrū anime ex sua creatione sint inequales vt magister in littera dicit.

Primum sic proceditur. Videtur q̄ infectio originalis a deo sit. Anima enim dū creatur infundit vt aug. dicit: sed anima i infusione maculatur. ergo et creatione: et sic a deo maculam habet. Preterea. magister supra dixit: q̄ si angelus in primordio sue creationis malus fuisset sequeretur deum mali esse actore: sed anima in principio sue creatōis maculata est. ergo sequitur q̄ illius macule deus sit causa. Preterea. vt Aug. dicit omnis pena a deo est: sed hec infectio precipue secundū q̄ post baptismum remanet pena quedam est. ergo a deo est. Preterea. quicquid cōsequitur principia nature procedit ab auctore nature: sed huiusmodi deo: dinatio ex principiis nature consequitur vt supra dictum est in quantum quilibet vis naturaliter in suum obiectum tendit. ergo a deo qui est. actor nature procedit. Preterea. nihil est ordinatum ad bonum nisi quod a deo est: sed s̄m est promouens ad bonum maxime s̄m q̄ post baptismum remanet. ergo a deo est. Contra. Damascenus dicit q̄ r̄ps assumpsit quod in natura nostra plātauit: sed corruptionem fomitis non assumpsit. ergo s̄m in natura nostra ab ipso non est. Preterea. Aug. dicit q̄ illud quo homo fit deterior non potest esse a deo: sed per infectionem fomitis tota humana natura deteriorata est. ergo talis infectio a deo nō est. Respō deo d̄d: q̄ in infectione originalis peccati est cōsiderare rationem culpe et pene. Culpe siquidem rationem habet in quantum ex voluntate inordinata primi pentis talis defectus consecutus est. vnde sicut actuale peccatum ipsius ade per quod volūtas ei⁹ deordinata est non habet deum auctorem: ita etiam nec ab ipso est totus defectus consequens s̄m q̄ rōnem culpe habet. si autem consideretur s̄m q̄ deficit ab aliqua perfectione: sic pena est: et huiusmodi pene quidem deus causa est. Sed sciendum est: q̄ non eodem modo est causa omnis pene. Quedam enim pena est per inflictionem alicuius contrarij affligētis vel corrumpentis: et talis quidē pena est a deo agēte a quo omnis actio s̄m q̄ ordinata est et passio per consequens principium sumit omnis autē pena cū iusta sit ordinata est. Quedaz vero pena est que simpliciter in ablatione vel defectu consistit: sicut ē subtractio gratie et aliquid huiusmodi: et hec quidem pe-

ne a deo sunt non quidem sicut ab agente aliquid: s̄ potius sicut a non influente talem perfectionem: q̄ in ipso est influere et non influere et vtriusq̄ sua voluntas causa est. si ergo consideretur s̄m quod ē pena non dicitur aliquam penam inflictam: q̄ super naturalia principia non supponit aliquid positive in homine: sed pertinet ad illud genus penarum quod in solo defectu consistit: ex hoc enim concupiscentia et s̄m inordinate inclināt quod suberactuz ē vnculum originalis infirmitate inferioris vires i obidietia rationis conuertens: et s̄m hoc dicitur huiusmodi pene deus causa esse in quantum illam originale iustitiam non confert homini nato quam primo homini creato contulerat. Ad primum ergo dicendum: q̄ creatio et infusio licet simul sint respectu anime tamē differunt: q̄ creatio dicitur s̄m respectū ad principium a quo ē anima tantuz infusio vero dicitur s̄m respectum ad duo. scilicet ad principium a quo procedit: et ad materiam q̄ perficit: cum ergo dicitur aia creatione maculatur ablatius iste potest denotare habitudinem alicuius cause: et sic falsa est: q̄ creatio anime non est causa q̄ maculatur nihil enim ex creatōe anima habet quod a deo non sit vel potest denotare concomitantiam: et sic vera est: q̄ dū creatur maculatur: ex quo tamen non sequitur q̄ deus macule actor sit. Cum vero dicitur anima infusione maculatur: si ablatius concomitantiam designat absolute vera est. si autē denotet habitudinem cause duplex est: q̄ vel intelligitur infusio esse causa macule ex parte principii a quo: et sic falsa est vel ex parte termini ad quem: et sic vera est. Ad secundum dicendum: q̄ non est simile de anima et de angelo angelus eni cretus est si vt forma alterius corporis. vnde non poterat ex parte materie defectus incidere: s̄ oportebat q̄ si in principio creationis peccati maculam habuisset quod ex parte creatis esset anima vero creatur vt actus cuiusdam corporis ex cuius coniunctione potest aliquam maculam contrahere: nec sequit q̄ macule illius deus principium sit. Ad tertium patet responsio per ea que dicta sunt. Ad quantum dicendum: q̄ q̄uis ferri in delectatione carnis sit d̄ natura ipsius concupiscibilis absolute considerare: non tamen est de natura eius s̄m q̄ est humana. i. p̄ rationis iudicium nata ordinari: et precipue secundū hoc q̄ natura humana potuit esse talis perfectio in ratione qua concupiscibilis penitus ordinaret: et s̄ quando preter ordinem rationis in suum obiectum fertur ex defectu quodaz contingit: et causa istius defectus in quantum culpe rationem habet ex deo non est vt dictum est. Ad quintuz dicendum: q̄ s̄m s̄m se in malum inclinaret sed q̄ in bonum promoueret hoc est per accidens. vnde non sequitur q̄ quolibet modo consideratus ex deo sit: q̄ ex quolibet malo aliqua bona per accidens proueniunt.

Secundum sic proceditur. Videtur q̄ diuinam sapientiaz non deceat q̄ anima corpori infundatur ex quo maculam contrahit. Nullus sapiens ponit thesaurum suum in loco i quo inquinatur: sed anima p̄ciosissimus thesaurus dei ē imagine dei insignita. ergo nō deceat diuinam sapientiam vt tali corpori infundatur ex quo maculam contrahat. Preterea. si deus aliquem in inferno poneret sine propria culpa non esset decens iustitie ei⁹ et sapientie: sed ex hoc q̄ aia ex infusione maculatur tū infernal pene incurrit. s̄ nō deceat deū vt tali corpi

eam infundat. **P**reterea infectio spiritualis est peior quam corporalis: sed consilium infectis lepra corporali ut a coitu abstineant ne filios infectos generent. ergo et multo fortius et deus instituire debuit ut homines a carnali opere cessarent ex quo per coitum genitos maculam originalis culpe contrahere necessesse est. **P**reterea nullus artifex sapiens facit tale opus ex quo sua intentio perfici non potest: sed finis propter quem deus fecit hominem est ut eius beatitudine perseveretur: cum ergo per hoc quod anima tali corpori infunditur reatum incurrat ut visione careat dei: videtur quod hoc sapientia dei non deceat. **P**reterea: ut fulgentius dicit deus illius rei est ultor: cuius non est auctor. ergo eadem ratione illius rei non est auctor ex qua de necessitate persequitur hoc cuius est ultor. sed ex unione anime ad tale corpus de necessitate sequitur infectio originalis culpe cuius deus est ultor. ergo tali corpori animam unire deum non deceat. **C**ontra. Non est decens ut deus opera sua mutet: sed deus sic instituit ut homines per servum primitionem generarentur: et quod corpori per coitum se in anima infundatur. ergo non deceat ut deus hoc mutaret. **P**reterea. non est sapientis inducere maiorem defectum ut minor defectus vitetur: sed maior esset defectus si humanum genus non multiplicaretur per cuius multiplicationem electorum numerus impletur quam quod puer in culpa originali nascitur. ergo non deceat deum ut multiplicationem naturalem humani generis cessare faciat ad originalis peccati infectionem vitandam. Respondet dicitur: quod sicut bonum gentis divinius est quam bonum hominis ut in primo ethicorum dicitur: ita etiam bonum uniuersi prepollet bono particularis rei: et specialis naturae. unde etiam defectus in uniuersis redundans deterior est. Si autem humani generis naturalis multiplicatio tolleretur in defectum totius uniuersi redundaret: quod vel subtraheretur natura aliqua de uniuerso quod ad perfectionem uniuersi confert vel etiam sicut in uniuersis sua naturalis perfectio tolleretur secundum quod uniuersis quodammodo est sibi simile generare et utrumque de defectum uniuersitatis redundaret. et ideo non debuit intermitteri humane generationis processus naturalis ut infectio originalis vitaretur. Et preterea iste est ordo naturalis in rebus ut posteriori remoto id quod prius est remaneat: nec ad eius remotionem tollat sicut quando remoues vitium remanet esse ut in libro de causis dicitur. Bonitas autem naturalis preexistit omni superaddite bonitati: et acquisita et gratia collate. unde subtracta illa bonitate quam deus humana nature gratis contulerat. si originalis iusticia non congruit ordini quem diuina sapientia rebus instituit ut aliquid eorum que ad naturalem bonitatem pertinent imutetur: et precipue cuius remaneat in natura facultas ad recuperandum illud quod deperditum est vel aliquid eo excellentius. Ad primum ergo dicendum: quod sicut non est sapiens qui thesaurum in loco mundo conseruabilem in imundo reponeret: ita esset valde insipiens qui thesaurum non aliter conseruabilem non etiam in imundo loco collocaret: et precipue si emendandi thesaurum possibilitas remaneret: dico etiam quod anima habet talem naturam: ut tali corpori uniat. unde si tali corpori non uniret oporteret quod vel omnino anima non crearetur vel quod alterius nature esset: et si alterius nature esset: et si hanc naturam non esset. unde constat quod hanc naturam con-

seruari impossibile est nisi per hunc modum.

Ad secundum dicendum: quod pena inferni est duplex quedam est que pro peccato actuali debetur: et ista est corruptio alicuius boni quod etiam ex naturalibus principii naturam humanam consequitur. unde iniustus esset ut aliquis talem penam subiret nisi per hoc quod propria culpa illam meruisset: quedam vero pena est originalis dicitur que nihil subtrahit eorum que nature ex principii suis debentur: sed aliquid humanam facultatem excedens tollit in quod tamen ordinata erat pro aliquid nature gratis collatum. unde nulla iniuria isti homini fit si non sibi datur quod sue nature non debetur secundum quod eam accepit. Ad tertium dicendum: quod lepra est corruptio illius boni quod principia nature consequitur: et sanari non potest. sed originalis infectio est corruptio illius boni quod principia nature non sequitur et curabilis est. et ideo non est similis ratio de utroque.

Ad quartum dicendum: quod ad hoc deus creaturam facit ut vnaqueque de sua bonitate participet quantum possibile est. meliusque est: ut secundum aliquem modum participet per nullo modo. dico ergo quod quantum illi qui in peccato originali nascuntur sunt obnoxii ut priventur illa participatione diuine bonitatis que beatos efficit in patria tamen participant: et facultatem participandi habent secundum modum qui possibilis nature est secundum suorum principiorum conditionem. unde patet quod non penitus deficit opus dei a fine in quem ordinatum est: et precipue cum venient in ulteriores participationes facultas non tollatur. Ad quintum dicendum: quod originali culpe debetur pena secundum hoc quod culpa est et hoc non habet ex unione anime ad corpus: sed ex voluntate primi parentis quod culpa sit. unde quantum deus animam corpori uniat non sequitur quod sit causa illius cuius ultor est.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod anime ex sui creatione non sint inequales. Differentia formalis diuersificat speciem: sed anima est forma corporis. cum ergo omnes homines unius sint speciei videtur quod ex parte anime nulla sit differentia in hominibus.

**P**reterea. Gregorius dicit quod omnes homines sunt natura pares: sed dignitas reiproprie attendit secundum formam suam. si ergo vnus homo habet animam ex creatione anime alterius nobiliores. vnus homo etiam secundum naturam alii preponderet quod est contra auctoritates iduictam. **P**reterea. ut in secundo de generatione dicitur. Idem semper est natum facere idem. unde oportet quod ab agente vniuersi sit effectus vniuersi: sed anima immediate a deo creatur: cum ergo in deo nulla sit diuersitas: videtur quod anime inequales ex creatione non sint. Si dicatur quod quibus non habeant diuersitatem ab agente habet tamen ex materia. Contra forme que secundum diuersitatem materie diuersificantur de potentia materie educuntur ut in formis corporalibus patet. sed anima rationalis non educitur de potentia materie: quod ut in xvi. de animalibus dicitur intellectus est ab extrinseco. ergo nec etiam ex diuersitate materie inequalitas in animabus esse potest. **P**reterea. in tertio methaphisicorum dicitur quod in diuiduis vnus species non est predicatio secundum prius et posterius: sed in diuersis speciebus contingit esse huiusmodi predicationem: ut si genus de eis secundum prius et posterius predicetur: tunc autem precipue videtur quod species per prius generis predicationem recipiat. quando nobiliores forme: et differentia nature generis precipue. ergo in diuiduis hoc non contingit ut vnus homo nobiliores forme

quod alius possideat. ergo videtur quod nec vnus homo animam ex creatione nobiliores habeat quam alius.

Contra in secundo de anima commentator dicit quod diuersitas materie et diuersitate forme preedit: sed videmus in hominibus et parte corporis magnam diuersitatem secundum quam vnus alio ad bonum et malum propior est ut patet in diuersis hominum complexionibus. et opus quod eorum aie ex sua creatioe diuersitate habeant. **C** Preterea videmus ad sensum quosdam homines esse melioris intellectus quam alios: sed bonitas intellectus non potest carere ex parte corporis: quia intellectus a corpore absolutus est ut in tertio de anima probatur. et opus quod hoc contingat ex diuersitate quam aie a sua creatioe habent. **C** Respondeo dicens: quod de anima et angelo est duplex opinio. Quidam enim dicunt animam et angelum ex materia et forma compositum: vel ex aliquo duobus quod sunt partes essentie eius: et secundum hoc potest forte aliquis modus inueniri quo assignat diuersa animarum et angelorum: ut sint plures in specie vna et ex se ipsis: quia vnitas speciei erit ex principio formali in ipsis: diuersitas autem indiuiduorum est ex diuersitate materialis principii: et ex hoc et potest in eis gradus quidam nobilitatis attribui: et hoc versus verba magistri sonare qui dicit ex modo in animabus esse diuersam quod est in angelis est: sed quia supra dictum est secundum aliam opinionem: quod anima et angelus nature simplices sunt: et non est in eis compositio nisi ex esse. ideo opus quod quocumque diuersa in eis est ex se ipsis: quod sit diuersa formalis et speciei diuersitatem inducens: et propter hoc etiam tactum est quod in angelis tot sunt species quot indiuidua. et ideo non est possibile: ut diuersitas animarum ponatur ad modum illum quo distinguitur gradus in natura angelica cum omnes aie rationales vnus speciei sint duntaxat aut numero solo omnes aut talis diuersitas ex materia caratur. et ideo cum anima non habeat materiam partem sui opus quod diuersitas et distinctio gradus in animabus cauetur ex diuersitate corporis: ut quanto corpus melius complexionatum fuerit nobiliores animam fortatur: cum omne quod in aliquo recipitur per modum recipientis sit receptum: et hoc quidem duplici signo patet. primo ex his que diuersi generis sunt: quia vnus quodam inuenitur nobilior generis animarum principare quanto corpus eius ad mobilem generationem complexionis pertingit ut in hominibus brutis et plantis. vnde etiam in his que sunt vnus generis ex hoc contingit diuersitas animarum quod est in corporibus diuersitas: et hoc etiam patet ex signo boni intellectus quod probatur in secundo de anima dat intelligere dicens eos qui sunt boni tactus: et molles carne aptos mente esse: bonitas autem tactus ex equalitate complexionis contingit: quod opus ut in sensu tactus inter contraria tangibilia sit medium: et quanto magis peruenit ad medium tanto melior erit tactus. vnde patet quod ex diuersitate corporis animarum diuersitas resultat. **C** Ad primum ergo dicens quod diuersitas formalis est duplex quedam que est forme per se secundum id quod ad rationem forme pertinet: et talis diuersitas forme diuersitatem speciei inducit. Est autem quedam diuersitas forme non per se: sed per accidens ex diuersitate materie resultans secundum quod in materia melius disposita digni forma principat et talis diuersitas speciem non diuersificat: et hoc est diuersitas animarum. **C** Ad secundum dicendum: quod Gregorius loquitur de pitate et imparitate que attenditur secundum diuersitatem et subiectionem: quia vnus homo ex natura sua non habet quod dominetur alii. vnde patet quod non est ad propositum. **C** Ad tertium dicens: quod quis deus sit vnusagens in quo nulla est diuersitas: tamen quia per voluntatem agit

potest multiformes effectus producere per libitum sue voluntatis. sed hoc esse non potest quod aliqua in specie conuenientia in forma habeant diuersitatem: quia hec contradictionem implicant. et ideo oportet quod diuersitas que est in animabus eiusdem speciei in diuersitate materie reeducatur. **C** Ad quartum dicendum: quod quod anima rationalis non educatur de potentia materie tamen creatur in materia ut actus ipsius. et ideo oportet quod in ea secundum modum materie recipiatur. **C** Ad quintum dicens: sicut ad primum. **C** Ad sextum dicens quod diuersitas materie potest accipi dupliciter vel diuersitas primum speciei id est primum speciei distinctum: siue formaliter ut manus pes et huiusmodi: et talis diuersitas causatur ex parte forme: quia ex hoc quod forma est talis opus quod corpus sit sibi sic dispositum: est autem quedam diuersitas materialis tamen que ad speciem non pertinet sed ad indiuiduum tantum: et ista redundat ex materia in formam et non e conuerso. **C** Ad septimum dicendum: quod quis intellectus sit absolutus a corpore quantum ad proprias operationem que corporali organo non expletur tamen coniunctionem habet ad corpus dupliciter. scilicet ex parte essentie anime que forma corporis est et ex parte inferiorum potentiarum ex quibus intellectus recipit: et per istum modum diuersitas corporis in diuersitate intellectus redudat. **C** Ut post dominari non valeat et c. videtur ex hoc quod aliquis etiam post concupiscentias dominium originalis peccati reuocet: et ita ex actuali culpa originalis redit: sed dicens quod peccatum actuale dupliciter dominium concupiscentie reuocatur: tum quia gratia tollitur que impetum concupiscentie mitigabat: tum quia per peccatum actuale promittas in peccatum augetur: neutro autem modo originale redit: ut ex predictis patet quia et sit gratia subtrahitur: non tamen per actum originis. vnde non originalis macula: sed actualis consequitur. similiter etiam nec ex hoc quod promittas per consuetudinem augetur: quia hoc non pertingit ad id quod nature est quod per se originale rescipit: sed personam consequitur ex actibus personalibus relicta. **P**reterea reatu et maneat actu: et c. actus non sumitur: hic pro operatione: quia sic originale peccatum in actu non consistit: sed per modum quo actus contra potentiam diuiditur ut id quod iam presens est actu esse dicatur: sicut tectitas in actu esse dicitur quando aliquis actu cecus est. Quibusdam videtur quod si cut anima et c. vtraque opinio vera est secundum aliquid intellecta: quia si accipitur pollutio carnis quantum ad hoc quod personam respicit sic in baptismo mundatur: ut iam per illam pollutionem anima illius hominis infici non possit in quantum vero respicit naturam: sic non purgatur: quia infectio illa in prolem ex actu nature propagatur: non tamen ut aiunt sit preiudicium veritatis et c. verum est si intelligatur de veritate fidei: quia contrarium fidei non est tamen est contra veritatem: quam ratio ad inuenire potest et experientia docet. Quia cum infunditur corpori delectatur carni et c. hoc non potest esse: quia illa delectatio aut diceret operationem aliquam: et sic esse peccatum actuale ut magister dicit aut diceret naturalem inclinationem qua anima corpori coniungitur: et in hoc non potest esse peccatum: quia quod naturale est malum esse non potest.

## Distinctio.

## Trigesima tertia.

An peccata hominū pcedētū patrū puuli originaliter trahant vt peccatum ade.

**R**edictis adiciendū videt: an peccata pcedentium patrum ad puulos trāseāt: sicut illud primi hoīs delictū i oēs carnaliter genitos diximus redūdasse. Et si peccata parētū trāseant i puulos: vtrū oīuz q fuerūt ab adā vsq; ad ipsos: in aliquoz ⁊ nō oīum. De hoc Aug. in ench. ambigue disse- rit. Viderē enī approbare peccata parētū pcedētū iputari puulis: nō oīum tñ q fuerūt ab adā: ne iportabili ⁊ nimia sarcina i pena eter- na grauarent puuli: s; tñ eoz parētū: q eos a quarta generatiōe pcesserūt. Qd̄ firmat il- lis verbis quibus i exodo dñs ait: Ego suz deus visitās iniquitates patrū vsq; i tertiam ⁊ quartā generatiōē: quasi peccata parētū primoz tñ puulis iputet: ⁊ nō alia. qd̄ ē p moderationē diuine miseratiōis. Et q nō il- lud solū primi hoīs delictū puulos teneat: s; ēt alia: illi qb̄ ita v̄r ex eo firmat: q ēt puuli nō mō maiores dicūtur baptizari i remissio- nē peccatoz p pluralē numez nō p singularē in remissionē peccati. Et dauid de legitimo matrimomo pcreat⁹ dicit. In iniquitatibus pceptus sū ⁊ i. p. con. m. m. m. Nō dic̄ iniquitate vl̄ peccato. An̄ putat: nō tñ illud vnū pec- catū originale: s; ēt plura q i peccato ade repi- ri possūt: ⁊ alia parētū peccata puulis iputari Quod in illo vno primo peccato plura reperiuntur.

**Q**uod vero in actuali peccato ade plu- ra notari valeāt peccata: Aug. i ench. insinat. Possunt iquit intelligi pec- cata plura i vna trāsgressiōe ade: si i sua quasi i mēbra diuidat. Nā ēt supbia ē illic qz hō i sua potius esse q̄ dei p̄tate dilexit. Et sacrile- giū: qz deo nō credidit. Et homicidiū: qz se i mortē p̄cipitavit. Et fornicatio spūalis: qz integritas mētis humane serpentina psuasio- ne corrupta ē. Et furtum: qz cibus phibitus vsurpatus ē. Et auaritia: qz plus q̄ sufficere illi debuit appetiuit. Et si quid aliud in hoc vno inueniri pōt. Deinde de parētū pceden- tū peccatis vtrū puulis iputent: magis opi- nando q̄ asserēdo disceptat ita ingens. Pa- rentū peccatis puulos obligari: nō solū pri- moz hominū: s; ēt ipsoz de quibus ipsi na- ti sunt nō i probabilitate dī. Illa quippe diui- na snia. Reddā peccata patrum i filios: tenet eos ante regenerationē: vsq; adeo vt ēt de le-

gitimo matrimonio procreat⁹ dicat. In ini- quitatibus conceptus sum: ⁊ in. p. con. m. m. m. Non dixit iniquitate vel in peccato: cuz ⁊ hoc recte dici possēt. sed iniquitates ⁊ pec- cata dicere maluit: qz ⁊ in illo vno qd̄ in oēs hoīes p̄trāsīt. atq; tam magnum est vt eo mu- taretur humana natura: reperiuntur sicut su- pra disserui plura peccata. ⁊ alia parentū que non ita possunt mutare naturam: reatu obli- gant filios: nisi gratia dei subueniat. Sed de peccatis aliozū parentum quibus ab ipso Adam vsq; ad patrem suum progeneratiōi- bus suis quisq; succedit: nō i merito discepta- ri potest: vtrū omnium malis actibus ⁊ mul- tiplicatis delictis originalibus: qui nascitur implicetur: vt tanto peius quanto posterius quisq; nascatur. An propterea deus in tertiā ⁊ quartam generatiōem de peccatis parētū posteris eoz cōminef. qz irā suā quātū ad p- generatoz culpas nō extēdit vterius mode- ratione miseratiōis: sue ne illi quibus rege- nationis gratia non confertur: nimia sarci- na in ipsa eterna dānatiōe premeret: si cogē- rētur ab ipso initio generis humani omniuz pcedentiu parentū suoz originaliter pec- cata cōtrahere: ⁊ penas pro eis debitas pen- dere. an aliquid aliud de re tāta scripturis san- ctis diligētius perscrutatis ac tractatis: vale- at vel non reperiri: temere affirmare non au- deo. Ecce perspicuum sit lectori Aug. supe- riora dixisse non asserendo: sed diuersozū opinionones referendo.

Ostendit Augu. sibi fore contrarium si id sentiret.

**U**oquin sibi ipsi contradicere osten- deretur: qui in eodem libro omnium mitissimam dicit esse penam puulo- rum: qui originali tantum tenentur peccato. His verbis mitissima sane penateozū erit: qui preter peccatum quod originale traxerūt nullum insuper addiderunt. ⁊ ceteris qui ad- diderunt tanto quisq; ibi tollerabiliozem ha- bebūt dānationem quanto hic minorem ha- buit iniquitatē. Ecce hic apte dicit puuloz penam omniū aliarum penarū esse leuissimā. Quod si ē: nō igiē peccatis patrū pcedētium obligant nisi ade. si enim pro peccatis actua- libus parentum eternaliter punirētur: ⁊ pro suo originali: non iam minus: sed forte ma- gis q̄ ipsozū parentes punirentur. Nō igi- tur pro peccatis parentū actualibus: nec ēt pro actualibus primi parentis: sed pro origi- nali quod a parentibus trahitur: paruuli dā- nabunt: pro eo nullā aliam ignis materialis

vel conscientie vermis penam sensuri: nisi q̄  
 dei visione carebūt in perpetuū. Uno igitur  
 ⁊ nō pluribus peccatis paruuli obligati sūt.  
 Unde etiā ea quibus illa opinio muniri vi  
 detur. s. q̄ peccata ⁊ iniquitates in paruulis  
 aliquādo scriptura esse. significat: vtens plu  
 rali numero: ita determinat Aug. in eodē li  
 bro: quia in scriptura per singularē numerū  
 pluralis numerus sepe significari solet. vt ibi  
 Ora ergo ad deum vt auferat a nobis serpē  
 tem: non ait serpentes quos patiebatur po  
 pulus. Et econuerso per pluralem significa  
 tur singularis numerus. vt in euāgelio Ado  
 rui sunt enim qui querebāt animas pueri nō  
 ait mortuus est: cui loqueret de herode. In  
 exodo. Fecerūt deus aureos: cum vnum fe  
 cerint vitulum de quo dixerūt. Isti sunt dū  
 tui israhel. Ita ⁊ illud originale vnum plurali  
 numero significat: cū dicimus puulos i pec  
 catoꝝ remissionē baptizari: ⁊ in peccatis vel  
 iniquitatibus concipi.

An actuale peccatum Ade sit grauius  
 ceteris.

**I**c queri solet vtrū peccatus trāsgres  
 sionis ade: ex quo processit originale  
 ⁊ in quo plura superius notata sunt  
 peccata: grauius fuerit ceteris peccat. Qui  
 busdam ita esse videt: qz illud peccatum totā  
 humanā naturā mutauit. sic Aug. i ench. dic  
 illud vnum peccatum in loco ⁊ habitu tāte  
 felicitatis ammissum: tam magnum est vt in  
 vno homine originaliter: ⁊ vt ita dixerim ra  
 dicabiliter totum genus humanum dānaret  
 Idem in libro de ciuitate dei. Tanto maio  
 riori iniusticia violatū ē illud mādatū quanto  
 facilioꝝ poterat obseruātia custodiri. Non  
 dus enim volūtati cupiditas resistebat: quod  
 de pena trāsgressiōis postea securū est. His  
 aliisq̄ nitūtur auctoritatibus: qui illud pecca  
 tum ceteris aliorum hominum peccatis gra  
 uius esse dicunt. Quod etiā rōne ostēdere la  
 borāt hoc modo. Magis nocuit illud pecca  
 tū q̄ aliquod aliorum: qz totum humanū ge  
 nus viciāuit ac mortū vtriq̄ subdit: qd nullo  
 alio peccato factum est. Maiorē ergo effectū  
 mali habuit illud peccatū q̄ aliquod aliud.

Responso contra illos vbi alia peccata  
 ostenduntur illo maiorā.

**Q**uod dici potest: qz licz illud pec  
 catum humanā naturam mutauerit  
 in necessitate mortis: ⁊ in totum ge  
 nus humanum reatus diffuderit: n̄ est tñ pu  
 tandum grauius fuisse peccato in spiritu san  
 cto: qd neqz b neqz i futuro vt veritas ait di

mittitur. Quod vero totam humanam natu  
 ram corrumpit: non ideo ē: quia grauius fue  
 rit cūctis aliis peccatis: sed quia ab homine  
 cōmissus est: quando in vno homine tota hu  
 mana natura consistebat. ⁊ ideo tota i eo cor  
 rupta est. Maioremq̄ effectum mali intulit  
 quantum ad multiplices defectus: qui ex eo  
 manauerunt: sed non in quantum ad penam  
 eternam: quam grauiorē non meruit q̄ plu  
 res postea meruerint per alia peccata: immo  
 alios grauiorē promeruisse credimus iram  
 q̄ adam meruerit.

Ad illud peccatum sit primis parenti  
 bus dimissum.

**I** vero queritur an illud peccatū pri  
 mis dimissum fuerit parentibus: di  
 cimus eos per penitentiam veniam  
 consecutos. Unde Aug. in lib. de baptismo  
 paruulorum. Sicut illi primi parentes pos  
 tea iuste viuendo: credunt per domini san  
 guinem ab extremo liberati supplicio: nō ta  
 men in illa vita meruerunt ad paradysum re  
 uocari. sic ⁊ caro peccati etiam remissis pec  
 catis: si homo in ea iuste vixerit: non continuo  
 meretur eaz mortem non perpeti: quā traxit  
 a propagine peccati.

Quod peccata parētum visitentur i filios  
 ⁊ q̄ non sunt aduersa que deus dicit in exo  
 do ⁊ in ezechiele.

**L**icet peccatis parentum nisi Ade  
 paruuli non obligentur: non est tam  
 diffidendum peccata parentum in fi  
 lios redundare. sicut dominus in exodo ad  
 Moyses ait. Ego de⁹ fortis zelotes visitās  
 iniquitates patrum in filios vsq̄ in tertias ⁊  
 quartam generationem: his qui oderūt me.  
 His verbis aperte insinuat q̄ de⁹ reddit  
 peccata patrum super filios tertios ⁊ quartos  
 huic autem videtur aduersari quod domin⁹  
 in ezechiele ait. Quid est quod inter vos pa  
 rabolam vertitis i prouerbum istud dicen  
 tes. Patres comederunt vnam acerbam: et  
 dentes filiorum obstupescunt. Vno ego di  
 cit dominus. si erit vobis vltra parabola hec  
 in prouerbiū. Dēs aīe mee sunt: vt aīa p̄ris:  
 ita ⁊ aīa filij mea ē. Et aīa q̄ peccauerit: ipsa  
 moriet. filius nō portabit iniquitatē p̄ris: ⁊ p̄  
 nō portabit iniquitatē filij. Iustitia iusti super  
 eū erit: ⁊ impietas impij super eū erit. His verbis  
 v̄ de⁹ corrigere p̄ p̄bas qd male dixerit i  
 lege. Si enī peccata patrum reddit in tertiam ⁊  
 quartā generationē: iniustitia v̄ eē dei: vt ali  
 us peccet: ⁊ alius punit. Quomō enī iusti  
 est alij peccare: ⁊ alij peccata lugere.

**D**eterminatio premissarum auctoritatus  
conuenientiam ostendens.

**E**d vt ait Hiero. ne lex & prophete. i.  
s exodus & Ezechiel: immo ipse deus  
qui & hic & ibi locutus est: in senten-  
tiis discrepare videantur: attendamus siue  
illius auctoritatis exodi. Dico enim reddas  
iniquitates patrum in filios: addit his qui  
oderunt me. per quod euidenter ostendit nō  
ideo puniri filios: quia peccauerunt patres  
sed quia eis similes quodam hereditario ma-  
lo deum oderunt. Illud ergo quod in exo-  
do dominus dicit: sicut Hiero. tradit: nō id  
sonat quod multi existimant. nec est simile  
huic prouerbio: Patres comederunt uuas  
acerbam &c. Illud enim exodi Hiero. super  
Ezechielem: & Augu. super psalmum. De-  
us laudem meam ne tacueris: de filijs pecca-  
cata patrum imitantibus accipiendum cen-  
sent. super quos dicitur deus reddere pecca-  
ta patrum: quia punit eos: eo q̄ imitātur pec-  
cata patrum: non quia patres peccauerunt.  
Nō itaq; corrigat dominus in p̄p̄ha quod  
ante dixerat in lege. sed quomodo intelligen-  
dum sit aperit. Unde & illos qui prauē intel-  
ligebant: arguit: qui dicebant. Patres co-  
mederunt &c.

Quare dixerit in tertiam & quartam ge-  
nerationem: & quare patres tantum comme-  
morat.

**E**rumtamen si de imitatoribus ma-  
lorum illud accipitur: quare tertiā &  
quartam generationem tantum com-  
memorauit. cum in qualibet generatione rei  
teneantur qui peccata patrum imitantur. Et  
quare patres commemorauit: cum & illi om-  
nes mali sint qui quorūlibet malorum pecca-  
cata imitantur. Sed ideo patres spiritualiter  
nominauit: quia maxime patres filij imitari  
solent: quos precipue diligunt. Et tertiam &  
quartam generationem ideo memorauit: qz  
solent parentes interdum tandiu uiuere. do-  
nec filios tertios & quartos habeant: qui pa-  
trum iniquitates videntes: eorum impietatis  
heredes per imitationem efficiuntur. Secun-  
dum hunc modum recte intelligitur ad litte-  
ram quod in exodo dicitur.

Quomodo illud exodi intelligi debeat  
secundum misterium.

**Q**uod etiam mystice intelligendum eē  
ostēditur ex eo q̄ parabola dicitur.

Si enim parabola est vt ait Hiero.  
aliud verbis sonat: aliud sensu continet. An-  
de aliqui ita edisserunt: patrem in nobis esse

dicunt: leuem punctum sensuum. s. primum  
motum suggestionis vel cogitationis. Fili-  
um vero si cogitatio conceperit peccatus. in  
quo notatur consensus & delectatio mulieris  
Nepotem si quod cogitaueris atq; conce-  
peris: opere compleueris vel complere decre-  
ueris. in quo notatur consensus viri siue pa-  
tratio peccati. Pronepotem autem si non  
solum feceris: sed si in eo gloriaris: & hec est  
quarta generatio. Non quia tres precesse-  
runt: sed quarta dicitur: quia quarto loco a  
primo motu qui est quasi pater enumeratur.  
Deus igitur primos & secundos motus. i.  
stimulos cogitationum quos greci propa-  
theis vocant: sine quibus nullus hominum  
esse potest. non punit eternaliter. sed si cogi-  
tata quis facere decreuerit: & que fecerit cor-  
rigere noluerit: que sunt mortalia peccata: et  
tertia & quarta generatio.

Per quid probetur q̄ primus motus nō  
puniatur eternaliter.

**P**robandum vero vt ait Hiero. q̄  
a primus pulsus cogitationis nō punia-  
tur eternaliter. a deo illud de genesi  
offerēdū ē. Cham enī peccauit irridēs nudi-  
tatem patris: & suam nō ipse: s; fili⁹ eius cha-  
naam accepit. Maledictus chanaan: seruus  
erit fratrum suorum. Que enim iusticia ē vt  
pater peccauerit & filius punitus sit. Sed in  
misterio illud dictum est.

Redictis adiciendus esse videt &c.

Postq̄ deteriorauit de peccato origi-  
nali quātū ad p̄cipiū & quātū ad ter-  
minum ostendens quomō a pentibus p̄-  
batur: & quomodo per baptismum di-  
mitatur. hic determinat de eo quan-  
tum ad numerum inquirens vtrum  
originale sit vnus vel multa & diuiditur in duas. In  
prima inquit si peccatum originale sit vnum q̄si ex  
vno peccato cātum & inductum an multa q̄si ex pec-  
catis omnium precedentium parentum relictum et  
ostendit q̄ ex peccato primi parentis inducitur tan-  
tum. In secunda inquit si ex peccato proximorum  
parentum aliqua pena in filios redundet. ibi. Et li-  
cet peccatis parentum &c. Prima diuiditur i duas.  
In prima ostendit q̄ ex solo peccato primi parentis  
tota posteritas originali inficitur. In secunda inqui-  
rit de illo peccato primo cuiusmodi fuerit. ibi. Hic  
queri solet vtrum peccatum &c. Prima diuiditur in  
tres. In prima mouet questionem. In secunda indu-  
cit probationem ad partem falsam ad ostēdum pecca-  
ta precedentium parentum in paruulos trāsire. ibi.  
De hoc Aug. i encheridion &c. In tertia iducit ad p-  
tē verā. ibi. Deinde de pentū precedentium peccatis.  
Quod autem peccatum originale ex pluribus pecca-  
tis causetur: & non ex vno tantum primi parentis  
tripliciter. In sc̄sa parte. ostēdit. Primo ex auctoris

te Exodi. xx. Ego sū de<sup>9</sup> te. Secūdo ex hoc q̄ in scrip-  
tura originale pluraliter significatur. ibi. Et q̄ non  
illud solus te. Tertio ex multiplicitate peccati ipsius  
ade. ibi. Quod vero in actuali te. Deinde de paren-  
tum te. Hic inducit ea que sunt ad contrariam par-  
tem. Et primo ostendit q̄ etiam ea que predicta sūt  
ab Augustino per modum dubitationis tradita sunt.  
Secundo ostendit q̄ etiam eius sententie contradi-  
ceret si ita poneretur. ibi. Alioquin sibi contradice-  
ret te. Ubi etiam soluit ea que pro parte alia indu-  
cuntur. ibi. Querit solet te. Hic inquit quale fuerit  
illud vnum ade peccatum quod totam humanā na-  
turam infecit. Et diuiditur in partes duas. In p̄ma  
inquit de gravitate eius: vtrum. s. ceteris peccatis  
gravius fuerit. In secūda inquit de remissione ipsius  
vtrū. s. ceteris parētibus remissus sit. ibi. Si vero q̄  
ris an id peccatū te. C̄ Circa p̄mū tria facit. Primo  
mouet q̄nē. secūdo iducit quādā opinionē et pbatio-  
nē eius. ibi. Ad q̄busdā: ita eē v̄ te. In tertia indu-  
cit solutionē illius pbationis. ibi. Ad q̄d dicit p̄t te.  
Et h̄ peccatis parētū te. N̄tēs q̄ peccata proximorū  
parentum in filios non redundant quātum ad  
infectionē originalis macule. Hic inquit vtrum in  
eos redundēt aliquo modo quantum ad aliquam pe-  
nam. Et diuiditur in partes duas. In prima mouet  
dubitationē. In secūda determinat eam. ibi. S̄ vt  
ait Hieronimus te. Et diuidit in duas. Quia p̄mo  
determinat eam exponēdo auctoritates ad l̄as. In  
secūda exponēdo eas mistice. ibi. Quod etiaz  
ce intelligēdū esse ostendit te. C̄ Circa primū duo  
facit. Primo ponit auctoritatem et expositionem per  
quam ad concordiam reducunt. Secundo etcludit  
quādā obiectionē. ibi. Verūtānē s̄ de imitatoribus  
te. q̄ etiam mistice te. Hic determinat dubitationē  
p̄m misticā expositionē. Et primo ponit expositionē.  
Secūdo inducit pbationē eius q̄d supposuerat. ibi.  
Ad probandum vero vt ait Hieronimus te. Hic ē  
duplex questio. Prima de vnitare originalis pecca-  
ti. Secundo de pena eiusdem. C̄ Circa primū q̄-  
runtur tria. Primo si peccata proximorum paren-  
tum in filios transeant quantum ad infectionem ma-  
cule originalis. Secundo dato q̄ non si eos ad ali-  
quam penam obligant. Tertio si originale peccatum  
est vnum vel multa.

Primum sic proceditur. Videtur q̄ ex proxi-  
mis parentibus aliquis cōtrahat maculam  
originaliter. In successiva enim generatiōe  
hominū quāto accipit generās primus tanto effica-  
cius similitudinem suam in genito inducit. vnde filij  
magis assimilantur patribus q̄ auis et proavis: et  
sic deinceps: sed traductio originalis fit secundum  
assimilationē generātis ad genitū: q̄ in originali na-  
tus ēt in originali generat. q̄ magis h̄bit natus ori-  
ginale peccatum proximi parentis q̄ peccatū ade.  
C̄ Pre. ex libidine coitus vt supra dicit Aug. relin-  
quitur originale in prole. sed libido illa ē proximi pa-  
rentis qualiter cūq̄ sumatur. ergo ex peccatis primi-  
morum parentū proles originaliter inficit. C̄ Pre.  
omnium cōuenientū in specie est eadē relatio ad na-  
turā sp̄i: sed oēs hoīes in specie conueniunt. si ergo  
adam per actum proprium naturam humanā corrup-  
per potuit: v̄ q̄ etiā alij p̄ actualia peccata humanā  
naturā in seipsis corrup̄ar: sed filius accipit naturā  
humanā a patre. ergo oēs q̄ ex peccato actuali primi  
parentis sequatur infectio originalis culpe in ple.

Si dicatur q̄ hoc nō p̄t eē: q̄ ex quo natura huma-  
na corrupta est p̄ p̄mum parentem vterius p̄ sequē-  
tia nō corrupitur. Cōtra p̄mū peccatum non ex toto  
naturam humanam corrumpit: sed quod non ex to-  
to corruptum est adhuc corruptibile remanet: et ma-  
gis q̄ primo fuit. ergo humanam naturam possibile  
est etiam per sequentia peccata corrumpi: et preci-  
pue: cum alia sint eque graua vel grauiora: q̄ pri-  
mum fuit. Si dicatur: q̄ ideo per actum ade natura  
corrumpi potuit: quia ipse principium nature sue fu-  
it quod aliis non conuenit. C̄ Contra. Ponatur q̄  
aliquem alium hominem deus ex limo terre forma-  
ret constat q̄ istius adam principium non esset: sed  
illud quod est nature principium habet habitudines  
principij ad oīa participantia naturam illam. ergo  
v̄ q̄ ade non per se conueniat q̄ sit principium hu-  
mane nature: sed per accidens tantum. Illud autē  
quod est per accidens non causat variam habitudi-  
nem indiuidū ad naturam speciei in quantum speci-  
es est. ergo ex hac non sequitur q̄ Adam potuerit  
inficere naturam humanam cum: et alij possent.

C̄ Contra. Ro. v. per vnum hominem peccatum i  
hunc mundum intrauit: et loquitur de peccato origi-  
nali vt supra dicit Aug. ergo tantum ex primo parē-  
te traducitur peccatum originale: et non ex peccatis  
proximorum parentū. C̄ Preterea. originale ex ac-  
tu originis causatur: sed actus originis est vniformis  
et vnum in tota natura humana. ergo oportet q̄ infe-  
ctio que ex eo consequitur non indiuerfa principia:  
sed in vnum tantum reducat. C̄ Respondeo d̄d:  
q̄ sicut supra dictum est nullus defectus traducitur  
de necessitate ex parente in prolem maxime qui ex  
parte anime se teneat nisi qui naturam speciei respi-  
cit defectum autem ad naturam pertinentē solus p̄-  
mum peccatum induxit: ipsum enim discontinuauit  
adhesionem hominis ad deum: et hoc autem q̄ conti-  
nue homo deo adhebat: hoc virtus illi indita erat  
vt sub obedientia rationis continue subderentur in-  
feriores vires: et sub obedientia anime corpus pp̄  
hoc. s. q̄ ratio suo superiori continue subdita fuerat i  
tercisa autem prima obedientia per hoc q̄ ratio p̄mū  
hominis a deo auersa est per peccatum consecuta ē  
disturbatio ordinis in inferioribus viribus ad ratio-  
nem et corporis ad animam: sequentia autem pec-  
cata non sunt causa huius intercisionis. s. rōnis hūa-  
ne ad deū: q̄ siue alij homines peccaret siue n̄ semp  
hoc remanebat in natura humana q̄ aliqui rō homi-  
nis a deo auersa fuerat: s̄ ex aliis peccat̄ relinquit̄  
defectus et corruptiōes p̄sonā respiciētes in quantum q̄  
peccat efficit p̄rior ad peccatū. et id peccata actua-  
ia primorū parētū nullo mō in filios trāseunt. C̄ Ad  
p̄mū ergo d̄d: q̄ assimilatio generātis ad genitū per  
se loquendo est in natura speciei: q̄ generans vniuo-  
cum generat sibi simile in specie contingit autem q̄n̄  
q̄ etiam in accidentibus indiuidū sit assimilatio  
filij ad patrem: sed hoc non est nisi in accidentibus  
corporalibus vt q̄ podagricus generet podagricus  
nō aut̄ i accidētib<sup>9</sup> aie. non enī muscus generat mu-  
sicū: s̄ rōnals rōnalē peccata aut̄ primorū parentū  
nihil i naturam corruptionis inducunt in quantum na-  
tura est: q̄ natura iam corrupta est p̄m q̄ corrupi po-  
tuit p̄ peccatū primi hoīs. et id nā cū illa corruptiōe p-  
uenit ad primos pentes: et cū illa corruptiōe nām tra-  
ducit. et id d̄ q̄ oīs hō generat iquātū ē adā: et ita p̄  
q̄ ex solo peccato p̄mū parētis originale contrahitur

**C**Ad secundū dōm: q̄ libidō proximī parentis p̄r quam peccatū originale in prolem inducitur quocūq̄ q̄ modo sumatur nō habet virtutem inficendi prolem macula culpe: nisi s̄m q̄ consecutum est ex voluntate inordinata p̄imi parentis, & ideo tota causa infectionis in peccatū p̄mi parentis retorquet̄.

Secundum sic proceditur. videtur quod malum sit ens sicut natura quedam primo modo accipiendi ens ut ea que positive aliquid predicant. Omne enim genus est natura quedam: quoniam non entis non sunt neque species neque differentie ut philosophus dicit: cum tamen omne genus in species per differentias dividatur: sed bonum et malum sunt genera aliorum ut in predicamentis dicitur. Sed malum est aliquid positive predicans. **Preterea**, omne contrarium est natura quedam: quod contraria in eodem genere sunt et nihil est in genere ut species nisi sit natura quedam: sed bonum et malum sunt contraria: ut in littera dicitur. ergo malum est natura quedam. **Preterea**, omnis differentia que constituit speciem est aliquid positive predicans: sed malum et bonum sunt differentie in prima specie qualitatis constituentes diversas species habitus. ergo malum aliquid positive predicat. **Preterea**, nihil pugnat aut corrumpit nisi agendo: nihil autem agit nisi habeat naturam aliquam: cum ergo malum corrumpat bonum et pugnet contra illud: videtur quod malum sit naturam quadam habens. **Preterea**, omne quod corrumpit generat aliquid: quia corruptio unius est generatio alterius: ut in primo de generatione dicitur: sed mali est corrumpere: ut dicitur quarto capitulo de divinis nominibus. ergo eius est etiam generare: sed nihil generat nisi habens naturam aliquam quam generato tradat: ergo malum est naturam aliquam habens. **Contra**, omne quod est a primo bono bonum est: cum ex hoc omnia bona sint quod ab eo sunt ut infra libro de eodemodibus boetius dicit. sed omnis natura a deo est qui est summum bonum. ergo malum non est natura aliqua vel ens aliquid positive dicitur. **Preterea**, nihil appetit suum contrarium. sed omnis natura appetit bonum: quod unumquodque appetit sui ipsius perfectionem: ergo cum malo sit bonum oppositum malum non erit ens natura aliqua habens. **Responsio** dicitur. quod Avicenna in sua metaphysica ponit perutile divisionem quandam mali que ex verbis eius colligi potest. dicit enim quod malum dicitur aliquid dupliciter vel per se vel per accessum. per se malum dicitur ipsa privatione perfectionis qua aliquid malum est et a quibusdam malum abstracte sumptum dicitur. hoc autem est duplex: quod illa privatio vel est privatio perfectionis que est necessarium in esse primo rei: et ista privatio omnibus est malum: ut privatio pedis et manus et hominis: vel est privatio alicuius perfectionis secunde: sicut privatio geometrie et hominis: et talis privatio non semper cuiuslibet est malum: sed ei tantum qui ad eam habendam operam dedit vel eam habere debet. malum autem per accessum est duplex: vel id quod est subiectum talis privationis vel id quod talem privationem in altero causat: utrumque istorum est malum concrete sumptum. Illud autem quod est subiectum privationis potest accipi quadrupliciter. quia vel est actio vel habitus vel passio vel substantia. Actio quidem si privationem diti finis et dicitur circumstantie habeat rationem mali culpe habebit. et quod ex similibus actibus similes habitus generantur: inde contingit quod habitus ipsi qui ex talibus actibus relinquantur mali sunt sicut habitus viciose passio autem privationem habet per quam aliquid in patiente corrumpitur. et talis passio malum pene dicitur vel defectus nature in illis in quibus non potest esse culpa nec etiam pena esse. et quia nullum accidens potest esse subiectum alicuius quod privative vel positive dicitur nisi gratia substantie que ei subiicitur. id oportet

quod ulterius intelligatur subiectum huius privationis que per se malum est substantia esse secundum quod dicitur homo malus et anima mala. Si autem dicatur malum per accidens: quod causat talem privationem habet potest esse dupliciter. quia causa privationis debet per se perfectionis: vel est ex parte materie que est indisposita ad perfecte recipiendam virtutem agentis: sicut est defectus in monstris et in aliis que ex defectu materie contingunt. aut est ex parte agentis: et hoc contingit dupliciter. quia vel agens est coniunctum agens in contrarium perfectionis debet: sicut ignis adurens et gladius secans. et ex hoc sequitur malum quod dicitur pena sensus in sentientibus in quibus culpa et pena esse possunt. quod tale agens quod parat perfectionem dicitur: eo quod coniunctum est sentitur. aut est agens non coniunctum impediens influentiam cause perfectientis: sicut dicuntur nubes male in quantum impediunt lumen solis ne ad nos perveniat. et quia talis causa non sentitur ex ipsa perfectionis subtractione cum non tollat perfectionem agendo id quod privatur: sed magis impediendo agentem ex hoc quod perfectionem subtrahit: cum remota sit. sed forte sentit alio modo per accessum: sicut quia nubes videntur. Ideo malum quod est habet sequitur non dicitur pena sensus: sed pena damni. in illis tamen que pene susceperunt sunt. in malis ergo hoc modo dicitur est talis ordo: quod id quod est per se malum primo malum dicitur: et omnia alia per relationem ad id: et secundum gradum tenet malum per accessum quod est subiectum mali: quod dicitur malum ex hoc quod privationem que per se malum est in se habet et in tertio gradu est id quod dicitur malum per accessum: sicut causa inducens malum. hoc enim non habet in se de necessitate privationem: sed facit aliquid esse privationem habens. unde primum dicitur absolute malum: et secundum in ordine ad primum: et tertium in ordine ad secundum. Ad id ergo quod malum nominat non ens. unde illud quod per se malum est non ponit aliquid: sed dicitur esse ut privatio. malum vero quod est subiectum privationis est aliquid positive: sed non ex eo quod malum est: sicut oculus est aliquid: sed non ex eo quod cecus est: quia cecitas non est in eo: nisi ut negatio visionis. Quod autem dicitur malum si causa mali in se quid est consideratum est aliquid. sed in ordine ad effectum: ratione cuius malum dicitur etiam privative dicitur. Dicitur enim malum ex hoc quod privationem inducit: et sic etiam ratio non entis in ipsis redundat causaliter sicut et ratio mali.

**Ad primum** ergo dicendum quod genus dupliciter potest accipi. uno modo proprie put predicatur de pluribus in eo quod quid est. et sic neque bonum neque malum sunt genera. quia sunt de transcendentibus: quia bonum et ens convertuntur. Alio modo communiter ut genus dicatur omne id quod sua communitate multa ambit et continet. et sic bonum et malum dicuntur genera omnium contrariorum: quia ut in primo physica dicitur: omnia contraria hoc modo se habent quod alterum est nobilius et alterum vilius. ita quod vilius privationem in se includit: sicut nigrum in respectu ad album: et frigidum in respectu ad calidum: propter quod in xii. de animalibus dicitur quod frigus est privatio caloris. et per hunc modum semper alterum contrarium pertinet ad bonum et reliquum ad malum. unde etiam Pythagoras ponebat. duos ordines rerum. unum boni sub quo colligebat omnia perfecta ut deustum triangulum equilaterum et similia: et alterum ma

si sub quo ponebat omnia que imperfectionem impli-  
cant: vt sinistrum feminam ⁊ huiusmodi.  
¶ Ad secundum dōm: q̄ si consideretur malum per  
se siue in abstracto: sic malum opponitur bono: vt  
privatio: si autem consideratur malum per accidēs  
sicut est in actione vel in habitu: sic opponitur bono:  
vt contrarium vt prodigalitas liberalitati: ⁊ timidi-  
tas fortitudini. ¶ Ad tertium dōm q̄ maluz per se vt  
abstracte sumptum non est differētia specifica: s; ma-  
lum per accidens vel concrete acceptum: omnia eni  
moralia ex fine speciem consequuntur. ex ordine autē  
ad finem debitum specificatur bona actio ⁊ bon⁹ habi-  
tus: ratione cuius bonum dōia specifica ponit habit⁹  
⁊ actionis moralis. Mala vero actio specificatur ex  
ordine ad finem indebitum cui admiscetur privatio  
finis diti: ex quo ratio mali incidit. vnde patet q̄ nō  
sola privatio specificat malum habitum ⁊ actionem.  
sed positio ordinis ad finem quendam cum privatio-  
debiti finis: ⁊ sic patet q̄ malum s̄m quod differētia  
non est malum per se sed per accidens vel p̄reterite  
sumptum. ¶ Ad quartum dicendum: q̄ malū potest  
intelligi corrupte dupliciter vt formaliter vel effectue  
sicut enim formaliter albedo facit album: ita etiā for-  
maliter privatio priuar: ⁊ corruptio corrumpit: malū  
vero per se sumptum est ipsa privatio vel corruptio  
vnde non sequitur q̄ sit ens positue dictum: q̄ non  
priuar: ⁊ corrūpit agēdo: si autem sumatur effectue  
sic non potest intelligi de malo per se vel abstracte  
sumpto: q̄ privatio nihil efficit: sed o; vt sumatur de  
malo per accidens quod est subiectum ⁊ cā mali: ⁊ B  
quidem efficit aliquid non quidem in quantum priua-  
tū est: sed in quantum est quoddam ens quod agere  
pōt. ⁊ id dicit Dyo. q̄ malum nihil agit nisi virtute  
boni ⁊ ipsum bonum non posset impugnare nisi ex bo-  
ni virtute: nihil enim prohibet vnum bonum alteri⁹  
contrarium esse: vt calor frigor. ¶ Ad quintū dōm:  
q̄ corruptio ⁊ generatio quibus semper coniungantur  
non tamen sunt idem per se: sed per accidens. qd p; ex  
earum terminis ex quibus motus ⁊ mutatiōis spe-  
cificantur. terminus enim generationis est forma: q; est  
mutatio ad eē. terminus vero corruptionis ē priua-  
tio: q; ē mutatio ad non esse. forma autē vnus ⁊ p̄-  
uatio alterius vt forma ignis ⁊ privatio aeris sunt q̄  
dem idem subiecto: sed dīnt ratione. ⁊ id etiā illud  
quod corrūpit: ⁊ generat: non ex eodē habet q̄ ge-  
nerat ⁊ corrūpit: sed ex eo q̄ formam suā inducit ge-  
nerat: ⁊ sic in quantum ens generat: ex eo autē. q̄ for-  
ma sua necessario cōiungitur privationi alterius for-  
me corrup. vnde p; q̄ in eo q̄ privationē h; vel non  
ens ē aliquid corrup. ⁊ p; hoc Dyo. dicit q̄ boni ē p̄  
se loquendo generare ⁊ saluare. ⁊ mali est corruppe-  
re. vnde n̄ sequit q̄ maluz in eo q̄ malū est: aliqd sit.  
D tertius sic proceditur. Videtur q̄ mali cā  
a bonus esse non possit. Boni eni vt dicit Dyo  
nisius est saluare ⁊ producere: sed malum est  
corruptio quedam. ergo mali causa bonum non est.  
¶ Preterea. vnum oppositorum non est cā alterius  
nisi per accidens sicut frigidum quod ammodo cale-  
facit vt in. viii. phisicorū dicitur: sed malum nō tñ  
h; cām per accidens: sed per se: q; quod ē p̄ccidēs  
est vt in p̄uatio:ibus: malum autem videtur esse vt  
in pluribus. ergo o; q̄ prima causa mali sit malum.  
¶ Pre. omnis effectus cause secunde reducitur in  
causam primam: sed omne bonum est effectus cause  
prime. si ergo aliquod malum ab aliquo bono causa-

tur tunc causa prima que deus est mali causa erit. et  
sic aliquo modo malus esset deus quod est absurdū.  
¶ Pre. oportet vt effectus sequatur conditionem  
sue cause: sed omne malum defectiuum est. ergo op; q̄  
in causa eius aliquo modo defectus sit. aut ergo ē  
in ea defectus in actu aut in potentia si defectus in  
actu omne autem quod deficit in actu malum est. er-  
go causa mali non erit bonum sed malū: nec hoc erit  
primum malum cuius causam quesiuimus. Si autē  
defectus est in cā in potentia tantus. id autem quod  
est in potentia tantum non sufficit vt educat aliquid  
in actu: q; in secundo phisicorū dī edificatio i actu  
est causa edificari in actu ⁊ edificatio in potentia est  
causa edificari in potentia. ergo ex tali causa maluz  
actu oriri non poterit. ¶ Pre. Dyo. dicit in quar-  
to de di. no. q̄ malum non habet causam: sed quod a  
bono causatur habet causam. ergo maluz non ē ex bo-  
no. ¶ Contra. quicūq; facit aliquid ad quod alterū  
de necessitate consequitur etiam illius causa est: sed  
res bona est causa alicuius boni ad quod malum cō-  
sequitur ex eo quod ex illius aduentu alterum bonū  
priuar: sicut patet in igne adurento. qui formam su-  
am inducens formam rei aduste tollit: tamen vtra-  
q; forma bonum quoddam est. ergo bonum est causa  
mali. ¶ Preterea. omne quod est per accidens re-  
ducitur ad per se: sed malum non causat nisi per ac-  
cidens: quia non agit nisi virtute boni: vt Dionisi⁹  
dicit. ergo oportet vt causalitas mali in bonuz redu-  
catur: sicut in primam causam. ¶ Respondeo dōm: q̄  
nihil agit nisi s̄m q̄ est in actu nihil autem est in actu  
nisi s̄m q̄ formam vel perfectionem aliquam habet.  
vnde oportet q̄ omne quod agit in quantum p̄-  
fectum est: ita in quantum est bonum. Cum omne  
perfectum in quantum huiusmodi bonuz sit. intentio  
autem cuiuslibet agentis est similitudinem suam i al-  
tero efficere. ⁊ ideo id quod est per se intentū ab agē-  
te est quo aliquod bonū efficiatur. vnde bonum per  
se causam habet: sed defectus incidit p̄ter intenti-  
onem agentis: hoc autem contingit tripliciter: aut ex  
parte eius quod intentum est ab agente quod cū non  
comparatur secum quandam aliam perfectionem  
excludit eam: vt patet in generatiōe naturali. Ignis  
enim intendit formam suam in materiam inducere  
sed quia forma ignis non compatitur formam aeris  
inde sequit p̄ter intentionē agentis privatio forme ae-  
ris: aut ex parte materie recipientis actionem que i  
disposita est ad consequendam perfectionem quam  
agens intendit inducere: vt patet in naturalibus in  
partibus monstruosis: ⁊ in artificialibus in ligno no-  
doso quod non dirigitur ad actionem artificis. vnde  
remanet artificiatum aliquem defectum habēs: aut  
ex parte instrumenti: vt patet in claudicatione: q; a  
virtute gressiva sequitur gressus distortus propter  
curuitatem cruris. Malum autē culpe ex duobus  
horum modorum contingere potest. s. vel ex parte  
eius quod inrentum est. vel ex parte instrumenti: ex  
defectu enim materie culpe malum non accidit: q; operationes morales non sunt factiones: vt per eas  
aliquid in materia constituatur vt i serto ethicorū  
dicitur: sed sunt actiones in ipsis agentibus perma-  
nentes ⁊ eos perficientes aut corrumpentes: in om-  
nibus enim peccatis que per deliberationem ratio-  
nis procedunt malum incidit ex parte eius quod in-  
tentum est: sicut enim in naturalibus non possunt eē  
due forme substantiales vltime actu p̄ficiētes eādē



partem materie: ita nō possūt eē duo vltimi fines voluntatis. vnde sicut agens naturale ex hoc q̄ iducit vnā formā causat defectū alteri? forme: ita etiā voluntas ex hoc q̄ alicui tanq̄ vltimo fini inheret q̄ debitus sibi finis nō est aueritur a fine vltimo sibi dīto ī quo cōpletur ratio mali culpe p̄ter intentionē voluntatis. p̄tā vero q̄ p̄ter deliberationē rōnis p̄cedūt vt p̄mi motus incidunt ex defectu instrumenti. i. inferiorū virtū: que sūt sicut instrumenta voluntatis: aut rationis: sicut p̄ in primis morib⁹. sic ergo p̄ q̄ eo mō quo malū cām habere pōt bonū efficiens cām mali est. s. per accidēs: nō aut id qd̄ ē p̄fectū r̄ sūmū bonū: qd̄ p̄ per similitudinē in agentib⁹ naturalib⁹ in qb⁹ inuenitur aliqd̄ agēs vlt̄ r̄ aliqd̄ particulare. Agens particulare qd̄ h̄z actionē determinatā ad vnāz formam: sicut est cā forme illi? ita ē cā p̄uatiōis forme alterius: vt p̄ in igne vel aqua. sol aut cū sit cā agens vlt̄ ad oēm formā inferiorē nō est cā p̄uatiōis forme nisi per suā elōgationē: vt dicit sc̄do. de ḡratōe. Si militer ēt illd̄ qd̄ est bonū particulare cādo aliquod bonū determinatū: excludit bonū alterūz qd̄ nō se cū illo cōpatitur. bonū aut cōpletūz qd̄ vniuersaliter omnis boni causa est: nō est cā defectus alicui? boni neq̄ etiam per suā absentia: qz ip̄m q̄stum in se est: semper p̄sens est vicissitudinē nō patiens absentie r̄ p̄sentie. Ad primū ergo d̄bz: q̄ boni effectus per se est saluare r̄ p̄ducere: s̄ ē corruptio vel p̄uatio pōt esse per accidēs effectus boni vt dictū ē. Ad secundū d̄bz: q̄ bonū in toto vniuerso cōtingit vt ī pluribus: malū aut vt in paucioribus: p̄les enīz sūt partes vniuersi in qbus malū nature accidere nō pōt. s. superiora corpora q̄ ille in qbus malū nature accidit. s. inferiora corpora in quib⁹ ē malum nature vt ī paucioribus est: qz cause naturales nō deficiunt a suis ordinatis effectibus nisi in minori parte. Similiter etiam est in voluntariis si accipiatur completa causa que est voluntas per habitum perfecta: qz hec ab actu virtutis: vt in minori parte deficit. voluntas aut nondum per habitum perfecta est in cōpleta causa: qz se ad vtrumlibet habet. r̄ sicut mala plurib⁹ modis contingunt q̄ bona ita in pluribus flexitur ī mala q̄ imperfecte bona. In nullo enī voluntas hoc modo deficit: vt saltem in aliqua bona nō cōuertatur: qz malum si perfectum sit seip̄m destruit: vt in quarto ethi. dicitur. Ad tertiu d̄bz: q̄ cā sc̄da h̄z p̄ se effectū fm̄ q̄ est sub causa prima. r̄ ideo talis effectus qui per se est eius in causam primā inducitur. sed si sit aliquis defectus eius per accidēs inquantū erit ab ordine causē prime: non oportet q̄ effectus ille in causam primāz reducatur: sicut patz in aure claudicante quicqd̄. n. de rōne: gressus est in claudicatione totū efficiē mediāte crure a virtute gressiua: s̄ crur ī quantū est improporionatū virtuti gressiue inducit deformitatē que est in claudicatōe. vñ nō oq̄ talis deformitas sit effect⁹ virtutis gressiue: ita ēt bona particularia nō sūt cause per accidēs aliquoz defectū: nisi fm̄ q̄ deficiunt a perfectione summi boni. vnde non oportet q̄ defectus illi qui cōsequuntur in summum bonū sicut in causam reducantur. Ad quartū d̄bz: q̄ in voluntate creata inuenitur duplex effectus. vnus qui est potentialis causa mali. s. ex nihilo: ex hoc enim q̄ ex nihilo est potest deficere peccando fm̄ veritabilitatē electionis: non tamē iste defect⁹ est actualis causa mali. quia sequeretur q̄ voluntas deficeret sicut crur claudum semper claudicat: ali-

aut est defect⁹ actualis fm̄ q̄ actu deficit: r̄ quod p̄cedit ab ip̄a. p̄t sub isto defectu stat totū ē malū iū aut defectus q̄ est in actu voluntatis nō oq̄ sit causa aliq̄s ali? defectus in voluntate p̄ris actu: qz sic in infinitū iretur. s̄ ip̄amet voluntas fm̄ se cōsiderata illius defect⁹ cā est. Ille. n. defect⁹ in voluntate ē h̄z q̄ voluntas ad aliqd̄ aliquo idebito mō cōuertit. Eius aut qd̄ est cōuerri ad bonū creatū idebito mō voluntas d̄nium habet: qz ad vtrumlibet libera ē. nō enīz est simile de voluntate r̄ agēte naturali. agens enī naturale ē determinatū ad vnū ex sua natura. vñ nō pōt eē cā actōis iordinatē: nisi p̄ h̄z q̄ aliquis defectus in ip̄so agente. voluntas aut nō est determinata ad vnū sed seip̄sa determinat fm̄ q̄ huic vel illi adheret: r̄ ī tali adhesionē primū malū voluntatis p̄sistit. vñ primū mali culpe qd̄ ē in actu voluntatis res bona. s. voluntas cā est: sed per accidēs vt dictū ē: sed aut mali qd̄ ē ī actu exteriori ip̄a voluntas tā mala p̄teriori actūz cā est. Ad quintū d̄bz: q̄ malū nō h̄z cām per se: sed p̄ accidēs: vt dictū est. r̄ hoc Dio. intendit: r̄ sic per accidēs bonū mali cā esse pōt.

Ad quartū sic p̄cedit. videt q̄ malū nō sit in bono: sicut ī subo. Sicut. n. dicit Dio. iiii. ca. de di. no. malū neq̄ ē eris neq̄ in erite: sed p̄p̄rissime dicit eē in altero qd̄ est in eo sicut ī subo. ḡ eris nō ē subiectū mali: s̄ oē bonū est eris. ḡ malū nō est in bono: sicut ī subiecto. C̄ p̄re. malū se h̄z ad bonū: sicut nō ens ad ens. s̄ ens nō est subiectū nō eris: qz simul eē nō possūt. ḡ nec bonū est subiectū mali. C̄ p̄re. nullū p̄trariū ē subiectū sui cōtrariū. s̄ bonū r̄ malū sūt p̄traria. ḡ bonū nō ē subiectū mali. p̄ma p̄z ex hoc qd̄ primo p̄hy. dicit: q̄ subiectū nentū p̄trariū est. Si dicat q̄ regula ista fallit in his cōtrariis q̄ sūt bonū r̄ malū vt in littera d̄r. C̄ d̄tra. in posteriori semp̄ p̄i? includit: s̄ p̄ma oppō est affirmatiōis r̄ negatiōis. ḡ affirmatiō r̄ negatiō includit in oibus cōtrariis. sed affirmatiō r̄ negatiō nō p̄t eē simul vera. ergo nec aliqua cōtraria: subiectū at simul ē cū eo cuius est subiectū. ḡ bonū mali subiectū eē nō pōt. C̄ p̄re. illud qd̄ ē p̄ se subiectū alicui? ē etiā per se causa ei? qz sicut dicit Auicē. subiectū ē ens in se cōpletū p̄bens alteri occasionē eēndi. s̄ malū non causat p̄ se ex principiis boni. ergo bonū nō est vlt̄ r̄ per se subiectū mali. C̄ d̄tra. omne qd̄ ē subiectum est ens. sed omne ens in q̄stū h̄mōi bonū est: qz ens r̄ bonū cōuertūtur. ḡ oq̄ q̄ subiectū mali sit bonum.

C̄ p̄re. p̄s dicit i. tr. metha. q̄ nō est p̄ter res malū: eēt aut p̄ter res si in rebus nō eēt. ergo malū est ī reb⁹ sicut ī subiecto: s̄ ois res in q̄stum h̄mōi bona ē: qz p̄ se malū nulla res est: sed p̄uatio vt dictū ē. ergo bonū est subiectū mali. C̄ Respōdeo d̄bz: q̄ p̄ se malū vt dictū est ex dictis Auicēne ē p̄uatio. p̄uatio aut vt in quarto methaphy. dicit: est negatiō in substantia ī substantiā h̄z subiectū. negatiō aut que subiectum nō determinat p̄uatio dici nō pōt: s̄ simplex negatiō vñ oq̄ q̄ malū aliquod ens subiectū habeat. omne ē ens in q̄stū h̄mōi bonū est. vnde oq̄ q̄ subiectū mali sit bonū. Sed sciendū q̄ nō oē bonū subiectū mali eē pōt. est. n. qd̄dā bonū cui nihil bonitatis deest: qz perfectū ē nec deesse pōt. qz oēs bonitates ī eo vnū sunt vt vna ab altera separari nō possit: qz simplex est: r̄ ī tali bono malū nec esse nec cogitari pōt. r̄ hoc est summū bonū qd̄ deus est. Est aut qd̄dā bonum quod q̄uis nō oēm bonitatē perfecte colligat: sed in aliquo a summo bono deficiat: tamen nō potest sibi deesse ali-

quā bonitas que debita est sibi: vt patet in angelis ⁊ in corporibus celestibus que bonitatem naturalem nullo modo amittere possunt: ⁊ tale etiam bonū subiectum mali esse nō potest. non enim omnis carentia bonitatis malum est: sed illius tantum est quam nata est res habere ⁊ debita est ei. carere enim visu nō ē malum in lapide: sed in oculo. hoc enī est commune priuationi omni: q̄ aptitudinem ad actus in subiecto requirat. Est autem quoddam bonum quod nec omnem perfectionem consequitur. ⁊ propter distantiam a summo bono illa etiam que debita est sibi carere potest ⁊ quam natum est habere. ⁊ tale bonum est subiectum mali quicquid sit illud. Unde Dionisius dicit quarto capi. de diuinis nominibus: q̄ bonum particulare est subiectum mali. hoc autem bonū quid sit q̄ malo subicitur considerandum est ex perfectiōe que per malum priuatur: eo q̄ priuatio ⁊ habitus sūt circa idem. est autem quedam perfectio. s. secunda: cui⁹ subiectum est ens actu completum ⁊ in potentia: ⁊ hoc idem ens illi malo subicitur: per quod ista perfectio priuatur: sicut anima culpe per quam gratia tollitur: est autem quedam perfectio prima: vt forma substantialis: subiectū cui⁹ est ens in potētia tñ. s. materia prima: que sicut est ens incompletum ⁊ in potentia: ⁊ ipsa etiam subicitur priuationi substantialis forme: vt dicit philosophus in primo physicor. q̄ materia non est malum per se sed per accidens. s. ratione priuationis cui subicitur. ¶ Ad primum ergo dōm: q̄ Dionisius intelligit esse in existēte: sicut aliqua pars perfectionem existentis constituens: ⁊ hoc modo in nullo existente malum est: sed sicut priuatio in subiecto. ¶ Ad sedm dicendum: q̄ malum non se habz ad bonum: sicut non ens absolute sumptum ad ens: non ens enim absolute sumptum est negatio pura que sibi subiectum non determinat. malum autem est non ens quoddam quod est priuatio. ⁊ ideo oportet q̄ habeat determinatum subiectum quod non potest esse nisi ens ⁊ bonum. ¶ Ad tertium dicendum: q̄ non qd liber malum contrariatur cui libet bono directe. sed nec cui libet virtuti quodlibet vicium: sed illi tantis bono: cuius perfectio per malum priuatur. malū autē non est sicut in subiecto in illo bono quod per malū tollitur: sicut vita naturalis hominis non tollitur per malum culpe. vnde malum culpe non opponitur huic bono: quod est vicium vite naturali. ⁊ ideo non est inconueniens si hoc malū in hoc bono sit sicut in subiecto. ¶ Ad quartum dicendum: q̄ oppositio mali ad bonum potest considerari dupliciter: vel secundū determinatam rationem huius boni ⁊ illius mali: ⁊ sic non fallit in istis oppositis bonum ⁊ malū dialectico rū regula que prohibet contraria simul esse nō posse: q̄ vt dictum est: sic accipiendo oportet positionē boni ⁊ mali malum non opponitur illi bono in quo est sicut in sbo: potest etiaz considerari oppositio mali ad bonum s̄m rationem eōdem vtriusq̄: ⁊ sic malū simpliciter opponitur bono simpliciter: sicut huic bono hoc malum: ⁊ per hunc modum fallit dialecticorum regula in istis contrariis: q̄ malū est in bono: ⁊ ratio quare fallit est ista: quia bonum nō importatur ab aliqua determinata perfectione: sed a perfectione in cōmuni. vnde quicquid perfectionis res habeat cōmune rationem boni consequitur. Similiter et quacūq̄ perfectione priuatur eōdem rationem mali incurrit. contingit autem vt aliquid habeat primam perfectionē ⁊ priuetur secunda: ⁊ ita simul habebit rationem bo-

ni ⁊ mali: sed secundum diuersa: ⁊ ex hoc non sequitur q̄ contradictoria sint simul vera. ¶ Ad sextum dicendum: q̄ malum non habet subiectum: sicut per se accidēs: sed sicut priuatio perfectiōis. ⁊ ideo nō o3 q̄ per se ex principiis sui subiecti causetur: s̄ sufficit q̄ tantum in subiecto aptitudines ⁊ debitū requirat.

¶ Quintum sic proceditur. Videtur q̄ malū bonum totum corrumpere possit: quia vt in primo physicorū dicitur omne finitū consumitur ablato quodam: sed bonum creatum quod solum subiectum mali esse potest finitum est. ergo per multiplicationes mali potest ex toto consumi. si dicatur q̄ quīs sit finitum in actu est tamen infinitum in virtute ⁊ potentia. ¶ Contra. quātitas virtutis vel potentie mensuratur ex obiecto: sed obiectum potest habere infinitatem vel s̄m rationem quantitatis cōtinue vel s̄m rationes quantitas discrete: sed neutro modo per peccatum diminuitur potētia vel virtus boni naturalis: quia sicut ante peccatum erat anima capax infiniti boni quod deus est: ita etiā ⁊ post. Similiter etiam sicut ante peccatū poterat in infinitos actus: ita etiam post: nec alicuius actus potentia ab ea aufertur ad minus remota. ergo diminutio boni p malum non attenditur s̄m quantitatē virtutis. ergo nec infinitas virtutis consumptionem boni vel mali excludere potest. Si dicatur q̄ diminutio boni p malum non est semper s̄m eandem quantitates: sed s̄m eandem proportionem: sicut in diminutione continui. ⁊ ideo semper in infinitum diminuitur: nec ex toto aufertur. ¶ Contra. quando cūq̄ est diminutio s̄m eandem p̄portionem semper illud quod secundo aufertur est minus eo quod primo auferebatur: q̄ si primo ablatum fuit tertium totius secundo ablatum erit tertium residui: ⁊ sic deinceps. sed secundū malum non tollit minus de bono q̄ primum malum auferebat: quia potest esse malum tam magnum: nec bonum est fortius ad resistendum: sed debilius. ergo nō est diminutio boni per malum semper s̄m eandem p̄portionem. ¶ Preterea ex hoc malum dicitur q̄ bonum corrumpit. ergo q̄ diu malum durat continue corrumpit: sed qd continue corrumpit eandem ad nō esse perducit: quia sicut nullius rei generatio est infinita: ita nec corruptio. cum tempus corruptionis cuiuslibet rei tempori generationis eius equale sit vt i secundo de generatione dicitur. ergo necessarium ē q̄ bonum ex toto per malum tollatur. ¶ Preterea. si malum diminit bonum aut illud bonum quod est ei subiectum aut illud bonum quod est ei oppositum sed non illud quod est sibi subiectum cum nullum accidens suū subiectus diminiuat. ergo intelligitur diminui illud bonum quod sibi opponitur. ergo cui⁹ illud bonum ex toto priuet: q̄ opposita non possunt esse simul: videtur q̄ bonum quod per malum diminitur ex toto tollatur. ¶ Contra. Inter alia mala peius est malum culpe: sed hoc non ex toto tollit bonum: dicit enim Dyo. in quarto. c. de di. no. q̄ bona naturalia in angelis peccantibus integra permanserunt: cum tamen peccatum eorum sit grauissimū. ergo malum non ex toto tollit bonum. ¶ Preterea. phis dicit quarto ethicorū q̄ malum si sit integrum seipsum destrueret: sed malum quod ex toto tollit bonum erit interq̄ malum. ergo etiam seipsum destrueret s̄m quod seipsum destruit impossibile ē eē. ergo impossibile est esse aliquid malum quod ex toto corrumpat bonum. ¶ Respondeo dicēdo: q̄ sicut ex dictis p3 ma-

Sum per se acceptum priuatio quedam est. ad rationem autem cuiuslibet priuationis tria requiruntur. scilicet habitus oppositus: et subiectum ad habitum quod priuationis: et habitus in subiecto ad receptionem habitus. et ideo triplex bonum potest considerari. scilicet bonum quod est perfectio opposita ipsi malo: et subiectum illius perfectionis et priuationis oppositae: et etiam ipsa habitus ad perfectionem illam. que cum sit quedam quasi inchoatio eius etiam bonum quoddam est. verbi gratia malum culpe habet pro subiecto ipsam naturam anime que bonum quoddam est: et pro opposito ipsam gratiam quod iterum anime inest habitus quedam ad gratiam habendam. Sciendum est ergo quod malum culpe bonum gratie sibi oppositum ex toto tollit. de ipsa vero natura anime que est sibi subiectum nihil auferitur ipsam vero habitatem diminuit: et hoc est bonum nature quod per culpam diminuitur. Diminutio autem huius habitatis non est per subtractionem alicuius partis eius. sicut enim qualitates et forme non augentur per additionem: ut in primo dictum est distinctione. et vii: sed per intensionem: ita etiam si diminuitur per subtractionem: sed per remissionem: remissio autem huiusmodi habitatis est: sicut quod elongatio est ab actu. scilicet ab ipsa gratia: quanto enim potentia est magis propinqua actui tanto completior est. contingit autem istam habitatem in infinitum elongationem ab actu fieri: ita quod semper remanebit habitus eo quod quilibet actus peccati facit aliquam elongationem a gratia. unde semper remanet minor et minor habitus et magis a gratia distans et post primum peccatum non tollitur potentia ad secundum peccatum imo est maior potentia. et ideo potest fieri maior elongatio nunquam tamen habitus ad gratiam ex toto tollitur: quia habitus ista causatur ex principiis nature que principia: ut dictum est: culpa nec tollit nec minuit. et simile esset in naturalibus si esset aliquis calor qui in infinitum posset calefacere: et plus semper tamen remaneret materia que ex natura sua haberet habitatem ad frigus et eam nullo modo amitteret: sed tamen illa habitus semper fieret magis et magis longinqua ab actu. ¶ Ad primum ergo dicitur quod ista diminutio non fit per subtractionem sed per elongationem ab actu ut dictum est. ¶ Ad secundum dicitur: quod nihil subtrahitur de quantitate virtutis vel potentie: ita ut non fit post peccatum in potentia ad tantum bonum sicut ante vel ad tot bona sicut prius: sed tamen per quodlibet peccatum elongatur potentia ab actu: et in hoc infinitatem habet ut dictum est. sicut quod in infinitum hoc fieri contingit ut dictum est. ¶ Tertium conceditur: quia illa solutio nihil valet. ¶ Ad quartum dicendum: quod malum. scilicet ipsa priuatio que est in subiecto aliquo non corrumpit aliquid effective in subiecto illo ut fiat consumptio continua sicut humidum per calidum consumitur: sed corrumpit formaliter loquendo. id est ipsa corruptio qua corruptum est: et ideo ratio non procedit. ¶ Ad quintum dicitur: quod illud bonum nature quod per peccatum diminuitur est medium inter animam que est subiectum culpe et gratiam que est oppositum culpe. scilicet ipsa habitus que quidem radice radicatur in anima et perficitur per gratiam. et ideo ex parte illa qua ad gratiam opponitur culpe ratione cuius per culpam diminuitur: ut semper elongatio: a gratia fit: sed ex parte illa qua in substantia anime radicatur non opponitur culpe: sed est subiectum eius. et ideo semper manet in anima quod diu manet natura. ¶ Manifestum

est ex voluntate mala etc. Hoc dicit ad excludendum quaedam obiectionem ex verbis domini croata Martini vii. non potest arbor bona etc. ex quo videtur sequi quod res bona causa mali esse non possit. Sed dicitur: quod arbor est causa prima fructus causa vero prima in genere illo est vel sol vel terra: et causa prima est communis et bonis et malis arboribus et bonis et malis fructibus: ideo ipsa natura voluntatis: sicut causa prima est principium bonarum et malarum voluntatum et bonorum et malorum exteriorum actuum una et eadem: sed voluntas mala que comparatur arbori est causa mali actus exterioris prima qui comparatur fructui. Ecce habens primam voluntatem boni mutabilis etc. hoc non dicitur quia si angelus primus: et homo non peccasset quin alii sequentes peccare potuissent: sed quia ex illis primis peccatis sequentia concomitata sunt. ubi autem bonum non est etc. hoc non est intelligendum de bono quod per malum priuatur: quia sic ratio sua non valeret. hoc enim bonum ante aduentum mali est: sed post aduentum mali non remanet: sed intelligitur de bono quod est subiectum mali quod quidem corrumpitur in quantum dicitur perfectione priuatur. quod si esse desisteret priuari non posset: et ita nec corrumpi. Naturalium sunt priuationes bonorum etc. hoc intelligendum est de bono naturali vel ad quod natura est ordinata: sicut gratia vel virtus vel de ipsis habitatibus ad bonum. si enim intelligeretur de bonis naturalibus que sunt de esse nature vel naturam consequens: sic falsum esset: quia talia bona post peccatum integra manent ut dicitur quarto capitulo de diuinis nominibus. Illa dialecticorum regula deficit etc. quomodo deficit et quomodo non dicitur est: sed sicut intellectum quo proponitur ut regula nunquam deficit quibus aliquo modo deficit in bono et malo quod non deficit in aliis contrariis que spirituales formas designant ut dictum est. De ipsis rebus quibus homines etc. id est de peccatis que etiam in quantum res sunt bonitatem quandam habent: sed in quantum deficient mala sunt.

## Distinctio.

## Trigesima quinta.

## Quid sit peccatum.

Est hoc videndum est quid sit peccatum. Peccatum est ut ait per Augustinum. Omne dictum vel factum vel concupitum quod fit contra legem dei. Idem in libro de duabus animabus. Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iusticia vetat. in utraque assignatide de actuali peccato agitur: et mortali: non veniali. Ex prima descriptione ostenditur peccatum esse voluntas mala siue locutio et operatio prava. id est actus malus tam interior quam exterior. Ex altera vero ostenditur esse actus interior. Voluntas enim ut in superioribus dictum est motus anime est actus ergo interior est. Ambrosius quoque in i. li. de paradiso ait. Quid est peccatum nisi preuaricatio legis diuine et celestium inobedientia preceptorum ergo in preuaricatione peccatum est: sed in mandate

culpa non est. Non enim cōsisteret peccatus preuaricatiōis susterdictio non fuisset. Nō cōsistente autem peccato non solum malitia: sed etiam virtus fortasse non esset. Que nisi aliqua malitie fuissent semina: vel subsistere vel eminere nō posset. Ecce preuaricationem legis et inobediētiā diffinit Ambrosius esse peccatum.

Diuersorū sententias de peccato ponit. Vocirca diuersitas huius verborū occasione de peccato plurimi diuersa senserunt. Alii enim dixerunt voluntatem malam tantum esse peccatum: et nō actus exteriores. alii voluntatē et actus. Alii neutrum: dicentes omnes actus esse bonos et a deo et ex deo auctore esse. Malum autem nihil esse: vt ait Augu. super Joannem. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factus est nihil. i. peccatum quod nihil est. et nihil sunt homines cum peccant. Supra etiam dixit Augu. q. malum est priuatio boni vel corruptio boni: quod etiam in li. lxxxiij. questio- num ait. Summum malum nullum modus habet. caret enim omni bono. At modus aliquid boni est. nō igitur est: quia nulla spē cōtinetur. totumq; hoc nomen mali de speciei priuatione repertum est. Item in dogmatis ecclesiasticis dicitur malus vel malicias non esse a deo creatam: sed a diabolo inuentam. qui et ipse bonus creatus est. Idem etiam in li. contra manicheos: quid sit peccare ostēdit dicens. Peccare quid aliud est: nisi i veritatis preceptis: vel in ipsa veritate errare. Quod si non voluntate faciunt: peccatores iuste indicantur. Quid igitur i hac tāta varietate tenendum? Quid dicendum?

Vera sententia de peccato hic proponitur.

Ante dici potest et libere tradi debet peccatum esse actum. malum interio- rem et exteriorē. s. malam cogitationem: locutionem: et operationes. Precipue tamē in voluntate cōsistit peccatum: ex qua tāq; ex arbore mala procedunt opera mala tāq; fructus mali. Quidam autem diligenter verba Augu. attendentes: quibus supra et i aliis scripture locis vititur: nō indocte tradunt voluntatem malam in actus malos inquantum sunt: vel inquantum actus sunt: bona esse. Inquantum vero mala sunt: peccata esse: qui voluntatem et actum quēcūq; bonam dei naturam esse dicunt inquantum actus est vel voluntas: et ex deo auctore esse. Inquantum vero inordinate et contra legem dei fit et sine debito caret: peccatum est: et ita inquantum pecca-

tum est nihil est. nulla enim substantia est: nulla natura est.

Auctoritatibus probant voluntates et actus oēs esse bona inquantum sunt.

Quod autem voluntas ois et actio bonum sit inquantum est: ex eo probant quod ait Augu. i li. de lxxxiij. questionibus. Deus tantummodo boni causa est. Quocirca mali auctor nō est quia oium que sunt auctor est. que inquantum sunt itatum bona sunt. Idem probas nihil casu fieri i mundo ait i eodem. Quicquid casu fit temere fit. quicquid temere fit: nō fit dei prouidentia. Si ergo casu sunt aliqua i mundo: nō prouidentia vniuersus mundus administratur. Si nō prouidentia vniuersus mundus administratur: aliqua natura vel substantia est: que ad opus prouidentie dei nō pertinet. Omne autem quod est: inquantum est: bonum est. Summum enim bonum est illud bonum cuius participatiōe sunt cetera bona. et omne quod mutabile est: nō per se sed boni illius participatiōe inquantum est bonum est: quod diuinā etiā prouidentia vocamus. Nihil igitur casu fit i mundo. His testimoniis inuitur ad ostēdēdū oē quod est inquantum est bonum esse. Vn̄ Augu. i li. i. de doctrina christiana ait. Ille summe ac primitus est qui omnino incommutabilis est: et cetera que sunt nisi ab illo esse nō possunt: et itatum bona sunt inquantum bona accipiunt vt sint. Ex predictis colligitur atq; inferitur quia si mala voluntas et mala actio inquantum est bona est. sed quis est qui diffusetur malis voluntates esse et malas actiones? Mala igitur voluntas siue actio inquantum est: bonum est: et inquantum voluntas est: vel bonum similiter est. sed ex vitio mala est: quod vitium a deo nō ē: neq; aliquid est. Quod Aug. notasse videtur i li. de lxxxiij. questionibus dicens. vitium est. voluntatis quo est homo deterior: quod vitium longe abest a voluntate dei vt ratio docet. Ex hoc loco probant voluntatē inquantum viciosa est: nō esse a deo et inquantum viciosa ē peccatum esse. Et peccatus est vt aiunt inquantum non habet ordinem nec finem debitum. ita et actio inquantum ex malo procedit: et ordinē nō habet: et ad malum tendit.

Alia probatio q. omnis actus inquantum est bonus est.

Item et aliter probant omnem actum interiozem vel exteriorē inquantum est esse bonum: quia non esset actus malus nisi esset res bona: quia non est aliqua res mala nisi eadem res bona sit. Unde Augusti. in enche. Omnis natura bonum

ē: nec res aliqua mala esset: si res ipsa que mala est: natura non esset. Non igitur potest eē malum: nisi esset aliquod bonum. Quod cuz dici videatur absurdum: conuersione tamen ratio cinatiōis nos compellit hoc dicere. Ex predicis testimonijs asserunt omnes actus in quantum sunt: esse res bonas nec aliquid eē malum. i. peccatum: nisi idem quoq; secundū aliquid bonum sit. et omnium que sunt inquantum sunt: deus auctor et predicat: et eius voluntate omnia esse quecūq; sunt: que inquantum sunt nature sunt.

Obiectio cōtra illos qui dicūt oēs actus inquantum sunt esse bonos.

Uibus opponitur si omnia que sunt in quantum sunt: bona sunt et nature sunt: ergo adulterium et homicidium et similia: in quantum sunt: bona sunt: et nature sunt: et de volente sunt. Quod si est: tunc illi qui faciunt illa: bona agunt. Quod penitus absurdum est. His vero sic illi respondēt. Dicunt equidem adulterium homicidium et huiusmodi non simpliciter actus denotare: sed actuum vicia. Actusq; ipsos adulterii et homicidii in quantum sunt: vel in quantum actus sunt: a deo esse et bonas naturas esse: sed non in quantum adulterium et homicidium sunt. Et ideo non sequi dicunt: si actus qui homicidia et adulteria sunt a deo sunt: q; homicidia et adulteria a deo sint. Item aliter eis opponitur. Si aliquid non est malum quod non sit natura vel res bona: quomodo igitur peccata sunt: non credere in deum: nō ire ad ecclesiam: et huiusmodi: cum ista non sint nature: immo omnino non sint. Non est enim aliquid vel res aliqua: non ire ad ecclesiam: vel non credere et huiusmodi. Ad quod dicunt his atq; huiusmodi dictionibus que videtur priuationes simpliciter notare et nihil ponere: quia per negationem dicuntur: vere aliqua poni: actusq; per eas significari. Nō credere enim in christum incredulitatem dicunt: et nomine incredulitatis malum mētis actum significari. Ita etiam cum dicūt. Nō ire ad ecclesiam malum est: non euntis contemptus significatur. i. voluntas mala vel propositus. hoc est enim declinare a bono: et ideo malum est: sicut econuerso declinare a malo bonum est. Sicut igitur declinatio a malo quandoq; aliquid ponit. s. voluntatem et propositum vitandi malum. Non enim potest esse bonum quod omnino nihil est. ita declinatio a bono aliquid quod est significat. s. voluntatem et propositum mali. et secundum hoc

vera est et generalis illa peccati mortalis descriptio quam supra posuit Aug.

Utrum malus actus inquantum peccatum est sit priuatio vel corruptio boni.

Orest est etiam queri ab eisdem cum peccatum sit ut supra dictum est priuatio vel corruptio boni: et omnis actus malus sit peccatum: utrum sit priuatio vel corruptio boni in quantum peccatum est: vel non. Si enim in quantum peccatum est corruptio boni est: cum corruptio vel priuatio boni pena sit homini: in quantum igitur peccatum est: pena est. Quod si est: tunc in quantum peccatum est bonus esse videtur et a deo esse. Si autē non in quantum peccatum est corruptio boni est: queritur secundum quid corruptio sit. Si enim corruptio est: et nō in quantum peccatum est: cum non sit nisi bonum preter quod in eo quod peccatum est: ergo in quantum bonum est corruptio vel priuatio boni est. Ad quod etiam ipsi dicunt actus malus non in quantum est nec in quantum bonum est: esse priuationem vel corruptionem boni: sed in quantum peccatum est. non tamen in quantum peccatum est pena est: vel aliquid quod ex deo sit. Ut enim ex verbis Aug. premissis colligitur: peccatum dicitur corruptio vel priuatio actiue: non passive. Nam ideo malum vel peccatum dicitur corruptio boni: quia naturam bonam qualicūq; priuat bono. Nam si non priuat aliquo bono non nocet ut supra Aug. ait. Nocet autem adimit igitur bonum. Non autem nocet nisi in quantum peccatum est. ergo in quantum peccatum est priuat bono. Itaq; in quantum peccatum est priuatio est vel corruptio boni.

Quomodo in quantum peccatum est possit corrumpere bonum cum nihil sit.

Ed cum nihil sit in quantum peccatum est: quomodo potest bonum corrumpere vel adimere Aug. de hoc docet in libro de natura boni dicens. Abstinerere a cibo non est aliqua substantia: tamen substantia corporis si omnino abstineatur a cibo: languescit et frangitur. Sic non est substantia peccatum: eo tamen natura anime corrumpitur.

Quod peccatum proprie corruptio anime est: et quomodo.

Peccatum vero i. culpa proprie anime corruptio est. Si autem queritur in quo possit corrumpi anima: in parabola illius qui incidit in latronibus: qui eum spoliauerunt et vulne-

rauerunt: clarescit. Incidit enī hō in latro-  
nes: quando per peccatūz ī potestatez diabo-  
li trahitur. ⁊ tunc per peccatūz spoliatur gra-  
tuitis donis. i. virtutibus: ⁊ in naturalibus  
bonis vulneratur: que sunt ratio: intellectus  
memoria ⁊ ingenius ⁊ huiusmodi. que p pec-  
catūz obtenebrantur ⁊ viciantur. per pecca-  
tūz etiā priuatur illo bono cuius picipatōe  
cetera bona sunt. Quo tāto magis priuatur  
quādo magis se ab eo elongat.

Qualiter hō se elonget a deo. s. per dissi-  
militudinē quā facit peccatū.

**B**eo autē se elongat per peccatūz:  
a nō loci distātia: quia vbiq; totus et  
presens est omnibus: ⁊ omnia ī ipso  
sūt: vt ait Aug. ī li. d. lxxxiij. questiōibus: ⁊  
ipse locus nō est. Locus tamē dei abusiue di-  
citur templum dei. nō q; eo cōtineatur: sed  
q; ei presens sit ⁊ inhabitans. Id autē anima  
munda intelligitur. per peccatum igitur non  
secundum locum aliquis longe sit a deo: ⁊ in  
eo longe sit q; ab eius similitudine recedit: et  
tanto longius quāto sit dissimilior. Illa autē  
vt ait Aug. ī li. de lxxxiij. questiōibus. que  
participatōe similia sunt deo: recipiūt dissi-  
militudines. At ipsa similitudo nullo modo  
ex aliqua parte potest esse dissimilis. Vñ sit  
vt cū similitudo patris filius sit: ex nulla par-  
te patri possit eē dissimilis: cuius picipatōe  
similia sūt quecūq; deo similia sūt: ⁊ illa pos-  
sunt recipere dissimilitudinē. Nihil est autē  
q; hominē a deo dissimilē aciat quēadmodū  
peccatū. Cū autē peccatū sit corruptio vel p-  
uatio boni que est in anima: est etiam priua-  
tio ⁊ corruptio boni corporis. sicut corpus  
hominis priuatum beneficio illius immorta-  
litatez ⁊ impassibilitatez quam habuit ante  
peccatum.

An pena sit priuatio boni.

**V**eri autē solet vtrūq; ⁊ pena sit p-  
uatio vel corruptio boni. Ad qd  
facile respōderi potest si predicta ad  
memoriam reuocentur. Diximus enim su-  
pra priuationem vel corruptionem boni ac-  
cipi actiue vel passiue. i. secundum efficiētiam  
vel effectum. Ideoq; priuatio vel corruptio  
boni dicitur ⁊ peccatum ⁊ pena. Sed pecca-  
tum sū efficiētiam: quia priuat vel corrup-  
pit bonum. Pena autē sū effectum. i. se-  
cūdum passionem que est effectus peccati.  
Aliud est enim pena. Aliud culpa. Alterū ē  
dei. i. pena. Alterū diaboli vel hominis est  
i. culpa.

**N**ō hoc videndum est quid sit peccatū  
⁊ c. Quia in peccato actuali duo cōside-  
rantur. s. defectus ex quo rationem ma-  
li habet ⁊ sba actus sū quā actuale pec-  
catum dicitur determinato de peccato

actuali sū q; habet rōnem mali. Hic incipit deter-  
minare de eo quātū ad sūbām actus in qua defectus  
fundat sū quē malū dī. ⁊ diuiditur ī ptes duas. In  
pma determinat de peccato quātū ad actū. In secū-  
da de potētia que est ad actūz peccati. xliij. distinc.  
Post p̄dicta p̄sideratōe dignū ⁊ c. Prima diuidit ī  
duas. In pma determinat de peccato ī generali. In  
sc̄da descēdit ad peccatoz dīas. xliij. di. Cū at volū-  
tas mala ⁊ c. Prima diuidit ī duas. In pma deter-  
minat de actu peccati generali: s; q; act⁹ peccati vel  
ē interior volūtatis vel ē exterior. In sc̄da pte de-  
scēdit ad vtroq; actus. xxxviii. di. Post p̄dicta de  
volūtate eiusq; sine ⁊ c. Prima diuidit ī duas. In  
pma psequitur opinionē quozūdā dicētū actus pec-  
catoz a deo eē. In sc̄da ponit opinionē p̄ria. xxxvii.  
di. Sunt aut alii plurimi aliter longe ⁊ c. Prima di-  
uidit ī duas. In pma psequit opinionē eoz q; dicūt  
oēs actus ex deo eē. In sc̄da ex icidētū: q; h̄ dispu-  
tatio mota erigebat iterponit de opatiōe peccati ad  
penā vtrū peccatū pena eē possit. xxx. di. Sciendūz  
ē tñ qdā sic eē peccata ⁊ c. Prima diuidit ī tres. In  
pma ponit diffinitōnē peccati. In sc̄da iducit di-  
uerfas opinionē ex datis descriptiōibus occasiona-  
tas. ibi. Quo circa diuerstatas huiusmodi vboz oc-  
casiōe ⁊ c. In sc̄da psequit illā opinionē q; oēs act⁹  
a deo sunt. ibi. Quidā diligēter attēdēt ⁊ c. Circa  
sc̄dm duo fac. p̄tio narrat diuerfas opinionē. Secdo  
breuit̄ dicit qd d̄ eis tenēdū sit. ibi. Sane dici p̄t ⁊ c.  
Tertia ps diuidit ī pres tres. In pma ponit opinio-  
nem. In sc̄da ponit opiniois p̄firmatio p rōnes. ibi. q; autē  
oīs volūtas ⁊ actio ⁊ c. In tertia ponit r̄fūto ad ea q;  
ī p̄riū obici p̄nt. ibi. Quibus opponit si oia q; sunt ⁊ c.  
Circa sc̄dm duas rōnes ponit. P̄ria accipit ex rōne  
entis. Secda ex hitudine mali ad bonū ī quo necessa-  
rio ī sbo malū p̄sistit. ibi. Item ⁊ alii pbant ⁊ c. P̄ria  
rō talē oē ens inquātū ens bonū ē: ⁊ a deo ē: sed oīs  
actio est ens ergo ⁊ c. P̄rimo pbat maiorē. Secdo  
pponit minorē: ⁊ iducit p̄clusionē. ibi. Ex p̄dictis collī-  
git atq; inferit ⁊ c. Quib⁹ opponit si oia ⁊ c. Hic exclu-  
dit obiectiones q; h̄c opinionē p̄nt esse: ⁊ diuidit.  
In tres sū tres obiectiones. P̄ria sumit ex h̄is acti-  
b⁹ q; mor noīari ī malū sonāt vt homicidiū ⁊ c. Secda  
ex omissionib⁹ q; actū h̄re nō vidēt. ibi. Itē alii eis op-  
ponit ⁊ c. Tertia ex cōpātōe pene ad culpā. ibi. Etiā  
q̄ri pōt ⁊ c. Et diuidit ī ptes duas. In pma ponit ob-  
iectionē ⁊ soluit eā onidens q; alii ē corruptio boni cul-  
pa q; pena. In sc̄da mouet quasdā qōnes ex solutiōe  
occasionatas. ibi. S; cū nihil sit ⁊ c. Et circa h̄ duo  
facit. P̄rimo inquīt quomō culpa possit eē corruptiō  
actiue. Secdo quomō pena sit corruptio passiue. ibi.  
Queri autē solet ⁊ c. Circa primū facit tria. P̄ri-  
mō ondit bonum quod malum culpe actiue cor-  
ruptio dicitur. Secdo ondit cuius boni sit corruptio  
ibi. Peccatum vero. i. culpa ⁊ c. Tertio exponit qd  
dā quod dixerat. s. qualis aliq; a deo elongetur. ibi.  
Ab eo se elongat per peccatū ⁊ c. Hic. v. queruntur.  
P̄rimo: de diuisiōe mali ī culpam ⁊ penam. Secdo  
de diffinitōe culpe. Tertio: si oīs culpa ī actu p̄sistit.  
Quarto: si ī actu interiori tantū vel ī exteriori. Quin-  
to: si culpa est corruptio potentiarum anime.

**D** primum sic proceditur. Videtur quod non sufficienter malum per culpam et penam dividatur. Malum nihil aliud est quam defectus boni. sed omne quod inuenitur alio minus bonum non est sine defectu alicuius boni. ergo omne quod est minus bonum est etiam malum: sed omnia creata sunt minus bona. cum ergo multe creature sint in quibus non est pena neque culpa: videtur quod malum non sufficienter per penam et culpam dividatur. **¶** Præterea. in illis que non habent dominium sui actus malum culpe esse non potest. In quibus autem culpa non est: nec pena est quod pena culpe debetur. cum ergo multa sint que voluntatem non habeant: et ita nec dominium sui actus in quibus: non est aliquod malum ut in rebus insensibilibus patet videtur quod malum non sufficienter per penam et culpam dividatur. **¶** Præterea. Aug. dicit quod malum: ideo dicitur: quod nocet: sed omne quod nocet pena est. ergo omne malum aliqua pena est. ergo non convenienter aliquod malum contra penam dividitur. Si dicatur quod pena nocet passive: sed culpa nocet active. **¶** Contra. Passio est effectus illationis actionis. si ergo pena est nocumentum passive: et culpa nocumentum active: omnis pena erit illatio quedam culpe: et ita omnis qui penam infert culpam perpetrabit quod hereticum est: quod sic ordo iustitie deperiret. **¶** Præterea. aliqua pena est que tantum in negatione consistit: ut carentia visionis diuine: sed passio non est tantum negatio imo est aliquod ens positive dictum cum sit unum de decem generibus. ergo non omnis pena est nocumentum passive dictum. **¶** Præterea. quedam culpe sunt in quibus nullus actus consistit: ut patet precipue in culpa originali: sed nihil nocet active nisi per actionem aliquam. ergo non omnis culpa est nocumentum active. **¶** Contra est quod Aug. dicit omne malum nostrum: est vel quod agimus vel quod patimur: sed malum quod agimus culpa est malum quod patimur pena est. ergo malum per culpam et penam dividitur. **¶** Respondet ad hoc: quod sicut supra dictum est malum per se loquendo privatio quedam est alicuius boni bonum autem in perfectione et actu consistit. unde oportet fieri distinctionem perfectionis distinctionem malorum esse. Est autem duplex actus vel perfectio. scilicet actus primus et secundus: actus primus est ipsa prima forma actus secundus est operatio. et ideo ex privatione utriusque perfectionis diuersi mali diuersi consurgunt. Si enim privetur aliqua forma vel perfectio alicuius rei naturalis dicitur esse malum nature. si autem privetur perfectio operationis dicitur esse peccatum: quod ut in secundo philosophorum dicitur peccatum est in hiis que nata sunt finem consequi cum non consequitur quelibet autem res per suam operationem finem suum nata est consequi. unde oportet quod peccatum in operatione consistat secundum quod non est directa ut finis erigit secundum quod non recte scribit. nec parat recte medicus potionem: sed in utroque. metaphisice dicitur bonum et malum quodam spali modo est in hiis que per electionem agunt que rationem finis cognoscunt et finem sibi determinare possunt: et ideo peccatum in talibus vltiorem quamdam mali rationem accipit ut scilicet peccatum in eis est culpa dicitur. unde peccatum in pluribus quam culpa est quod ut ex secundo philosophi habetur peccatum est: et in hiis que secundum naturam sunt in hiis sunt secundum artes: sed culpa non potest esse in hiis nisi que per voluntatem sunt nihil enim culpe rationem obtinet nisi quod vituperabile est. neque

vituperium alicui debetur propter inordinatum actum nisi ille actus suo dominio subiacet. bene autem dominium super suos actus ut scilicet possit facere et non facere voluntatis proprium est. unde culpa super peccatum addit ut sit voluntatis actus. similiter etiam malum nature in electionem habentibus specialem quandam rationem mali accipit. scilicet rationem penę in quantum voluntas defectui dissentit. unde omnis pena malum nature est dicitur enim pena malum ut Aug. dicit: quod nature bene nocet in quantum subtrahit sibi id per quod natura perficitur vel in suo esse naturali ut cecitas vel in nature superadditis ut subtractio gratie vel huiusmodi. Quidam tamen dicunt quod etiam in brutis defectus naturalis rationem penę sortitur: sed melius videtur ut pena non sit nisi ubi culpa esse potest: et ita patet quod malum rationalis creature sufficienter et convenienter per penam et culpam dividitur. **¶** Ad primum ergo dicendum: quod nomen defectus potest sumi vel negative vel privative. si sumatur negative: sic non omne quod habet defectum alicuius boni continuo malum est: quod malum privatio est. unde non est nisi defectus eius quod quis natura est: et debet habere. Si autem privative: sic patet quod non omne quod caret aliquo bono defectum habet non enim est defectus in lapide quod non videtur. unde patet quod ratio procedit ex equivocacione huius nominis defectus. **¶** Ad secundum dicendum: quod culpa et pena non sunt diuersi mali absolute sumpti: sed mali secundum quod est in habentibus electionem ut dictum est. **¶** Ad tertium dicendum: quod nocere dicitur dupliciter. scilicet effective: et formaliter. formaliter autem nocere dicitur ipsum nocumentum siue ipsa ademptio boni vel privatio: sicut albedo facit album: et sic omne quod nocet pena est in hiis que nata sunt penam subire. si autem sumatur effective: sic dicitur nocere id quod causat privationem alicuius perfectio in re et hoc modo culpa nocet quia per actum deordinatum auferatur aliqua perfectio. scilicet gratia: et tamen ipsa privatio gratie pena est: et hoc est quod magister dicit quod culpa est corruptio boni active: quod scilicet malum culpe consistit in defectu actus secundum quod deficit a debito fine: et debitis circumstantiis: et iste actus deficientis agit vel efficit in anima privationem gratie: et ipsa privatio gratie passiva accepta pena est. **¶** Ad quartum dicendum: quod omnis pena quedam corruptio est ab aliquo agente inducta: et quantum culpa sit quid actuum corruptionis: non tamen omne actuum corruptionis culpa est. et ideo non oportet quod omnis qui penam infert culpam incurrat. **¶** Ad quintum dicendum: quod passio potest sumi dupliciter vel quantum ad naturam rei prout logicus: et naturalis passionem considerat: et hoc modo non oportet omnem penam passionem esse: sed quandam. scilicet penam sensus: vel quantum ad modum significandi prout grammaticus considerat: et sic illud passive dicitur: quod a verbo passivo derivatur. unde privatio qua aliquis privatur aliquo dicitur privatio passiva: et privatio qua aliquis privatur dicitur privatio activa: et hoc modo sumendo passionem omnis pena est corruptio vel privatio passiva. **¶** Ad sextum dicendum: quod non dicitur culpa corruptio activa: quod in actu consistat: sed magis: quod corruptionem agit. et ideo obiectio non procedit contingit enim per id quod non est actus effici vel induci privationem passive dictam. utrum tamen in omni culpa operatio requiratur prout dicitur.

**D** secundum sic proceditur. Videtur quod peccatum inconuenienter in proposito diffinitur. Illud enim quod diffinitur oportet aliquid esse: quod questio an est precedit questionem quid est: iterum omne quod diffinitur essentiam habet cum diffinitio essentiam rei significet: sed secundum Augustinum peccatum nihil est et nihil sunt homines cum peccat. ergo diffiniri non potest. **P**roterea diffinitio per se conuenit cum diffinitio: sed diffinitiones hic date de peccato non conueniunt de peccato ut in littera dicitur. ergo inconuenienter assignante sunt. **P**roterea in diffinitione superiorum non debet poni inferius: sed concupitum vel dictum vel factum est inferius quam peccatum: quod omne factum contra legem dei est peccatum: sed non conuertitur ergo inconuenienter assignatur descriptio ex posterioribus secundum naturam. **P**roterea specialis virtuti specialiter peccatum opponitur: sed iniustitia est quedam virtus specialis. ergo peccatum non debet diffiniri vniuersaliter sumptum per oppositum ad iniustitiam. **P**roterea obedientia est quedam specialis virtus: sed obedientie opponitur inobedientia. ergo et inobedientia erit speciale peccatum. cum ergo species in diffinitione generis poni non debeat: videtur quod inconuenienter peccatum vniuersaliter sumptum per inobedientiam diffinitur.

**R**espondeo quod sicut dictum est peccatum dicitur malum quod in operatione consistit. unde ad rationes peccati duo concurrunt. scilicet actus et ipse defectus ex quo non mali incidit: defectus autem ille qui causat rationes mali in peccato ut dictum est: est defectus rectitudinis in actu per quem dirigebatur in finem: finis autem rationalis nature vltimus que precipue theologus considerat est ipsa beatitudo eterna ad que finem lex diuina nos dirigit sicut instrumentum et iniustitia sicut in illam inclinans. et ideo peccatum tripliciter: hic describitur. In prima enim descriptione tangitur scilicet actus in ordine ad instrumenta quibus actus exercetur cum dicitur dictum vel factum vel concupitum: et tangitur privatio illius dirigentis quod instruendo dirigit. scilicet legis: cum dicitur quod sit contra domini legem. In secunda autem descriptione tangitur scilicet actus ex parte obiecti in hoc quod dicitur voluntas retinenda vel consequendi: et privatio illius dirigentis quod in finem inclinatur per modum habitus in hoc quod dicitur quod iniustitia verat. In tertia autem descriptione tangitur illud quod est formale in peccato ex quo rationem mali habet. scilicet privatio dirigentis in finem. in hoc quod dicitur preuaricatio legis diuine: et deordinatio a fine ab ipso fine in hoc quod dicitur celestium inobedientia etc. **A**d primum ergo dicendum: quod secundum quod aliqua habet esse possunt diffiniri ut in vii. metha. dicitur. unde quia ens per prius de se dicitur que perfecte rationem entis habet: ideo nil perfecte diffinitur nisi se habet. accidentia autem sicut in complete rationem entis precipiant: ita et diffinitionem absolutam non habent: quod diffinitionibus eorum ponitur aliquid quod est extra genus eorum. scilicet subiectum ipsorum. Similiter etiam cum ens quodammodo dicatur de privationibus et negationibus ut in quarto metha. dicitur eorum etiam potest esse aliquis modus diffinitionis incompletissimus qui est quasi exponens nominis si significationem non essentiam indicans quam nullas habent non autem: ita quod peccatum omnino sit privatio et negatio: sed quantum ad id solum ex quo formaliter rationem mali habet. et ideo ex parte illa diffinitur per privationem: ut patet ex omnibus descrip-

tionibus in littera positus. **A**d secundum dicendum: quod peccatum non dicitur vniuersale de omnibus generibus peccatorum: sed per prius de peccato actuali mortali a quo peccatum veniale deficit et hoc quod non omnino a fine deordinat: sed aliquo modo retardat ordine ad finem saluato. unde deficit ex parte illa ex qua peccatum formaliter rationem mali habet. Originale autem deficit ab eo ex parte ipsius substantie actus actualis enim mortale est voluntarium: voluntate propria illius in quo est: sed originale est voluntarium voluntate alterius. unde deficit ex parte illa ex qua peccatum habet rationem culpe. et ideo non oportet quod diffinitio peccati in genere conueniat nisi illi peccato in quo perfecte ratio generis inuenitur: potest autem et diffinitio peccati in genere eis secundum quod conuenire: sicut et ratio generis in eis per posterius inuenitur. **A**d tertium dicendum: quod sicut aliquando videtur non veris differentiis loco verarum propter earum occultationem ut in septimo metha. dicitur ita etiam loco veri generis potest poni aliquid per quod genus magis in notescat: et sic Augustinus. intendens magis plane quam artificialiter loqui genus peccati quod est operatio per istam circulo locutionem dictum vel factum etc. significauit. **A**d quartum dicendum: quod iniustitia non sumitur hic prout est specialis virtus: sed per generalis que est idem subiecto in omni virtute ut in v. ethicorum philosophus dicit differens quod virtute solam ratione: quod virtus dicitur secundum quod ad actum dirigit iniustitia vero secundum quod rectitudini legis concordat: et secundum quod in bonum corde cedit. **A**d quintum dicendum: quod obedientia et quandoque sumitur specialis ut vltimus quoad. scilicet specialis ratio ad faciendum aliquid est auctoritas precipientis: et huic opponitur inobedientia que est specialiter peccatum quando. scilicet aliquis pretermittit hoc quod est preceptum specialiter in contemptum precipientis: aliquando autem obedientie sumitur quasi omnem virtutes consequens actus enim omnis virtutis in precepto legis est. unde quicumque aliquo actum virtutis facit obedit et huic obedientie opponitur inobedientia que omne peccatum mortale consequitur: et hoc modo inobedientia hic in diffinitione peccati ponitur.

**D** secundum sic proceditur. Videtur quod omnine peccatum in actu consistat etiam peccatum omissionis. Peccatum enim est dictum vel factum vel concupitum contra legem dei ut dictum est: sed in hoc quod dicitur dictum vel factum vel concupitum tangitur aliquis actus. ergo etiam peccatum omissionis in aliquo actu consistit. **P**roterea. omne peccatum vel est originale vel actuale: sed obmissio non est originale peccatum: quod originale equaliter in omnes transit qui per concupiscentiam generantur: non autem in omnibus est peccatum obmissio. ergo oportet quod sit actuale: sed actuale ab actu dicitur. ergo omissionis peccatum aliquo actu significat.

**P**roterea. quicumque se habet similiter nunc et prius non magis nunc quam prius peccat: sed aliquis qui nihil agit similiter se habet nunc et prius. si ergo aliquis talis peccat continue dum actum illum non agit videtur peccare. hoc autem inconueniens est: quod sic peccatum omissionis quolibet grauissimum esset. ergo peccatum omissionis non est aliquis oio nihil agit: sed oportet quod sit in eo aliquis actus. **P**roterea. demeritum opponitur merito: sed meritum non potest esse nisi per actum. cum ergo opposita ad idem genus reudantur: videtur quod omne peccatum et demeritum



in actu aliquo consistat. **C** Preterea, Aug. dicit qd omne peccatum est voluntarium. si ergo obmissio est peccatum videt qd saltem actum voluntatis in ea esse oporteat. **C** Preterea, sicut supra dictum est malum esse non posset nisi esset bonum in quo malum consisteret: sed vbi nullus est actus nō inuenitur ali quod bonum in quo deformitas peccati fundetur. ergo videtur qd non posset esse aliquod peccatum in quo non sit aliquis actus. **C** Contra Ambrosius dicit in littera peccatum est preuaricatio legis diuine et celest. in obe. **C** Preterea, preceptorum quedam sunt affirmatiua quedam negatiua. cum ergo aliquis nihil agendo inobediens diuinis preceptis affirmatiuis erit: videtur qd peccatum obmissionis possit esse vbi nō est aliquis actus. **C** Preterea, nihil iuste punitur nisi peccatum: sed ei qui non facit quod preceptum est sibi etiam: si nullum actum faciat iuste pena infligitur. ergo si nullum actum agat aliquis nisi i lominus obmittendo peccat. **C** Respondeo dō: qd omne peccatum oportet aliquo modo in actu consistere non tamen eodem modo: peccatum enim originale: sicut rationem culpe habet: ex hoc qd voluntarium est: non quidem voluntate propria: sed voluntate alterius: ita etiam rationem peccati habet ex hoc qd per actum alterius inductus est: sed peccata actualia etiam in actu proprio illius in quo sunt consistunt et hoc quidem planum est in his que per commissio nem peccant. vtrum autem in peccato obmissionis sit aliquis actus a potētia elicitus super hoc duplex opinio est. Quidam autem dicunt qd in peccato obmissionis semper oportet aliquem actum esse p quez aliquis retardatur ab expletionē mandati vel precepti siue interiorē voluntatis: vt cum aliquis vult precepto non obedire siue exteriorē: vt cum aliquis facit aliquem actum per quem ab expletionē precepti impeditur. exemplum de illo qui nimis vigilat: et non potest surgere hora debita. sed ista opinio nō videtur necessitatem habere: cum enim voluntas libera sit: nec ad aliqd faciendum vel non faciendum determinetur potest hoc modo pretermittē aliquid qd eius contrarium non velit: nec de eius contrario cogiter: nec etiam de aliquo alio quod sit per se impedimentum eius quod facere tenetur: et si enim aliquid velit quod quantum in se est impedimentum expletionis precepta: sicut oppositum constat qd ex hoc qd vult illud non peccat: qd illud potest esse sibi se licitū sed peccat in eo qd pretermittit id quod facere debet. ergo constat qd ille actus vel exterior vel interior p accidens ad peccatum obmissionis pertinet: et ita in eo deformitas obmissionis non fundatur: nec iterum in actu contrario precepti: qd positum est qd talis actus non sit. cum voluntas possit in neutrum oppositorum ferri sicut etiam deus: nec vult mala fieri nec vult mala non fieri nec alicui dubius est qd aliquo sic se habente per obmissionem peccat: qd iuste punitur ex hoc qd preceptum non implet. vnde patet qd peccatum obmissionis in sola negatione actus debiti consistit: et h est alia opinio: sed qd opposita in idem genus reducuntur: ideo obmissio actus peccati rationē consequitur ex eo qd voluntaria est: sicut et actus voluntarius rationem peccati: et culpe habet: et huic et consonant verba philosophi in tertio ethicorum. vbi ostendit negligentiam sciendi vel faciendi aliquid iuste a legibus puniri: ex hoc qd sicut in potestate hominis est facere aliquid: ita et non facere. vnde sicut

pro eo quod indebitē facit iuste punitur: ita p eo qd indebitē dimittit. **C** Ad primum ergo dicendum: qd sicut dictum est opposita reducuntur in idem genus in quo vel vtrūq; ē per se: vt patet in contrariis et relatiuis vel vnum est per se et alterius per reductio nem: vt patet in priuatione et habitu et affirmatione et negatione. vnde habitum est in. xxviii. di. primi li. ab Aug. qd in eodem genere est genitus: et non genit? et ideo in dicto excluditur etiam obmissio dicti: et in facto obmissio facti: et sic de aliis. non enim hoc habet dictum in quantum est affirmatione dictum: vt sit peccatum: sed in quantum est in voluntatis potestate a rectitudine finis exiens in hoc autem conuenit cum dicto affirmatiuo etiam non dicere quod similiter ē in potestate voluntatis et a recto ordine exiens finis. **C** Ad secundum dicendum: qd peccatum obmissionis non est peccatum originale: sed actuale: nec dicitur actuale: quasi in aliquo actu existat: sed qd ad gen? actus reducitur cuius negatio est: sicut Aug. in genitū in genere relationis ponit vt habitus est in primo li. di. xxviii. et iterum sicut actus est in potestate voluntatis: ita et negatio eius. **C** Ad tertium dicendum: qd obmissio non est peccatum nisi sibi qd precepto affirmatiuo opponitur preceptum autem affirmatiuum obligat semper: sed nō ad semper: sed ad aliquod tempus determinatum. et ideo in illo tempore tantus ad quod preceptum affirmatiuum obligat aliquis reus obmissionis teneat. **C** Ad quartum dicendum: qd malum pluribus modis contingere potest qd bonum vt patet per D. de. ex. iiii. c. de di. no. et pbs in. ij. ethico rum non enim bonum consisteret nisi omnia que ad perfectionē rei eriguntur cōueniant quodcūq; aut eorum subtrahatur ratio mali incidit. et ideo meritum quod est quasi quoddam iter in finez beatitudinis ē non potest nisi sit operatio et operationis rectitudo: sed sine desit rectitudo in ipsa operatione siue desit ipsa operatio erit demeritum quod est recessus a fine quod etiam patet in corporalibus: qd locum corporalem nihil acquirit nisi per motum ordinatum in locum illum. potest autem locum illum amittere qd est extra propriū locū dupliciter: siue nō moueat: s; qd scit siue moueat motu indebito. **C** Ad quintū dō: qd obmissio est voluntaria non quasi actu voluntatis in ipsam transeunte: sed quia in voluntatis potestate ē actum nō facere sicut et facere: et sicut actus dicitur voluntarius: qd est in potestate voluntatis: ita et obmissio actus. **C** Ad sextum dicendum: qd oportet qd malum semper in bono subsistat: non tamen oportet qd illud bonum in quo malum subsistit sit actus. et ideo dico qd malum obmissionis non fundatur in aliquo actu sed in potentia que actum producere potest.

**C** Quartum sic proceditur. Videtur qd peccatum non consistat in actu exteriori: quia vt in libro de somno et vigilia dicitur cuius ē potentia eius est actus: et eadem ratione cuius est habitus eius est actus: sed habitus virtutis et vitii non ē in corpore: sed in anima. ergo nec actus peccati erit actus corporis: sed anime. **C** Preterea, ei qui vitare peccatum non potest peccatum non est imputandum: sed sicut gladius non potest vitare quin occidat motus ab homine: ita etiam manus vel aliquid membrum non potest vitare quin actum crequetur quē voluntas imperat. ergo peccatum in actu exteriori membrorum non consistit. **C** Preterea, actus voluntatis medius est inter actum intellectus. s. cogita

tionem & actum exteriorum membrorum & magis vni-  
tur voluntas intellectui quae etiam ipsis membris. scilicet  
cogitatio pure speculativa de aliquo quantumcumque  
malo non est peccatum, ergo multo minus in exte-  
ri actu peccatum erit. **P**reterea illud quo posito  
vel remoto nihilominus est peccatum non vide-  
tur in se deformitatem peccati continere: sed siue sit  
actus exterior: siue non dummodo assit voluntas co-  
mpleta aliquod malum perpetrandi peccatum perficitur  
& imputatur ad mortem, ergo actus exterior: de-  
formitatem non continet. **P**reterea, illud quod est  
tantum ad manifestationem bonitatis vel malitiae non  
videtur per se actus malitiae vel virtutis esse: sed  
in decimo ethicorum ut philosophus innuere vide-  
tur exterioris actus sunt tantum ad manifestationem  
virtutis & eadem ratione sunt ad manifestationem  
vicii, ergo in actibus exterioribus non consistit pec-  
catum. **C**ontra, seruire peccato peccare est: scilicet me-  
bra exteriora peccato seruire dicuntur ad Ro. vi. si  
cuti exhibuistis membra vestra etc. ergo in actu exte-  
riori membrorum peccatum consistit. **P**reterea,  
nihil prohibetur lege diuina nisi peccatus: sed lex di-  
uina non tantum prohibet actus interiores: sed etiam ex-  
teriores adeo ut de his etiam diversa precepta den-  
tur: ut patet exodi. xx. non mechaberis: & non concu-  
pisces uxorem etc. ergo non solum in actu interiori: sed et  
exteriori peccatum consistit. **R**espondeo dicitur: quod in  
omnibus agentibus ordinatis hoc commune est quod id  
quod est motum ab alio: sicut instrumentum a proprio  
agente in actu suo consequitur conditionem primi age-  
ntis quantum potest, cuius ergo in omnibus actibus ho-  
minis principalitatem obtineat voluntas eo quod ipsa  
tanquam liberrima omnes potentias in actus suos  
inclinat oportet quod in actibus humanis conditio vol-  
untatis saluetur in his videlicet qui ad imperium  
voluntatis sunt: & inde est quod cum voluntatis sit pro-  
prium ut dominium sui actus habeat hoc etiam in  
ceteris que a voluntate sunt mota inuenitur secundum  
eius conditionem consequi possunt, potest enim intel-  
lectus considerare & non considerare prout a volun-  
tate est motus, & similiter est de concupiscibili & ira-  
scibili: & hoc visus ad actus exteriores moriue virtu-  
tis extenditur ut possit homo ambulare vel non am-  
bulare loqui vel non loqui: sic deinceps, sed quia  
in hoc consistit ratio meriti & demeriti laudis: & viti-  
perii quod id bonum vel malum quod agitur in potesta-  
te agentis est. **I**nde est quod actus voluntatis primo ra-  
tionem peccati & culpe habet: & consequenter alii ac-  
tus a voluntate imperati: & hoc modo etiam in acti-  
bus exterioribus deformitas culpe consistit: sed quia  
actus semper attribuitur primo agenti potius quam in-  
strumento sicut secare artifice potius quam ferre: ideo  
quidam considerantes quod actus a voluntate impe-  
rati non habent rationem culpe nisi a voluntate: di-  
xerunt peccatum tantum in actu voluntatis interio-  
ri esse. **A**lii vero considerantes tam illud in quo pri-  
mo est ratio culpe quam illud in quo secundo est: dire-  
runt tam actus interiores quam exteriores peccata esse  
& verique considerabant peccatum non solum quan-  
tum ad illud quod est formale in ipso, unde rationem  
mali habet, scilicet auersionem: sed etiam quantum ad con-  
uersionem que est materiale in peccato, sed quidam  
considerantes solum illud quod formale est in pec-  
cato, scilicet defectum, unde rationem mali habet dixerunt  
neque actus interioriores neque exteriores peccata esse:

inter quas verior est opinio que dicit quod in utroque sit  
peccatum: quia plenam considerationem peccati habu-  
it ista opinio considerans peccatum quantum ad id  
quod est formale in eo: & quantum ad id quod est ma-  
teriale non solum quod primo deformitatem pecca-  
ti continet sed et quod secundo. **C** Ad primum er-  
go dicendum: quod ex habitu virtutis & vicii informa-  
tur substantia actus, unde oportet habitum virtutis & vicii  
esse in ratione ex qua ratio culpe: & meriti procedit: et  
non in corpore quod substantia actus erequedo ministrat.  
**V**el dicitur quod actus exterior: non immediate procedit ab ha-  
bitu: sed mediante actu interiori, & ideo sequitur quod in  
actu exteriori non sit primo ratio peccati: sed non se-  
quitur quod nullo modo. **C** Ad secundum dicitur: quod percutere  
non est actus manus: sed est actus hominis per manum,  
actus enim in diuicorum sunt: & ideo culpa manus  
non imputatur: sed homini propter actum quem per manum  
exercuit qui ab eo vitari potuit. **C** Ad tertium dicitur: quod  
virtus prioris est in posteriori: sed non inuertit cog-  
nitio aut speculativa precedit actum voluntatis qui est de  
actu exteriori: sed actus exterior: sequitur actum inte-  
riorem voluntatis, & ideo ratio culpe que primo in actu  
voluntatis est transit ex voluntate in actum exte-  
riorem qui sequitur non autem in actu cognitionis qui precedit.  
**C** Ad quartum dicitur: quod primum non dependet ex poste-  
riori: sed a primo causatur posterius, & ideo quod actus  
voluntatis primo rationem culpe habet: id est exteriori  
actu cessante ratio culpe in actu voluntatis manet.  
**N**on autem sequitur ex hoc quod rationem culpe non pos-  
sit in exteriori: em actus producere. **C** Ad quintum dicitur: quod  
per actus exteriores manifestantur interiores: sic causa effectus  
vnde sic effectus precipue similitudinem suarum causarum  
quantum possunt: ita etiam actus exteriores rationem  
culpe consequuntur que primo in actibus interiori-  
bus inueniuntur.

**D**icuntur sic proceditur. **V**idetur quod per pec-  
catum nulla corruptio in potentia anime fiat  
primo per illud quod dicitur **D**yo. quanto ca. de  
di. no. quod data naturalia in angelis peccantibus inte-  
gra manent: sed quod corrumpitur non est integrum,  
cum ergo peccatum hominis non sit maius peccato  
angeli: videtur quod etiam in nobis nulla corruptio po-  
tentiarum naturalium per peccatum fiat. **P**re-  
terea, illud quod corrumpitur non manet idem specie, sed  
homo post peccatum est idem specie qui ante pec-  
catum fuit, ergo per peccatum in nullo corrumpitur.  
**P**reterea, nihil corrumpitur nisi per suum contra-  
rium: sed ut in primo philosophorum dicitur subiectum  
neutri oppositorum contrarium est, cum ergo poten-  
tia anime sit subiectum culpe & virtutis: videtur quod  
per culpam non corrumpatur. **P**reterea, nihil agit  
ad sui corruptionem: sed causa peccati est ipsa anima  
per potentiam naturalem, ergo peccatum non cor-  
rumpit potentiam naturalem anime. **P**reterea,  
nulla potentia corrumpitur per hoc quod in actum re-  
ducitur, sed potentia naturalis peccando reducitur  
in aliquem actum in quem erat in potentia, ergo per  
peccatum non corrumpitur: sed perficitur. **P**re-  
terea, si per peccatum anima corrumpitur, aut ergo quantum ad esse primum  
aut quantum ad esse secundum, non quantum ad esse primum: quia sic statim  
homo peccando esse desineret, si quantum ad esse secundum huius totum  
tollit per primum peccatum quod gratia subtrahit, & sequens pec-  
catum nihil in anima corrumpit: & sic non erit cor. **O** peccato  
corrumpere naturales potentias anime. **C** Contra, nihil efficitur  
tunc aliud per hoc quod corruptum est: sed in secundo ethi. dicitur philosophus

q̄ hō per actum viciū efficitur non solum alter: sed alius. ergo peccatū naturā aīe corrumpit. C. Pre. p̄fectioni opponitur corruptio. sed p̄bs dicit in. vii. ethicorum: q̄ hō acquirere virtutē nō dicitur alterari: sed p̄fici. ergo cū peccatum virtuti opponat: v̄ q̄ hō peccādo nō alteret: sed magis corrupat. C. Respondeo d̄d: q̄ q̄n̄ aliquid ē ī potētia ad diuersa hoc contingit dupliciter. vno mō sic q̄ vtrūq; eorū ad qd̄ est in potētia equaliter sit debitum ei: ⁊ perfectiū nature ipsius. sicut p̄ in corpore celesti in quoreno- uantur diuersi situs quorum vnus non est sibi magis debitus q̄ alius. ⁊ ideo quando acquirat aliquē sitū de illis pluribus non simpliciter dicitur p̄fici nec quando amittit corrūpit: q̄ amittēdo vnum acquirat alium equivalentem. ⁊ ideo in tali amissione non est malum: q̄ supra orbem lune malum consistens in de- sectu naturali esse non potest: ⁊ quasi simile est in cor- pore quod est potentia album ⁊ nigrum. ⁊ ideo in ac- quisitione ⁊ amissione talium proprie est transmuta- tio non autē simpliciter perfectio vel corruptio alio modo sic q̄ alterum eorum simpliciter est debitus ei quod est in potentia vtrūq;. ⁊ alterum est indebitus ei: ⁊ tunc acquisitio illius qd̄ est debitum sibi dicitur p̄fectio. ei: ⁊ amissio dicitur corruptio. verbi gratia. po- tentia anime est in potentia ad habitum virtutis et viciū. sed habitus virtutis est debitus sibi: q̄ per eū ordinatur in finem propriū: habitus autem vicio- sus est indebitus sibi: q̄ per eum discedit a rectitudi- ne finis proprii: ⁊ ideo quando aliquis acquirat vir- tutem non dicitur simpliciter esse alteratus: sed ma- gis perfectus vt in. vii. phisicorū dicitur: ⁊ eōtra q̄ habitus viciū in eo acquirat dicitur corrumpi quā- do mutatur ab eo quod est sibi conueniens s̄m natu- ram in id quod est sibi non conueniens: vt quodāmo- do in aliam naturam transeat: q̄ conditionem ⁊ pro- prietatem alterius nature mutatur: sicut qui iracū- dus efficiat transit ī p̄prietatē canis. ⁊ ideo Boetius dicit q̄ homines dum peccant naturam hoīs quodā modo amittunt: ⁊ sic quedam bruta aīalia fiunt. Ad B eni est illud qd̄ ē p̄ rōnem vltimam vero perfectio in brutis est s̄m p̄tē sensualē: vnde quando homo ab eo quod est conueniens s̄m rationem transit in id quod p̄tē sensitiue conuenit mutatur a cōditione hu- mana in conditionem brutalem: ⁊ per hunc modum peccatum vel culpa quod in actu cōsistit dicitur cor- rumpere animam vel potentias s̄m. s. quod peruer- tit eam ab ordine rationis per quem in debitum si- nem dirigebatur. C. Ad primum ergo dicendum: q̄ p̄fectiones naturales possunt considerari duplici- ter vel quantum ad esse primum: ⁊ sic per peccatū non corrumpuntur manet enim: ⁊ intellectus: ⁊ vol- untas: ⁊ oīa huiusmodi vel quantum ad ordinē quo in finem ordinantur: ⁊ sic per peccatū corrūpūt vt dictū est. C. Ad secundum d̄d: q̄ sicut est duplex per- sectio. s. prima ⁊ secunda: ita etiam est duplex corru- ptio. vna per quam tollitur perfectio prima p̄ quam res esse primum hēbat: ⁊ talis corruptio speciei mu- tationem facit: sed sic culpa naturam hominis nō cor- rumpit. Alia corruptio est per quam tollitur perfectio secunda per quam res in esse secundo completo p̄fici- at. ⁊ h̄ speciem non variat: sed tantum speciei com- plementum tollit. ⁊ hoc modo culpa naturam huma- nam corrumpit. C. Ad tertium d̄d: q̄ subiectū ad tria dupliciter potest se h̄re vt dictū est: vel ita q̄ vtrūq; equaliter sit debitum sibi: ⁊ tunc non magis per vnu

q̄ per alterum corrūpit: vel ita q̄ vnum sit debitus sibi: ⁊ alterum indebitum: ⁊ tunc per vnum simplici- ter pericitur: ⁊ per alterum simpliciter corrumpitur. Quis causam alterum contrariorum per quod corrū- pitur non sit sibi contrarium quantum ad esse primum quia vtrūq; contrariorum subicitur: tamen sibi ē cō- trarium quantum ad esse secundū in quod subiecti natura ordinatur. C. Ad quartum dicendum: q̄ ni- hil agit suam corruptionem intendens illam: sed nō est inconueniens: vt per actionem alicui⁹ sequat cor- ruptio eius p̄ter intentionem agentis: ⁊ sic per ac- cidens aliquid sue corruptionis causa est: sicut p̄ in infirmo qui cōmedit nocua ex quibus mores incur- rit: intendit enim delectationē in cibo: sed p̄ter de- lectationem sequitur mors. Et similiter est in eo qui peccat intendit enim delectari in opere peccati: sed corruptio anime p̄ter intentionem eius sequitur. C. Ad quintum d̄d: q̄ potentia nō corrūpit. si redu- catur in actum ad quē est de se ordinata: ⁊ qui ē debi- tus sibi: sed talis actus non est peccatum. ⁊ ideo rō nō procedit. C. Ad sextū d̄d: q̄ peccatū corrumpit ani- mam non quantum ad esse primum: sed quantum ad esse secundum. sed esse s̄m potest dupliciter conside- rari: vel s̄m q̄ est in actu: ⁊ sic tollitur per peccatum primum ⁊ non per secundū: sed h̄ per accidens: q̄ se- cūdū peccatum nō inuenit ipsum: vel s̄m q̄ est in ha- bilitate: ⁊ sic vt ex p̄ius dictis p̄ per quodlibet pec- catum diminuitur. C. Et tñ nunquā totaliter tollit voluntas retinendī vel consequendī ⁊c. v̄ hoc nō esse in quolibet peccato eō. aliq̄ enī peccatū ē qd̄ ē ad corrūpēdū: ⁊ non ad aliquid acquirēdum: vt p̄ in homicidio: ⁊ inuidia ⁊ huiusmodi: sed dicem⁹ q̄ ī tentio sine voluntatis sine nature nūq; per se termi- natur ad non esse vel ad corruptionem: sed semper ad aliquod bonū ipsi intendenti: quis p̄ter intētio- nem sequitur malum vel corrūptionem sine qua bonum intentum esse non potest: vt patet ī igne qui intendit formam suam in materia inducere ad quas sequitur corruptio aeris. similiter etiam voluntas intēdit ali- quod bonum ipsi volenti quod sine corruptione alte- rius non est: sicut vult quietem suam quam suspicaf esse non posse sine morte aduersarii vel aliquid hu- iusmodi. C. Volūtas enī vt superius ⁊c. Nō sumit voluntas pro actu voluntatis: ⁊ non pro potentia ip- sa. Nō consisteret peccatum: sed interdictio ⁊c. Ce- ruz est: ⁊ legis scripture: ⁊ naturaliter indite. Ad cō- sistente autem peccato ⁊c. Videtur hoc esse falsum: q̄ virtus a malitia non dependet: sicut nec bonus a malo. sed d̄d q̄ in sacra scriptura aliquid dicitur fie- ri: ⁊ esse quando innotescit. Et similiter per oppositū non esse quando ignotum est: ⁊ quia virtus non ma- nifestatur nisi per malitiam oppositam: ideo dicit q̄ si non esset peccatum non esset virtus. ⁊ ideo subia- git. Subsistere vel eminere non posset. Sciēdū eti- am q̄ hoc quidem est peccatū non p̄uaricatio ⁊c. debet poni illa notula que in superiori distinctione ī aliquibus libris posita est que sic incipit. Ioannes autē qui facit peccatū ⁊c. Quo circa diuersitatis ⁊c. ex prima enī diffinitione occasionata est opinio que dicit tam in actu interioi q̄ exteriori peccatum con- sistere. Et secunda vero eiusdem occasionatur alia opinio que dicit peccatum esse tantum in actu volū- tatis: Et tertia vero Ambrosii occasionatur alia opi- nio que dicit solum in priuatione peccatum consiste- re: ⁊ non in actu. Quidam ap̄tem diligenter ⁊c. h̄ opi

nio dicitur ab illa quam prius posuit: quia hic loquitur de malo cuius ratio tantum in privatione consistit. Alia vero quam supra posuit loquebatur de peccato quod complectitur simul privationem: et actum. Item probant nihil casu fieri in mundo etc. videtur hoc esse falsum: quia omne quod fit ut in minori parte fit casu. si igitur nihil fiat casu proveniens ut in minori parte: sed si nihil fit huiusmodi omnia ex necessitate contingunt: quia ea que sunt frequenter non deficient a necessitate nisi si non possunt in minori parte deficere ut in sexto methaphisice h. Sed dicitur quod effectus proveniens ut in minori parte potest considerari dupliciter. vel in ordine ad causam proximam preter cuius intentionem accidit: et sic casuale vel fortuitum est. vel in ordine ad causam primam cuius presentiam nihil preterfugit: et ita casu non fit. Ad quod dicunt huius atque huiusmodi doctores etc. Ita solutio procedit secundum illam opinionem que ponit in peccato omissionis actum esse: sed secundum aliam opinionem solvetur ista obiectio: quia privationi qua malum omissionis dicitur malum substat res bona. s. potentia in actum non eriens. potest etiam queri ab eodem etc. h. obiectio sic procedit. in peccato duo sunt. s. actus scilicet: et malitia. quod ergo peccatum dicitur corruptio boni aut habet hoc in quantum est malum vel peccatum vel in quantum est actus ex quo bonitatem habet. si primo modo est enim ois corruptio boni pena fit peccatum in eo quod peccatum vel malum erit pena: et a deo quod est inconueniens. Si autem ex parte actus habeat quod sit corruptio boni cum actus omnis in quantum est actus sit bonum: tunc in quantum est bonum non habebit quod corrumpat bonum: quod videtur inconueniens. ergo oportet ut illud quod est in peccato preter deum unitatem et corruptionem: unde ratio mali causatur: non sit res bona. sed soluitur per equivocacionem corruptionis ut in littera patet.

### Distinctio.

### Trigesimasexta

Quod quedam simul sunt peccata et pena peccati: quedam peccata et causa peccati: alia vero peccata et causa et pena peccati.

**Sciendum** est tamen quedam sic esse peccata ut sint etiam pene peccatorum. unde de Aug. super illud locum psalmi lvi. super cecidit ignis et non viderit solem ait. Ignis superbie et concupiscentie et ire intelligitur. Istas penas pauci vident. ideo eas maxime commemorat apostolus in epistola ad romanos: et enumerat multa que peccata sunt et pene peccati. Item iter primum enim peccatum apostasie et ultimam penam ignis eterni media que sunt et peccata sunt et pene peccati Grego. quoque super Ezechielis ait. Contempnent qui non vult penitere ponit deus offendiculum ut. s. grauius impingat. peccatum enim quod pernitentiam citius non deletur: aut peccatum est et causa peccati: aut peccatus et pena peccati: aut pec-

catum simul et causa et pena peccati. Unde moyses. Modus sunt completa peccata amozeorum. Et dauid iquit. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. Et alius propheta. Sanguis sanguinem tetigit. i. peccatum peccato additum est. Paulus quoque ait. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie etc. Et itez. ut impleant peccata sua semper. Jobi quoque per angelum dicitur. qui in sordibus est sordescat adhuc. Ex his testimoniis colligitur peccatum aliquod et peccatum esse et pena peccati.

Ex predictis questio orta. scilicet in quantum peccatus est sit pena peccati.

**I**deo merito queritur utrum in quantum peccatum est sit pena peccati. quod si videtur cum omnis pena peccati iusta sit. Unde Aug. in li. retractationum. Omnis pena peccati iusta est: et supplicium noiat. Si ergo peccatum quod est peccatum et pena peccati: in quantum peccatum est pena peccati est: cum ois pena iusta de iustitia dei veniat: videtur in quantum peccatum est iustum esse et a deo provenire. Ad quod illi respondet peccatum sic dici penam peccati: quia per peccatum in quod merito procedit peccati homo labitur de sereno deo: corrumpitur bona natura. Sicut eternus ignis dicitur pena malorum: quod eo cruciatur nec tamen ipse cruciatus malorum: ignis est sed per ignem fit in homine. Ita per peccatum corrumpitur natura et minuitur bonum nature. et est ipsa minutio et corruptio boni passio et pena: et non est essentialiter illud peccatus per quod fit: sed ideo peccatus dicitur ut premissum est: quod per peccatum illico ubi peccat homo fit in homine illa corruptio: que tamen fit deo auctore. Illa enim pena siue passio que est boni corruptio a deo est. Illius autem ut sic dicam materia et causa est peccatum quod a deo non est. Quod videt Aug. notasse: et iuxta hunc sensum intellexisse cum ait in li. de predestinatione sanctorum. Predestinatione deus ea presciuit que fuerat ipse factururus. sed presciuit deus etiam que non est ipse factururus. i. oia mala. Quia et si sunt quedam que ita peccata sunt ut etiam pena sint peccati secundum illud apostoli. Tradidit illos deus in passiones etc. non tamen peccatum dei est: sed iudicium. s. et pena in scriptura enim sepe nomine iudicii pena intelligitur. Hic diligenter intendentibus inquiri videtur ea que peccata sunt et pene peccati: et non in quantum peccata sunt dei esse: sed in quantum pene dei esse dicuntur. Nam cum dixisset deum non esse facturum mala aliqua. i. peccata: quia posset ei obici: quedam